CHRONOLOGIA PROVINCIÆ RHENO-SVEVICÆ ORDINIS FF. EREMITARUM S.P. AUGUSTINI SERIEM...

Anton Höhn

CHRONOLOGIA
PROVINCIÆ
RHENO-SVEVICÆ
ORDINIS FF. EREMITARUM
S. P. AUGUSTINI

Seriem Priorum Provincialium, aliorumque Virorum Illustrium & commendabilium, ortum ac progressum Provinciæ, nec non actorum & appertinentium quorundam de Saxonia memorabilium speciem breviter exponens,

à

M. F. ANTONINO HÖHN,
Ejusdem Ordinis ac Provinciæ Alumno,
Herbipoli professo collecta & conscripta,

Anno

qVo per proVInCIaM pro soCIo VIsItatIonIs fVIt aDhIbItVs.

Posteà
cum licentiâ Superiorum typo tradita anno 1744.

Admodùm Reverendis & Eximiis,
Adm. Reverendis & Religiosissimis
Patribus

P. M. HERMANNO HERRMANN S. T. D. Provinciæ Rheno-Suevicæ Rectori Provinciali. P. M. MARTINO DRöSCHER S. T. D. Exprovinciali & Priori Memmingano. P. M. THOMÆ DOHLE S. T. D. 1mo Diffinitori. P. M. CLEMENTI SCHELING S. T. D. 2do Diffinitori & Priori Rappolswilano. P. ÆMILIANO KELLER 3tio Diffinitori. P. AMBROSIO SEUFFERT 4to Diffinitori. P. M. NEBRIDIO CARL S. T. D. Aff. & Prof. Univers. Erfurt. 1mo Visitatori. P. VENANTIO ROSINI 2do Visitatori. P. MELCHIORI DEICHMAN Priori Moguntino. P. ANTONIO WILL Priori Friburgensi Helvet. P. M. NEBRIDIO ZYRA S. T. D. Aff. & Prof. Universitatis Erfurtensis & Priori ibidem. P. VICTORI MöGLICH Priori Constantiensi. P. FERDINANDO FRANCKENSTEIN Priori Brisacensi. P. PHILIPPO WINCOP Priori Oberndorffensi. P. HILARIO BALLING Priori Colmariensi. P. M. ALEXANDRO ZITTER S. T. D. Priori Friburgensi Brisg. P. AUGUSTINO FAULHABER Priori Spirensi. P. POSSIDIO BAUR Priori Lavingano. P. ANTONIO LURZ Priori Münnerstadiano. P. CONRADO MüLFELD Priori Gamundiano. P. HYACINTHO GEISS Priori Uttenwilano. P. FERDINANDO HUNOLD Priori Landaviensi. P. THOMÆ WERDICH Priori Wilano. P. BONAVENTURÆ BECK Priori Hagenoënsi. P. BALTHASARO INGOLD Priori Cronweissenburgensi. P. FRANCISCO METZGER Priori Bitensi. P. NICOLAO WEDEKIND Superiori Wislocensi. P. ALPHONSO KUHN Provinciæ Secretario,

Patribus omni observantiâ Colendissimis,

Admodùm Reverendi & Eximii: Admodum Reverendi & Religiosissimi Patres.

Quandoquidem non solùm illustris Statûs, verùm & medioeris conditionis Patresfamilias natis suis avorum, proavorum, abavorùmque ceras relinquere, res gestas & heroica eorum facta vel de iconibus quasi vivis adhuc coloribus ad oculum præsentare, vel iterato sermone auribus & animis imprimere soleant, ut hoc modo jugis maneat prædecessorum sanguine junctorum memoria, sciatque subsequa progenies, quâ sit ab origine nata: quantùm, ni velut degenerans ab optima stirpe opprobrium fieri velit familiæ, allaborare oporteat, ut in virtutum exercitiis se exhibeat æmulatorem. Atque hoc pro capessenda mundi gloria, pro honore temporaneo! An non sublimiore rationis momento pro memoria & sequela sint nobis tam nomina, quàm gesta eorum Patrum commendabilium, qui in eodem vitæ Statu ac Religione nos genuerunt spiritu, præcesserunt pietate & sanctitate, claruerúntque sapientiâ & doctrinâ? Qui præstantissimis laboribus & officiis suis eos reliquerunt posteris nobis operum fructus, unde & corpore & mente potissimùm in Provincia Rheno-Suevica Augustinensi decorâ honestate vivimus, & in æternum benè vivere valemus.

An non laudemus viros gloriosos & Parentes nostros in generatione sua! Homines magnos virtute & prudentiâ suâ præditos, Imperantes in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis Sanctissima verba: Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis! Quorum nomina vivunt in generatione & generationem.

Eccles. 44.

Offert se propterea, & præsentatur obtutibus vestris Patres Adm. Reverendi libellus iste; Nec aliud intendit, quàm ut benevolâ mente eum suscipientes ac legentes, Familiis vestris etiam ostendere velitis, quid egerint Patres nostri, Antecessores vestri, Fratres superiorum annorum. Habetis in eodem initia Monasteriorum vestrorum, incrementa, de- & reincrementa Provinciæ Augustinianæ Rheno-Suevicæ, temporum vicissitudines, nomina Infulatorum in Provincia educatorum Præsulum, Successionem

nem Patrum Provincialium, Decreta Capitulorum. Invenietis in eodem strenuos Ecclesiæ Defensores, scientiarum excellentes Magistros, Verbi Dei fervidos Prædicatores, Augustini Magni Patris Genuinos Filios, quorum præclara exempla & memoranda facta dum pio studio vos Religiosissimi Patres æmulamini, in vestris quoque Fratribus generosum excitatis Spiritum, ut & illi nedum aversentur omne id, quodcunque tam Sacro, tamque magno Ordini Augustiniano, quem pariformiter profitemur, inglorium foret; Sed & meliora sectantes charismata, honorificare Provinciam, boni que exempla ac virtutes vestras assequi connitantur. Vobis proinde optimo jure laborem meum deberi & Nominibus vestris adscribendum libellum istum chronologicum existimaveram, utpote quorum vester pro Dei gloria Zelus, pro Sacri Augustiniani Ordinis decore solertia, pro flore Rheno-Suevicæ Provinciæ, ejusque Conventuum sollicitudo, quasi rediviva præstat celebriorum Patrum Antecessorum prototypa.

Benigno igitur animo suscipite parvam istam de Provincia Rheno-Suevica Chronologiam, tanquam meæ erga Vos reverentiæ, pietatis & observantiæ testimonium. Et, quod abesse vix poterit, si in ea invidus cujusdam Zoili oculus carpere quidquam auderet, authoritate & judicio vestro æquiore vindicabitis ac defendetis Scriptoris mentem & operis metam: quæ cumprimis fuit, ne obliteraretur Patrum nostrorum memoria, atque ne tempus edax rerum omnino antiqua consumeret, sed ut reminisceremur eorum, quæ prioribus annis acta sunt. Benevolentiam hanc ubi exhibueritis, erit ea expectationis meæ de Vobis erga præsentem Chronologiam ex asse Vobis consecratam gratissima tessera. Bene valete, & me Vestris habetote dicatum obsequiis, qui persevero

Adm. Reverendarum, Eximiarum, Adm. Reverendarum & Religiosissimarum Paternitatum Vestrarum

Infimus in Christo Servus
F. ANTONINUS HÖHN,
p. t. Prior Herbipolensis.
M. F.

M. F. HERMANNUS HERMANN Ord. FF. Eremit. S. P. Augustini SS. Theol. D. Provinciæ Rheno-Suevicæ Rector Provincialis.

Cùm Opusculum, cui Titulus: *Chronologia Provinciæ Rheno-Suevicæ Ord. FF. Eremit. S. P. Augustini* &c. Ab Admodùm Reverendo & Eximio P. Magistro ANTONINO HöHN Priore Wirceburgensi conscriptum à duobus nostri Sacri Ordinis Theologis, quibus id commisimus, non solùm fuerit revisum & approbatum, sed multâ insuper laude commendatum, ut illud præli beneficio in lucem publicam prodeat, licentiam hisce impertimur.

Uttenwilæ 27. Sept. 1745. M. F. HERMANNUS HERMANN, Rector Provincialis.

CENSURA THEOLOGORUM ORDINIS.

Ad mandatum Admodùm Reverendi & Eximii P. Magistri HERMANNI HERMANN Provinciæ Rheno-Suevicæ Rectoris Provincialis *Chronologiam Provinciæ Rheno-Suevicæ Ord. FF. Eremit. S. P. Augustini* &c. Ab Admodùm Reverendo & Eximio P. Magistro ANTONINO HöHN, Priore Wirceburgensi conscriptam multâ attentione revolvi. Et cùm invenerim, quòd Author non suspectis schedulis aut adulterinis relationibus, sed authenticis Documentis & Originalibus plerùmque membranis innitatur, nihilque insertum sit, quod bonis moribus adversetur, ut potiùs ad conformandàm tam præclaris Prædecessorum exemplis posterorum vitam multùm deservire valeat, non est, quod tam librum prælo dignissimum censeam, quàm Zelum Authoris Summis laudibus extollam, & ipsi de exoptato maximi, quem huic operi impendi necesse fuit, laboris fructu ex corde gratuler.

Erfurti 10 Sept. 1745. F. NEBRIDIUS ZYRA Ord. FF. Erem. S. P. Augustini SS. Theol. D. ejusdemque Sacræ Facult. in Universitate Gerana Assess. & Prof. P. Ord. p. t. Conventûs Erfurt. Prior.

Ex Commissione Admodùm Rev. Exim. ac Religios. P. Magistri Provincialis Hermanni Hermann attentè non minùs quàm avidè perlegi præsentem Chronologiam Provinciæ Rheno-Suevicæ Ord. FF. Erem. S. P. Augustini ab Adm. Rev. & Exim. P. M. ANTONINO HöHN, ejusdem Provinciæ quondam Provincialis Socio ex authenticis diversorum Conventuum Archiyis & documentis operosissimâ sedulitate collectam, ab eóque Authore modò Priore Wirceburgensi in Ordinem Historicum digestam, in qua non modò nihil fidei Historicæ, moribúsque piè ac religiosè instituendis contrarium reperitur, quin potiùs antecessorum Patrum, qui nobis laudabilis vitæ, probitatis, ac doctrinæ exemplo præluxerunt, quorúmque memoriam aliàs vel injuria aut edacitas temporis eripuisset, præclara gesta ac prærogativæ insigniores succinctò æque ac vivaci stylo exprimuntur; proin sicut hoc opus ad laudabilem Augustinianæ Posteritatis sequelam accommodatissimum est, ita non minùs publico prælo dignissimum censeo. Wirceburgi 20 Septemb. 1745.

F. NEBRIDIUS HEIM,
Ss. Theol. Magister ac p. t. Lector Ordinarius.



Ad Fratres Eremitas Ordinis Sancti Patris Augustini

Provinciæ Rheno-Suevicæ.



Uod anteriori Sæculo celeberrimos nostros Scriptores Josephum Pamphilum Veronensem, Episcopum Signinum ad Ordinis Chronica divulganda, quod Nicolaum Crusenium S. C. Majestatis Ferdinandi II. consiliarium, & per Superiorem Germaniam Visitatorem Generalem ad Monasticon Augustinianum posteritati transscribendum permovit, id ipsum, ut saltem quodammodo metam eorum attingerem, me sæpius impellebat, & opportunâ quâdam perquirendi indagandique res antiquas occasione habitâ urgebat fortius, ut manum apponerem conscribendis iis, quæ pro

 lon-

longiori memoria notatu digna, cum paucis abhinc annis conventuum Rheni & Sueviæ visitationibus sociarer, sparsim collegeram. Fuit illorum, imo non illorum solùm, sed omnium est ferme historiographorum facilè prima & maximè momentosa ratio, quod satis compertum habeatur experientia teste, vix quidquam ad vitam excolendam adeo multùm conferre, quàm præteritorum temporum, hominumque ac rerum gestarum memoriam: *Verba movent, exempla trahunt:* antiquum gnoma est. Hinc ad magnos, generosos ac heroicos ausus junioribus sat acutos stimulos sese addidisse arbitrabantur veteres etiam gentiles, si memorabilia antecessorum & majorum acta posteritati suæ objicerent: ex præteritorum quippe observatione atque collatione ductrice prudentià, quid in præsenti agendum, qualiter pro futuro prospiciendum, demonstrari potest. Quid laudabile ac gloriosum, ideoque imitatione dignum, quid absonum, turpe & vitiosum, atque propterea execrandum & fugiendum, exempla docent, historiæ instruunt. Certè ea antiquarum rerum scientia bene discurrendi materiam ori præbet, rectè vivendi methodum parat, & virum sensatum ab ignaro & agresti distinguit.

Non ad civilem duntaxat & militarem virtutem excitat historia, sed ad christianam quoque pietatem mirabiliter accendit, atque ad evangelicam perfectionem priscorum memoria evehit, & jam jam evexit plurimos. Sufficiat ex innumeris solus & unicus Patriarcha noster Augustinus, cujus animum quid magis post Deum emolliebat, & pro efformatione melioris ac sanctæ vitæ præparabat, quàm lectio & notitia antiquorum Eremicolarum? narrat enim l. 8. Confessionum c. 8. ipsemet, quod cum incidisset in vitam Victorini & consodalium Potitiani, nec non D. Antonii, Alipium interpellando exclamârit: *Quid patimur? quid est hoc! quid audisti? Surgunt indocti & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne & sanguine? an quia præcesserunt, pudet sequi, & non pudet, nec saltem sequi?* Sic ergo reipsa præcedentium exemplo ad novam vitam parturiebatur Augustinus; Nobis Augustinianis filiis

filiis magni illius Patris simili de causa, & in consideratione maximi fructûs atque utilitatis è lectione & scientia antiquitatis capiendæ, legis monita in S. Constitutionibus p. 2. c. 3. volebant inculcare, quatenus præcipuè Novitiorum Magistri juvenes Religionis *informent de exordio & progressu S. Religionis, ita ut de hoc distinctè sciant reddere rationem quibuscunque inquirentibus seu hæsitantibus, quatenus hæc & similia cum Dei adjutorio facientes in vineâ Domini spiritualiter se ipsos exerceant, & se totos Deo optimo maximo dedicare continuè non desinant.*

Jam verò quomodo hoc præstare illi poterunt, si notitiam antiquitatis nostræ non habeant? quomodo notitiam habebunt, si non legerint? quomodo legent, si nemo scripserit? Scripsit quidem, præstititque egregiâ operâ suâ jam dudum, atque manuduxit ad hujusmodi Ordinis nostri notitiam B. Jordanus de Saxoniæ olim Provincia in libro *Vitas fratrum* intitulato, de exordio, incremento & specialibus quibusdam Religionis nostræ Augustiniano-Eremiticæ differendo, multaque laudabilia & imitabilia de fratribus conscribendo: præstiterunt, & operam post eum navârunt plures, iique clarissimi Ordinis historiographi, quorum quidam de universo Ordine, alii de particulari Provinciâ, Regione vel Congregatione, aut aliquibus solùm magis illustribus viris scriptitârunt, neminem autem hucusque legi, qui speciatim de Provincia Rheni & Sueviæ nostræ seriem eorum, quæ à tempore acquisitorum Monasteriorum facta sunt, congestam, & in unum librum tulisset, & elucubrasset.

Igitur ætate hâc nostrâ, quæ ad præterita tempora oculatior respicere solet, ac inquirere ea, quæ ante nos acta sunt, ipsemet quoque oculum & mentem intendi, & ista, quæ legis, pro memoria ulteriori relinquo. Dolebant enim verò frequenter mecum non pauci fratres flendam nostrorum sortem, quod nati essent, quasi non essent, & quod post Ordinem propagatum, protectas urbes & orbem vix quisquam eorum recordetur, dolebant mala, spuria & apocrypha scriptitari, optima verò, & vera cur lateant? dolebant plurimis

mis omnino peregrina esse Provinciæ originem, Conventuum initia & incrementa, Patrum Provinciæ antiqua statuta, cæterasque temporum vicissitudines. Ideo quantum ex Archivis, monumentis, documentis & manuscriptis antiquis invenire poteram & communicabatur, pro pauco mihi concesso otio fideliter descripsi, & cum veritate idipsum communico.

Atque ut ordinatè collecta disponerem, præposui Isagogen seu introductionem ex dispersione fratrum ad unionem & Alemanniæ imprimis Provinciam veniendo, deinde ad originem Provinciæ Rheno-Suevicæ ex multiplicatis Alemanniæ Conventibus procedendo, Seriem Provincialium in- & contexendo, atque intermixtim referendo ea, quæ pro tempore gubernii cujusvis Provincialis notabilia gesta fuêre.

Æquo nunc animo suscipite tenuem opellam meam, & si non omnia satis bellè & concinnè atque ad placitum scripta esse conspexeritis, scire vos velim, potius ad vera quàm verba me attendisse, materiamque duntaxat me invenire ac subministrare voluisse, quam secuturis temporibus post me alius forsan, magis in antiquitatibus perquirendis sedulus & gnarus elegantiori formâ contexere & continuare studebit. Valete.



Eccle-



ECCLESIARUM NOSTRARUM

Tituli:

I.

M*oguntina*, primitùs ad S. Martinum, nunc ad S. P. Augustinum, habet de Ss. Trinitate commemorationem certis diebus solùm ex voto.
2 *Herbipolensis*, semper ad S. Georgium Martyrem.
3 *Friburgensis Helvetiorum*, ad Ss. MM. Mauritium & Socios.
4 *Erfurtensis*, ad S. Wippertum, antiqua ad S. P. Augustinum est in manibus Lutheranorum.
5 *Constantiensis*, probabiliter ex antiqua signatura ad S. M. Magdalenam vel Christum resurgentem, nunc ad S P. Augustinum.
6 *Brisacensis*, ad S Erhardum Episcopum.
7 *Oberndorffensis*, ad S. Mariam Virginem ab Angelo salutatam.
8 *Colmariensis*, ad S. Georgium Martyrem.
9 *Friburgensis Brisgojæ*, ad S. Erhardum Episcopum.
10 *Spirensis*, primò in honorem Ss. Corporis Christi, nunc S P. August.
11 *Münnerstadiana*, ad S. Michaelem Archangelum.

12

12 *Lavingana*, ad S. Thomam Villanovanum post novam consecrationem.
13 *Gamundiana* ad S. P. Augustinum, ante hac de Visitatione B. V. Mariæ.
14 *Uttenwilana*, ad Ss. Apostolos Simonem & Judam Thaddæum.
15 *Memmingana*, ad S. Joannem Baptistam.
16 *Rappolswilana*, ad S. Thomam Villanovanum.
17 *Landaviensis*, ad S. Mariam Virginem in cœlo assumptam.
18 *Wilana*, ad S. Erhardum Episcopum.
19 *Hagenoensis*, ad S. Mariam Virginem ad cœlos assumptam.
20 *Weissenburgensis*, ad S. P. Augustinum.
21 *Bittensis*, in honorem B. Mariæ Virginis sacrata.
22 *Residentia Wisloensis.*
23 *Monialium prope Constantiam* ad S. Catharinam.

Quas Parochiales curas habeant, habuerintque Conventus Provinciæ Rheno-Suevicæ.

Moguntiæ, Parochiam S. Ignatii in Civitate anno 1656.

Herbipoli, ad S. Petrum in Civitate adhuc priori sæculo, Item apud Equites Melitenses ad S. Joannem in vicinia nostrâ, Oxovii, Bibelriet, Euerdorff, Dürbach, Rittershausen, & ante 300. annos Hassfurti.

Friburgi Helvetiorum, Parochiam ad S. Joannem minorem in Civitate, Wilar & Wunewill.

Erfurti, ante defectionem à fide Parochiam ad S. Nicolaum, nunc in nostrâ Ecclesiâ ad S. Wippertum.

Constantiæ, ante hæresin Calvinianam Birwinkel. Item Capellaniam in Augia minori, & aliquando in Sarganz.

Brisaci.

Oberndorffii, Parochiam in Civitate anno 1656. Item Parochias Bochingen & Horhausen.

Col-

Colmariæ, Parochiam in Civitate anno 1656. Item Parochiam Horburg, Sacellaniam Palatii Regii in Civitate.

Friburgi Brisgojæ, Ebneth Parochiam, & quondam Parochiam in Civitate anno 1656. Item ibidem in Hospitali Concionatorem habuimus vel Parochum. Item Parochiam vel à concionibus in Gündersthal anno 1696. It. Parochiam in Adelhausen anno 1656.

Spiræ, Parochias in Schifferstatt, Oderstatt &c. Item Sacellaniam Hambach.

Münnerstadii, ipsam Civitatis Parochiam & Capellaniam, Item Parochiam Burglauer, Montis S. Michaelis cum duabus filiabus Burghausen & Reichenbach & aliquando Poppenlauer Parochiam.

Lavingæ, Parochiam Feimingen, Unterbechingen, Cooperatores in Riedhausen.

Gamundiæ, Parochiam Rechberg adhuc anno 1687.

Uttenwilæ, Parochiam incorporatam Monasterio.

Memmingæ, Præposituram ad S. Nicolaum extra Civitatem.

Rappolswilæ.

Landavii, Parochiam in Civitate anno 1631. & anno 1656. Albertsweiler, & non ita pridem Offenbach, ubi omnes erant Acatholici, & à nostris ad veram fidem reducti. Item Aezheim, Ransbach, Nussdorff, Queichhejm, Item Sacellaniam Hospitalis Regii, quæ omnia ex Christianissimi Regis munificentia administramus.

Wilæ, Sacellaniam in Civitate. Item adhuc anno 1622. Parochiam Dezingen, & anno 1699. Tieffenbrunn. Item Obergrumbach.

Hagenoæ, Parochiam in Hospitali anno 1631.

Weissenburgi, Parochias Klingenmünster & Seebach. Item Bleischweiler, Rietselz, Langen-Schleithal, Roth, Steinfels, Kleeburg, Oberlauterbach, Schweigen, Rechtenbach, Dürrbach.

Bitir, Parochiam Hornbach, Moderhausen, & Sacellaniam in Haran.

Witloci.

Basileæ, quondam Vicarii Parochi ad S. Martinum Cathedralis Ecclesiæ.

Alzeiæ, anteriori Sæculo Parochi Civitatis.

B Series

Series Reverendissimorum P. P. Generalium Ord. Eremitarum S. P. Augustini, quo anno, & ubi electi fuerunt.

1.

Electus est *Joannes de Speluncâ* Bononiæ anno 1160.

2. *Joannes de Cellâ* Romæ anno 1200.

3. *Adjutus Fanensis* anno 1216.

4. *Philippus Parmensis* anno 1230.

5. *Lanfrancus Mediolanensis* Bononiæ 1252.

6. *Guido de Stagio* Romæ anno 1265.

7. *Clemens Auximanus* in Urbe veteri 1269.

8. *Franciscus Regiensis* Morariæ 1274.

9. Reassumitur *Clemens Auximanus* in Urbe veteri anno 1284.

10. *Ægidius Romanus* Romæ 1292.

11. *Simon Pistoriensis* Senis 1295.

12. *Augustinus Novellus* Mediolani anno 1298.

13. *Franciscus à monte Rubiano* Neapoli anno 1300.

14. *Alexander à S. Elpidio* Viterbii 1312.

15. *Guilelmus à Cremona* Florentiæ 1326.

16. *Dionysius Mutinensis* Mediolani 1343.

17. *Thomas Argentinas* Parisiis 1345.

18. *Gregorius Ariminensis* in Monte Pesulano anno 1357.

19. *Matthæus Asculanus* Patavii 1358.

20. *Ugulinus Urbe-vetanus* Avenioni 1368.

21. *Guido à Bello Reguardo* Florentiæ 1371.

22. *Bonaventura Patavinus* Veronæ 1377.

23. *Bartholomæus Venetus* Strigonii 1385.

24. *Nicolaus à Cassia* Aquilæ 1400.

25. *Petrus Venâ Tolosanus* Romæ 1412.

26. *Augustinus Romanus* Astæ 1419.

27. *Gerardus Ariminensis* Mantuæ 1434.

28. *Julianus Salensis* Senis 1443.

29. *Alexander Oliva* Tolentini 1459.

30. *Guilelmus Becbius* Senis 1460.

31. *Jacobus Aquilanus* Bononiæ 1470.

32. *Am.*

32. *Ambrosius Massarius Coriolanus* Romæ anno 1476.
33. *Anselmus à Monte Falcone* Senis 1486.
34. *Marianus Genezzanensis* Romæ 1497.
35. *Gratianus à Fulgineo* in M. Anconitana anno 1501.
36. *Augustinus Interamnensis* Perusii 1505.
37. *Aegidius Viterbiensis* Neapoli 1507.
38. *Gabriel Venetus* Venetiis 1519.
39. *Joannes Antonius Theatinus* Veronæ 1538.
40, *Hieronymus Seripandus* Neapoli 1539.
41 *Christophorus Patavinus* Bononiæ anno 1551.
42. *Thaddæus Perusinus* Perusii 1570
43. *Franciscus Recanatensis* Bononiæ anno 1581.
44. *Spiritus Vicentinus* Romæ 1582.
45. *Gregorius Cleparensis* Romæ 1587.
46. *Andreas à Fivizano* Romæ 1592.
47. *Alexander Senensis* Romæ 1598.
48. *Hippolytus Fabranus Ravennas* Recineti anno 1602.
49. *Joannes Baptista Astensis* Romæ 1608.
50. *Nicolaus à S. Angelo* Romæ 1614.
51. *Fulgentius Gallutius à M. Georgio* Romæ 1620.
52. *Hieronymus de Ghettis Romanus* Romæ 1626.
53. *Hieronymus Rigolius Cornetanus* Romæ 1630.
54. *Hippolytus Montius Firialensis* Romæ 1636.
55. *Fulgentius Petrellus à Sigillo* Romæ 1645.
56. *Salvator Severinus* Vicarius Generalis ApostolicusRomæ 1648.
57. *Philippus Vice-Comes Mediolanensis* Romæ anno 1649.
58. *Paulus Luchinus Pisausiensis* Romæ anno 1655.
59. *Petrus Lanfranconius Anconitanus* Romæ 1661.
60. *Hieronymus Valvasorius Mediolanensis* Romæ 1667.
61. *Nicolaus de Oliva Senensis* Romæ 1673.
62. *Dominicus Valvasorius Mediolanensis* Romæ 1679.
63. *Fulgentius Travallonius Georgianus* Romæ 1685.
64. *Antonius Pacinus Ravennas* Romæ anno 1693.
65. *Nicolaus Seranus Aquilanus* Bononiæ 1699.
66. *Adeodatus Nuzzi ab alta Mura* Romæ anno 1705.

67. *Adeodatus Summantinus à Fogia* Romæ anno 1711.
68. *Franciscus Maria Querni Pratensis* Vicarius Generalis Apostolicus Romæ 1717.
69. *Thomas Cervioni Ilcinensis* Romæ 1721.
70. *Fulgentius Belelli Buccinensis* Perusiæ 1727.
71. *Nicolaus Antonius Sciaffinati Neapolitanus* Romæ 1733.
72. *Felix Leoni a Juvenatio* Arimini 1739.

Series Provincialium Germaniæ
ab unione Ordinis.

1. Guido Salanus circa annum 1256.
2. Andreas Senensis circa annum 1260.
3. Engelbertus Germanus circa annum 1270.
4. Waltherus circa annum 1280.
5. Henricus de Vrimaria Saxo circa annum 1290.

Series Provincialium
Provinciæ Rheno-Suevicæ, post divisionem
Alemanniæ in plures Provincias.

1. Hermannus de Spirâ.
2. Burchardus de Tübingâ.
3. Wernherus de Friburgo.
4. Petrus Düdesfelder de Spirâ.
5. Albertus de Calbâ.
6. Thomas de Argentina.
7. Joannes de Civitate nova Nemetum.
8. Joannes Tuchscherer de Brisaco.
9. Joannes Hiltalingen de Basilea.
10. Henricus de Lucerna.
11. Conradus de Husen de Constantia.
12. Hammannus de Rinach de Argentina.

13. Con-

13. Conradus Burgtor de Constantia.
14. Joannes Reinstetter de Argentina.
15. Rudolphus Comitis de Constantia.
16. Petrus Ulmer de Gamundia.
17. Joannes Habsburger de Lavinga.
18. Guido Burger de Moguntia.
19. Henricus Offenburger de Argentina.
20. Christianus de Friedberga.
21. Bernardus de Argentina.
22. Petrus de Heidelberga, *alii eum scribunt* de Friedberga.
23. Joannes Binder de Gamundia.
24. Henricus Desch de Moguntia.
25. Daniel Friesenheim de Argentina.
26. Michael Mörsinger de Spira.
27. Joannes Hanteler de Turego.
28. Tillmannus Limberger de Moguntia.
29. Casparus Ammann de Lavinga.
30. Sigfridus Calciatoris de Kirchweiler prope Spiram.
31. Conradus Tregarius de Friburgo Helvetiorum.
32. Joannes Hoffmaisterus Alsata de Colmaria.
33. Christophorus Fischerus de Spira.
34. Melchior Rubeli *vel ut alii scribunt Röttelin* de Friburgo Brisgojæ.
35. Bartholomæus Ulrici de Hagenoa.
36. Joannes Wallrapp de Moguntia.
37. Joannes Breson de Hagenoa.
38. Joannes Ulricus Kesler de Friburgo Helvetiorum.
39. Joannes Georgius à Greiffenstein de Oberndorffio professus.
40. Hieronymus Röder de Hagenoa.
41. Franciscus Kämmerling de Friburgo Helvetiorum.
42. Lucas Binderus de Rottwila.
43. Alphonsus Petermann de Moguntia.
44. Guilelmus Grabler Wangensis Alsata.
45. Guilelmus Fischer de Rottwila.
46. Joannes Judæj vel de Judæis de Brilone Civitate Westphaliæ oriundus.
47. Bernardus Bailii de Lotharingia.
48. Bonaventura Söllner Franco de Neostadio ad Salam.

49. Auguſtinus Gibbon de Burgo Hybernus.
50. Florentinus Minoth de Friburgo Helvetiorum.
51. Fulgentius Cantin de Friburgo Helvetiorum.
52. Hilarius Grüber de Herbipoli.
53. Carolus Lé Clere Pariſienſis de Briſaco profeſſus.
54. Chriſtophorus Schuckard Hagiopolitanus de Erfordia.
55. Albertus Jemmel de Nanzeâ poſtea de Briſaco.
55. Adeodatus Ulrich de Münnerſtadio.
57. Gelaſius Roller Lauffenburgenſis de Conſtantia.
58. Hermannus Hermann de Herbipoli.
59. Fortunatus Mohr Belga de Lavinga profeſſus.
60. Hieronymus Schuckard Hagiopolitanus de Erfurto.
61. Chriſtophorus Lübger Hagiopolitanus de Erfurto.
62. Chriſtianus Baur ab Eiſeneck Kizingenſis de Herbipoli.
63. Franciſcus Saur Carolopolita de Herbipoli.
64. Marianus Goth de Münnerſtadio.
65. Joannes Renninger Etlebenſis Franco de Wila profeſſus.
66. Hermannus Hermann de Herbipoli.
67. Sigismundus Büttner Mellerſtadianus de Münnerſtadio.
68. Martinus Dröſcher Sondernauenſis Franco de Münnerſtadio.
69. Anſelmus Wolff Bomersheimenſis de Moguntia.



ISAGOGE

ISAGOGE IN SERIEM PROVINCIALIUM, ORTUM ET INCREMENTUM PROVINCIÆ RHENO-SUEVICÆ AUGUSTINIANÆ.

Augustinus Pater noster maximus & beatissimus per lectionem Apostoli: *Non in commessationibus &c. --- Sed induimini Dominum nostrum JEsum Christum*, totus in Deum conversus, totum se Deo devovit non quærens amplius ullam Sæculi spem, adeo, ut ipsa ejus Sancta Mater Monica prope mortem suam testaretur: cumulatiùs sibi à Deo præstitum, ut eum non tantùm Christianum, & bonum Catholicum, sed etiam contempta felicitate terrena videret servum Dei (*lib. 9. Confess. c. 18.*) in gradu & statu tam excellente constitutus velut pastor bonus numerabat inter oves non solùm Alipium, Evodium, Nebridium, Possidium, Adeodatum, Basilicam, Perpetuam, multosque alios Dei servos & ancillas, sed & sancta sua institutione plantavit priùs in Africa non visas Eremitarum colonias, quas autem Sanctissimo Patre ad cœlestis Regni gloriam ex hac miseriarum valle evocato hostilis Wandalorum insultus, & successu temporis invalescens eorum perfidia introductis in Monasteria & Ecclesias Africanas Gentilitatis ritibus devasta-

ſtavit: Tunc fratres illi, qui in Cœnobiis ſub Auguſtino Nutritore egerant, ſi necdum Martyrio ſublati, hinc inde diſperſi ſunt. Eorundem aliqui in Tusciam devenêre, quia fortè B. Auguſtinus in tranſitu ſuo de Mediolano in Africam aliquos inde aſſumpſerat, & ſi ex illis fortaſſe eo tempore non aliquis ſuperfuiſſet, eorum tamen Poſteri per eos edocti poterant de Tuscia boni aliquid audiviſſe, videlicet: quomodo ibi eſſent fratres aliqui ejusdem propoſiti per B. Auguſtinum etiam inſtructi & ſimilia, ſicque illuc venientes nonnulli eorum in Cellis ſolitariè vixerunt, alii in Cœnobiis eremiticis ſe receperunt ſervientes Domino, ſicuti cuique Deus inſpiravit, & ſic in illa S. Communione per B. Auguſtinum inſtituta, & per eum ſemper obſervata, non omnino diruptum fuit aut abolitum Inſtitutum Auguſtinianum, ſed in aliquibus bonis Patribus extitit conſervatum (Jordanus de Saxonia *l. j. C. 14. in Vitis frum.*)

Inter illos ſucceſſu temporis terra noſtra Europæo-Germanica habuit Fridolinum Conditorem Cœnobii Seggingen & Apoſtolum Helvetiorum, Joannem Curienſem Diſcipulum Sancti Galli Abbatis, quem Hiſtorici noſtri Auguſtinianum fuiſſe volunt, Epiſcopum Conſtantienſem, ſacrarum literarum probè eruditum & eo honore nequaquàm indignum, qui floruit anno 604, & mirabili dote auxit Cellam S. Galli in Helvetia (Cruſenius in Monaſtico & Surius 14 Octobr. quos citat Elsſius in ſuo Encomiaſtico Auguſtiniano). Fuêre & alii Fratres nominati & præſtantiſſimi virtute Ordinis Auguſtiniani in Eremis Galliæ & Germaniæ noſtræ, prout ex epitome Auguſtinianâ F. N. Joannis Gonſalez, & magis, clariusque ex Diario Sanctorum Ord. N. à Magiſtro Auguſtino Arpe congeſto, quod Mgr Benignus Sickrowski ex Italico idiomate in Latinum vertit, in hujus præfatione ad Lectorem evincitur, quos aut Canonici Regulares aut Benedictini Viris ſuis inſignibus & Sanctis attribuunt, de quo hìc per vindicias certare non intendo, ſed de diſperſione Ordinis ad Unionem, quomodo, & quando facta ſit, digredior. Sit igitur: Ab illâ diſperſione plurimi fluxêre anni uſque ad tempus Innocentii Papæ III, qui fuit primus Eccleſiæ Ro-

Romanæ Antistes, à quo circa Ordinem nostrum speciale quid se legisse fatetur Jordanus præcit. loco, quanquàm verisimile sit, quod ante eum plures Romani Pontifices ipsum Ordinem fuerint congruis honoribus prosecuti, velut in suo libello de origine confraternitatis noster P. Blasius Burgknecht fol. 160 testatur, fuisse in Monasterio FF. Eremitarum Viterbii Chronicum Ordinis de anno 391 usque ad annum 1215 conscriptum, in quo utique multa particularia Ordinis continebantur, quod prò dolor bellorum incendiis in cineres abiit. Et refert ex Illesca & Empoli noster Eximius P. Gelasius Hüeber p. 1. suæ prædicatæ historiæ Ecclesiasticæ fol. 215, Sanctum Leonem Magnum, qui Ecclesiæ jam præfuit in medio Sæculi quinti, & Augustiniano Ordini maximè addictus erat, speciatim voluisse, ut juxta sermones Sancti Patris Augustini ad Fratres in Eremo scriptos, & quia plerumque Augustiniani Fratres in solitudinibus degebant, Fratres Eremitæ S. P. Augustini nominaremur. Postquam verò post octo fermè Sæcula Honorius Papa III, qui Ordines FF. Prædicatorum & Minorum confirmavit, etiam loca aliqua nostri Ordinis sub protectione Sedis Apostolicæ suscepisset, & Innocentius IV. qui sedit anno 1243, consideràsset, Ordines Prædicatorum & Minorum notabiliter crescere, & fructus salutares in Ecclesià Dei proferre, Fratres verò Eremitas S. P. Augustini sibi solis per bonam vitam prodesse, cœpit velle agere, quatenus & ipsi sicuti Prædicatores & Minores finem salutarem & fructum in Ecclesia Dei producere possent. Erant autem tunc temporis in diversis mundi regionibus, & præcipuè in Tusciæ partibus diversi alii Eremitæ sub diversis titulis diversimodè viventes: quos omnes Idem Innocentius Eremitis S. Augustini counivit, reducens eos ad unum ovile sub uno Pastore scilicet Priore Generali, mandans, ut omnes sub unà regulà, uno modo profitendi, uno habitu, uno titulo, uno officio, & iisdem constitutionibus uti deberent, muniens ad hæc eos plurimis privilegiis & gratiis. Atque ut Ordo efficacius surgeret ad incrementum, dedit eis Provisorem Ordinis & Protectorem Dominum Ricardum tit. S. Ange-

li Diaconum Cardinalem, intendens eis exinde de Statu uberiori paternaliter providere, sed præventus morte, ea, quæ proposuit non perfecit.

Unde B. Pater Augustinus volens dispersionem suæ Religionis congregari, succedenti in Sede Apostolicâ scilicet Alexandro Papæ IV in visione apparuit grandis quidem capite, sed membris exilis. Ex quâ visione veluti divino oraculo Summus Pontifex commonitus, Unionem per Prædecessorem suum Innocentium inchoatam, consummavit, Ipse namque Eremitas diversorum Ordinum, quorum quidam S. Guilelmi, sub quo præcipuè Eremitæ in Gallia & Germania nostra mirificè propagati fuêre circa annum 1153, alii Fratres Joannis Boni in Italia, alii de monte Fabali, alii de Brithinis censebantur, alii quoque apud homines ambiguis nuncupationibus vacillabant, nec non & Fratres de Pœnitentia JEsû Christi, qui Saccitæ vocabantur. Hos omnes in unum redegit, & Ordini Eremitarum S. Augustini cum personis & locis effectualiter incorporavit & univit, dispensans cum eis super diversarum professionum & observantiarum ligamina, quibus erant ante in prædictis vel aliis Ordinibus obstricti quomodolibet. Mandans quoque, ac per Censuras Ecclesiasticas compellendos decernens, quatenùs sub una Regula, una forma, & unius Prioris Generalis obedientia sub regula nempè S. P. Augustini omnes unanimiter debeant militare. Et ut in hac sancta Communione nulla difformitas appareret, Idem Romanus Pontifex Officium, titulum, & habitum, non novum, sed, uti noster Carolus Moreau in suis vindiciis ad oculum demonstrat, qualiter tempore S. P. Augustini Eremitæ nostri vestiti esse solebant, eis determinavit, atque (formalia sunt Pontificis) ut verbo doctrinæ ac prædicationis, exemplo Sanctæ conversationis, & actu audiendi Confessiones in populo Dei fructificarent magis, de Eremo ad civitates illos introduxit. (Extat hæc Bulla Alexandri IV de exemptione Ordinis, Domorum, Ecclesiarum. Item de Unione Fratrum Eremitarum, forma & habitu in membrana & cum Sigillis Moguntiæ in Archivo).

Sicuti

Sicuti autem ordinariè cujusvis boni operis principium arduitatem quandam habet pedisequam, ita quoque contigit, ut Ordo Unitus suis non caruerit inimicis, objicientibus, nec licere, nec convenire Eremitanis, habitare in castris & oppidis, sed qui Unionem eousquè promovit, Alexandrinâ fortitudine adversantes per Specialem Bullam inhibitoriam compescuit, ne amplius impedire præsumerent, quo minùs Fratres Eremitæ S. Augustini liberè valeant habitare in civitatibus (hujus Bullam reservat Archivum Herbipolense, quam dedit Alexander IV quinto sui Pontificatûs anno).

Igitur Ordo Fratrum Eremitarum S.P. Augustini, qui ab ipso ceu Fundatore initium habuit Tagastæ anno post Christum natum 389 juxta probationem nostri Caroli Moreau in suis vindiciis, & P. Benignum Sickrowski in Procemio ad Diarium Arpe ab ipso translatum, post dispersionem reductus est ad Unionem anno 1256 (Crusenius in Monast. Augustin. fol. 126) cumque jam ante istam Unionem Domiciliis FF. Eremitarum S. Augustini Generales Antistites præcessissent Joannes de Spelunca Bononiæ electus anno 1160. Joannes de Cella Romæ anno 1200. Adjutus Fanensis anno 1216. Philippus Parmensis anno 1230, a Generali Unione ab Alexandro IV facta Primus totius Ordinis F.F. Eremitarum S. Augustini Regimen suscepit, vel potiùs continuavit Lanfrancus Septalanus Mediolanensis prius Bononiæ anno 1252 electus (ita Historici Nostri communiter).

Porrò Augustinianum Nomen, ut præmemoratus sum, in nostra Alemannia a multis Cœnobiis, quæ illo jam tempore Fratres nostri incolebant, peregrinum non fuit (lege Monasticon Nostri Crusenii de anno ad annum). Quæ autem in nostra potissimùm Provincia Rheno-Suevica extiterint ante Unionem Domicilia, collegi sequentia. Ac primò quidem Spiræ in nobilissima olim, Civitate Imperiali ad Rhenum sita jam jam anno 1045 Fratres nostros sua fixisse habitacula, præfatus Crusenius perhibet in Monastico & Elsius in Encomiastico, eò quod circa illum annum Con-

cionator Augustinianæ Professionis verbo vitæ plurimos ad fidem Catholicam aut perduxisse, aut in ea roborâsse ibidem legatur, cum & F.F. Prædicatoribus S. Dominici in publicis processionibus, & aliis actibus præferamur antiquiores iisdem, consequenter ante Unionem Ordinis nostros ibidem fuisse, argumento est innodabili, quidquid demum Scripta quædam Chronica Spirensia de initio Monasterii nostri ibidem quasi anno 1265 erecti non satis scitè affirment.

De Colmariâ, vel ut antiquitùs dicebatur, Columbaria superioris Alsatiæ Civitate antiquissimus anniversariorum liber nos docet, quod ab anno 1116 in medio Quadragesimæ, Dominica Lætare, recepta fuerit Domus F. F. Eremitarum S. Augustini in Columbaria, & Fundatores extiterint D. Joannes Scultetus Miles, qui introduxit nos in illam Civitatem, & D. Waltherus de Keisersberg, qui dedit nobis domum & curiam suam pro habitatione.

Circa receptionem nostram Friburgi Brisgojæ communi traditione venit, Sacristiam nostram ibidem fuisse dicatam quandam Capellam honori Beatæ Mariæ Virginis Præsentatæ, cujus anniversarius dedicationis dies adhuc quot annis summo Sacro in illa cantato celebratur. Eadem ædificata fertur, antequàm à Bertholdo V. Duce Zeringensi Civitas Friburgensis secundum jura & leges Civitatis Coloniensis fuit condita anno 1120. Longè ante Unionem Ordinis itaque fuerunt ibidem nostri Eremitæ, ac propterea post tempus Unionis anno 1278 (juxta formam literarum de Archivo Friburgensi Brisgojæ) concessum est nobis, aut in area, quam (NB. ipsissima verba sunt) jam pridem inhabitabamus, aut in alia summæ Ecclesiæ magis remota, à nobis empta, Claustrum & Ecclesiam ædificare, ædificavimus autem habitacula nostra in prima possessione.

Gamundianus noster Sueviæ Conventus ab antiquitate ibidem celebris est, etenim jam ab anno 1141 ortum trahit, & in æstimatione habiti sunt Fratres nostri, prout supra veteris Refectorii januam literis Goticis scriptum legi: *Conradus Suevorum Dux &*

Ro-

Romanorum Rex Augustus hujus Cœnobii Fundator & Specialis Augustinianorum Zelator. Fuerat illo tempore Civitas ista floridissima, adeo, ut ob gaudia mundi ibi visa quasi Gamundia nomen duxisse censeatur, & in loco, ubi nunc fossa est jaculatoria retro Monasterium Augustinianum, ibi Cæsares, Principes, ac cætera Nobilitas hastiludia cum jucundo spectaculo celebrare consueverint (Documenta Conventûs Gamundiani).

Weinburgense Monasterium Augustinianum in Marchionatu Burgoviensi Diœcesis Augustanæ situm sub annum 1145 extitisse, & Fundatores habuisse nobilissimos Dominos Wilhelmum & Arnoldum de Biberbach Germanos Fratres ex avitâ Stirpe Romano-Calatina progenitos, asseverat Franciscus Petri Wettenhusanus in sua Suevia Ecclesiastica; Quo autem fato interierit illud Monasterium, probabiliter adhuc ante Generalem Ordinis Unionem, nuspiam inveni.

Cœnobium Monialium Augustinianæ Professionis Buchoviense eodem Sæculo Duodecimo ante Unionem ab Adelhaida Suevorum Ducis Hildibrandi, & Regardæ Bavarorum Ducissæ Filia, & Othonis Comitis Caldariensis Uxore fundatum esse refert Crusenius in Monastico.

De Hagenöa communi traditione habetur, quod Fratres Eremitæ in Sylva prope *Haagenaw* habitârint, & tempore Cæsaris Friderici Barbarossæ circa annum 1153 acceperint Capellam aliquam, quæ posteà venerationi S. Annæ dicata fuit. Duos Monachos ad illa tempora Hagenöæ fuisse commemorat Herzoch *in Hist. Alsat. fol. 149.* ab istis sacras Reliquias & Instrumenta Passionis Christi, in specie partem S. Crucis, Coronam Spineam, Lanceam & Clavos, custodita, atque pro veneratione certis diebus hominibus ostensa fuisse: Item ad prima nostra ædificia Conradum de Gerolsek Episcopum Argentinensem ad annum 1180 suppetias tulisse, idem Herzochius perhibet.

Juxta Erfurtensem historiàm à Gudeno Scriptam in Civitate Erfurtensi incolatum jam habuit Eremiticus Ordo Augustiniano-

rum anno 1223. Sicut & alia Quilelmitarum Collegia in partibus illis Thuringiæ & Saxoniæ extiterunt.

Friburgi in Helvetia Eremitani nostri ante Unionem jam acceperant possessionem, ac cellas suas fixerant anno 1224, & anno 1255 obtinuerunt Reliquias Ss. Martyrum Thæbeorum (quemadmodum adhuc S. Mauritium ceu Ecclesiæ Patronum Nostri ibidem venerantur) quæ Reliquiæ ipsis ab Abbatia Canonicorum Regularium Agaunensium è Wallesia transmissæ sunt. Erat Prima Ecclesia nostra ibidem in parva Augia ad S. Joannem dicta, quæ posteà ampliata à Reliquiis S. Mauritii, speciatim Maxillæ & Cruris de isto S. Martyre titulum Ecclesiæ ad S. Mauritium accepit, præfati enim Canonici Regulares cum donatis Reliquiis expressè petebant, ut altare Majus S. Mauritii honori sacraretur, & in Choro juxta antiquum Catholicum ritum de illo commemoratio fieret in Officio, & Festum ejus speciali celebritate ageretur (vide historiam Theolog. Helvet. Langii fol. 970 & alibi) præterea fundum & locum Monasterii nostri Friburgensis Helvet. dederunt Petrus de Matlen, Conradus de Burckstein, Nicolaus & Joannes de Seufftingen, & alii benefactores, quibus propterea sepultura apud nos concessa, & anniversaria depositionis dies agebatur (idem Lang. in dicta historia fol. 970).

In ingressu Fratrum Eremitarum S. Augustini in Metropolim Moguntinam, etsi documenta certa non extent, literis ob multa incendia, quæ ibidem passa est habitatio nostra, forsan conbustis, eundem tamen concessum fuisse ante Unionem Generalem Ordinis haud parùm probat tùm præcedentia, quam ob antiquitatem præ F. F. Dominicanis ibidem habemus, tùm Bulla quædam à Theodorico Episcopo Vironensi & Suffraganeo Moguntino data 17 Calend. Januarii anno 1260, in qua concedit indulgentiam 40 dierum & unam carenam visitantibus nostram Ecclesiam in Festis B. M. V. S. Augustini, & S. Barbaræ, ac in dedicatione, quas indulgentias extendit etiam ad cooperatores fabricæ nuper (verba sunt Bullæ) inchoatæ. Consequenter jam aliquo tempore ibidem ha-

habitatio nostra perstitit: traditur autem, primævam Ecclesiam nostram ad minorem Martinum fuisse dictam. His igitur, multisque aliis Domiciliis ac Cœnobiis in Alemannia existentibus, inter quæ etiam numeratur Ratisbonense in Bavariâ, Coloniense ad Rhenum &c. unus superior nomine Prioris ante Unionem præfuit, sicuti liquidò constat ex Bulla Alexandri IV cum variis privilegiis, 5. idus Decembr. anno 1255 data ad Priorem & Fratres Eremitas S. Augustini in Alemannia constitutos, quæ Bulla, testante Eximio P. M. Höggmayer in Catalogo Provincialium Bavariæ, etiamnum integra asservatur in Conventu Ratisbonensi.

Quo autem celeriùs in nostra Germania Eremitarum Coadunatio & reductio in unum corpus perficeretur, imò & ipsum acquisitione novarum habitationum cresceret, totius Ordinis Generalis Lanfrancus Septalanus de Mediolano suffecit, ac in Germaniam nostram destinavit cum titulo totius Alemanniæ Provincialis Fr. Quidonem Salanum, de quo, ejusque successoribus nunc seriem texendi animus.

Quido Salanus natione Italus a Generali Unione Ordinis authoritate Alexandri IV Papæ anno 1256 instituta, Alemanniæ Provincialis (ex lit. Original. intromissionis nostræ Herbipol.) Primus, eximia pietate, & maximo Zelo missionem suam exequens, Domicilia F. F. Eremitarum S. Quilelmi per Germaniam & Bohemiam, quæ recenset Torellius Tom. 4. Sæcul. Augustin. ad annum 1256, in unum Provinciæ totius Alemanniæ Corpus redegit. Ut Ducatui Franconiæ implantanda nostra Familia fructum Spiritualem ferre posset, Provincialis Quido in propria persona circa Nativitatem Domini anno 1262 accessit Episcopum Herbipolensem Iringum de Rheinstein, à quo Principali Clementia receptus obtinuit, ut per duos Fratres Ordinis Fr. Hessonem, & F. Henricum (forsan de Weimaria) illi submisissimè recommendatos, ac Herbipoli relictos, Area, quam invenirent venalem, & divino famulatui accommodabilem, comparari posset, factumque est, ut Curiam Joannis Rezelini civis Herbipolensis emerint pro 100 marcis argen-

genti puri, quos successivè Fratres nostri solverunt. Contractum istum emptionis Curiæ ceu primi Fundi in Civitate Herbipolensi roboravit Princeps ipse, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ suis Sigillis anno 1263 mense Martio in die S. Gertrudis in Capella S. Georgii (littera Origin. ex Archiv. Herbipol.) quæ Capella post aliquot annos nobis propria pro spatio Chori Ecclesiæ applicata est, unde adhuc nostra Ecclesia S. Georgium titularem suum Patronum veneratur, quamvis, ut suo tempore infra recurret sermo, jam versa ac diminuta Ecclesia spatium illud Chori communi plateæ cedere debuerit. Prædicto anno 1263 secundo Idus Maji Capitulum Cathedralis Ecclesiæ ad instar Venerabilis P. ac D. Iringi Episcopi Herbipolensis unanimiter acceptat & nobis concedit, ut locum habeamus in Civitate Herbipolensi, in quo possimus Oratorium & Monasterium ædificare cum aliis nobis necessariis officinis, & personas nostras, locum atque familiam ibidem residentem cum rebus omnibus mobilibus & immobilibus, habitis & habendis sub protectionem & defensionem recipit. Ita habent Lit. Original. ex Archivo Herbipol. quas lubet hìc apponere.

H. DEI Gratiâ Præpositus & Decanus, totumque Capitulum Majoris Ecclesiæ Herbipolensis Dilectis in Christo Fri. Quidoni, & Fratribus Eremitarum Ord. S. Augustini de Alamannia salutem in Domino.

Literas Ven. P. Nostri Dni Iringi Epi Herbipol. vidimus sub suo Sigillo non abolitas, non abrasas, nec in aliqua parte suî vitiatas, sub hac forma. Divina gratia Herbipolensis Epus Dilectis in Christo F. Quidoni, Provinciali, & Fratribus Eremit. Ord. S. Augustini de Alamannia salutem in Dno, & sinceræ vinculum Charitatis. Cum nobis existentibus in Romana Curia pro Ecclesiæ nostræ negotiis Ven. P. Dnus Richardus S. Angeli Diaconus Cardinalis Ordinem vestrum multipli-

plicibus Commendationibus nobis commiserit promovendum, & cum de novo super eodem nobis suas direxerit literas continentes, ut de loco Ordini vestro in Civitate vel Diœcesi congruo providere curemus, de Nostra licentia speciali ejusdem Dni Cardinalis precibus inclinati, habendi locum pro commodo vestri Ordinis, in quo Oratorium & Monasterium, ubi Divina celebrare possitis, construere vobis liceat, sive sit in Civitate sive in Diœcesi, si vobis opportunitas offerat, vobis præsentibus indulgemus. Datum Ao Dni M. CC. LXII, X. Calendas Februarii Indict. VI. Pontificatûs Nostri Ao. IX. Nos igitur, ad quos spectat adinstar dicti V. Patris Dni Iringi Epi. Herbipolensis cultum Religionis augmentare, valentes, gratiam præfatam vobis facimus, & per eundem unanimiter acceptamus, in quantum ad nos spectat ob Reverentiam Dicti Ven. Patris Nostri S. Angeli Diaconi Cardinalis, vobis concedentes de gratia speciali, quod locum habeatis in Civitate Herbipolensi vel Diœcesi, in quo possitis Oratorium vel Monasterium ædificare, cum aliis vobis necessariis officinis, & personas vestras, locum & aliam ibidem familiam residentem, cum rebus omnibus aliis mobilibus & immobilibus habitis & habendis sub Protectione Nostra & defensione recipimus, ut possitis Dno liberius famulari, & nos possimus esse vestrarum Orationum, & omnium aliorum bonorum Participes, & Consortes. Datum Herbipoli, Ao Dni M. CC. LXIII, Indict. VI. II. Idus Maji. Pontificatûs D. Iringi.

Exinde Fratres nostri maturatò pro conquirendis necessariis divino cultui, Ecclesiis ac Monasteriis ædificandis solicitabant. Hoc fine effecerunt, ut Albertus Episcopus Ratisbonensis per Alemanniam & Bohemiam Prædicator Crucis daret 4 Calend. Julii ejusdem anni 1263 Indulgentias illis, qui ad Monasterium, quod nostri FF. Herbipoli opere sumptuoso inceperunt, suis subsidiis nos adjuvarent (Archiv. Herbipol).

Eodem anno 1263 extructum est Monasterium nostrum Mindelheimense in Superiori Suevia situatum, quod primitùs Quilelmitis fundabatur anno 1260 in Vico Berdenau, deinde Mindelhemium à Schwighardo de Mindelberg Equite aurato, & ejus

Conjuge Hedwiga transferebatur (Abbas Stengel. l. R. Auguſtan.)

Etiam Moguntinos noſtros hoc tempore pro regulari domo ædificanda navâſſe operam conſtat ex eo, quod Wernerus Archi-Epiſcopus anno 1265 ad conſummationem NB (verba ſunt patental.) ædificiorum noſtrorum iis, qui manus adjutrices porrexerint, 40 dierum Indulgentias conceſſerit (ex M. Sc. Nic. Benning.) ibidem priori anno nempe 1264 ſecundo Idus Martii per ipſum Guidonem Provincialem Abbatia S. Jacobi in monte Ord. S. Benedicti recepta eſt ad participationem bonorum operum & Suffragiorum poſt obitum Fratrum (protoc. Mogunt.) prout mutuas vices adhuc ibidem noſtro tempore peragimus.

Anno 1264 Wormatiæ ad Rhenum Fratres noſtri Cœnobium conſtruunt Epiſcopo Everhardo conſentiente, civibusque ſubſidia ferentibus (Pamphilus in Chronicis Ord).

Tübingæ in Ducatu Würtenbergiæ ipſo anno 1264 jacta ſunt fundamenta pro Ordinis Auguſtiniani Monaſterio (ex M. Sc. Nic. Benning.) Primumque illius loci Priorem extitiſſe Joannem Scabis, refert Suevia Eccleſiaſtica D. Franc. Petri Wettenhuſani literâ T. Eslingæ Civitatis Imperialis ad Nicarum hoc tempore peramplum ſpatium nobis comparavimus, fuitque Eccleſia ad S. P. Auguſtinum dicta & conſecrata, hortus præ cæteris amœnus habebatur (Martinus Zeiller in deſcript. Sueviæ).

Cum eodem anno 1264 Guido Comitia Provincialia totius Germaniæ Seemanshuſii in Bavaria celebrâſſet (M. Sc. Nicol. Benning.) ibidem ad obedientiam & directionem Ordinis noſtri recepit Religioſas Sorores Monaſterii Oberndorffenſis ad Nicarum, quam receptionem acceptavit Guido de Stagio, Generalis immediatus poſt Lanfrancum, uti ex literis & Sigillo earum de receptione colligit Nic. Benning. Ditiſſimum fuerat hoc Monaſterium, fundatum à Sereniſſimis Ducibus de Teck, ita dictis à Caſtro Teck, in quo nonniſi Domicellæ de illuſtri proſapia ſuſcipiebantur. Loci hujus Eccleſia Patronam ab illo tempore uſque in hodiernum diem colit Beatiſſimam Virginem Mariam ab Angelo ſalutatam,

quia

quia Sigillum eo tempore Angelicam Salutationem exhibebat, uti P. M. Wagenhauser observavit. Illum Nicolaus Papa III sub specialem tutelam Sedis-Apostolicæ recepit anno 1279, & Privilegia Monasterii confirmavit anno 1280. Nicol. Benning. in M. Sc.

Constantiam ad Lacum Acronianum, notante Gabriele Bucelino in sua Chronologia Constantiensi, Eremitani nostri ingrediebantur anno 1258, Sedem Episcopalem tunc temporis Constantiæ tenente Eberhardo Dapifero à Waltburg, qui incrementa Ordinis haud leviter promovit. Primas Monasterii fundationes partim ex Fratrum patrimoniis coemptas, partim eleemosynis gratuitò collatis exquisitas fuisse, ex certis Manuscriptis collegi, eratque Ecclesia nostra ibidem probabiliter Christo à mortuis Resurgenti, vel S. Magdalenæ Sacrata, siquidem antiquissimum Sigillum Figuram istius coram Christo, qui surrexit à mortuis, genuflexæ exhibere videatur cum circum-inscriptione: S. FR. KQŌ. ORD. SCI. ĀVG. COVET. I. CONST.

Priùs, id est anno 1265, nostri Eremitæ Augustiniani etiam Tiguri, vel Thuregi in Helvetia Monasterium erexerunt non tantùm ope munificâ Comitis Rudolphi de Habsburg, postea Romani Imperatoris, sed etiam de civium largitate, nominatim succurrebant Dominus Krafft Præpositus Summæ Ecclesiæ zu grossen Münster, & Comes à Toggenburg, qui pro ædificiis plurima contulit ligna. Item scitur, aliquem Ulricum de Basselstoff istis Fratribus nostris suam dedisse domum & hortum pro emptione, & alium Ulricum Zimmermann cum suâ Conjuge Mechtilde 10. libras num. currentis monetæ ad usum Altaris S. Eberhardi legâsse (Lang. Hist. Theolog. Helvet. Fol. 572) Ibidem postea Episcopum Ulricum Trevirensem Româ reducem obiisse, & apud nos sepulturam elegisse, habet Histor. Helvet. Stumpfii.

Porro sicut in Italia Tolentini Nicolaus velut stella major in firmamento Augustiniani cæli clarescere cœpit, ita hoc tempore in Thuringia Erthinodus de Gothâ virtutibus sanctis resplenduit,

præcipuè virginali castitate, quam orationum, jejuniorum, & flagellorum assiduitate servavit illibatam. Vidit hic inter alia & sustinuit dolores Christi in Cruce, quia verò erant atrocissimi, Dominus ei illos mitigavit, faciendo illum videre triumphum suæ Resurrectionis. Beato fine ad superos transiit anno 1266. die 30 Augusti (Diar. Arpe ex Bzovio). Guido autem rebus Provinciæ feliciter dispositis in Italiam revertitur, & ob præclara merita anno 1279 creatur Patriarcha Gradensis, quâ in dignitate, cum per novennium stetisset, ad æternam vitam ibidem evocatur Anno 1288. (ex Catalogo Provin. Bavar. P. M. Höggmayer).

Post Guidonem aliqui ponunt Andream Senensem Alemanniæ Provincialem, quem à B. Lanfranco circa annum 1260 Vicarium Generalem in Germaniam missum fuisse, ut ibidem antiqua Monasteria dirigeret, nova conquireret, ac unita realiter possideret, refert Elssius in Encomiastico Augustiniano, cujus Zelus ac pietas multùm à nostris commendata, haud parum Germaniam Augustinianam promoverit, sed juxta citatum P. M. Höggmayer Secundus ab Unione sequitur.

Engelbertus Germanus per Alemanniæ Regnum Provincialis (Höggmayer ex Archiv. Ratisbon.) præter alia Germaniæ Monasteria obtinuit à Senatu Ratisbonensi Capellam Domini anno 1255 ædificatam, atque illuc Fratres extra Civitatem jam dudum habitantes introduxit anno 1267. Vidit Provinciam accrescere per Conventum Argentinensem anno 1270, ad quam nominatissimam Imperii Civitatem in Alsatia ad Rhenum situatam, cum Clementissimus Præsul ibidem Henricus à Gerolseck (Crusenius & Pamphilus putant Episcopum de Baari) Augustinianos Spirà evocatos liberaliter suscepisset, eisdem Monasterium magnificentià suâ dignum extrui jussit (M. Sc. Provincialium Rheni & Sueviæ Brisaci) in loco collis S. Michaëlis dicto, ubi olim S. Arbogastus primò sepultus jacebat. Istud spatium ante Civitatis Argentinensis dilatationem locus fuerat supplicii, ad quem ex humilitate se-

pe-

peliri voluit præfatus S. Præsul Arbogastus, in quo, cum magna & multa per Sancti hujus intercessionem patrarentur miracula, facellum Nostris fuisse ædificatum, qui jam anno 1265 illuc venerint, habet Herzoch in Historia Alsat. ab illo Conventu in celeberrima Civitate situato, & quasi in meditullio Superioris Rheni, post divisionem Provinciarum Germaniæ Provincia Nostra Rheno-Suevica per aliquot annos Provincia Argentinensis, sicut hodiè Franciscanorum, appellabatur (Milensius in Alphab).

In eodem anno 1270 locum habitationis Fratres nostri obtinuerunt Brisaci in Civitate ad Superiorem Rhenum, qui tamen difficultatem quandam patiebantur: etenim receptioni nostræ se se fortiter opposuit quidam J. Hugo Plebanus Brisaci prætendens, eandem sibi fore præjudiciosam, sed persuasus à Præsule Diæcesano Eberhardo ad animarum salutem, & majorem Dei cultum maximè profuturam habitationem nostram, cessit querelis, pacificus nobis ex animo factus amicus, ut legi potest ex literis Original. datis anno 1261 tertio Idus Augusti. Istud autem Monasterium Brisacense ex eleemosynis ad id specialiter collectis (Suev. Eccles. D. Petri Wettenhus.) extructum posteà Rudolphus Rex Romanorum anno 1275 recepit in suam protectionem, Consulibus & Scultetis committens, ne nos molestare præsumant, de quo literæ sunt Brisaci in Archivo.

Præterea dum nostra jam fixeramus habitacula Müllhusii Civitate Superiori Alsatiæ finitimâ & proximâ Basileæ, in ipsam deinde Basileam Augustinenses Nostri anno 1276 feliciter intromittuntur, quibus intra ambitum Ecclesiæ S. Martini laudabilis Magistratus locum optimè situatum dedit, ubi etiam subsidio civium Monasterium ædificare cœperunt, quibuscum posteà D. Wernerus Schaler Ecclef. Cathed. ad S. Martinum Canonicus & Custos pro 15 libris annui censûs propter Parochialia jura convenit (Lang. in l. 2. Hist. Theol.) qui folio 941 etiam refert, quod Moniales Ordinis Nostri ibidem Basileæ fuerint, & quidem primitùs Cœnobium

ad S. Leonardi Monasterium infra Ruffach in Alsatia, ubi confirmabantur à Papa Innocentio IV sub dato Lugduni 1245. Posteà in Valle dicto Weer ad Sylvam Herciniam Diœcesis Constantiensis, ubi Dominus Waltherus de Klingen cum præscitu & voluntate suæ Conjugis Sophiæ, Ulrici sui Filii, & Ulrici Waltheri sui Fratris, illis Monialibus nobilem possessionem unà cum Jure Patronatûs, Decimis, & aliis multis juribus dato 2. Septemb. anno 1256 donavit, alterum Monasterium ædificaverunt. Emptione ac permutatione multa bona & prædia sibi acquisiverunt per annos 19 ibidem habitantes, quia verò variis belli tumultibus, periculis & injuriis ibi expositæ fuerant, Civitas Basileensis ex tunc dives Religionis, Religiosorumque Mater etiam ipsas Moniales in sinum suum recepit. Itaque anno 1276 in minori Basileà advenerunt, & cum pulchra Ecclesia speciosum inceperunt ædificare Monasterium, quod in gloriosam memoriam Domini de Klingen tanquam Fundatoris Primi & Primarii, sicut priùs in Valle Weer, Klingenthal nominàrunt, quo in Monasterio iste Fundator de Klingen unà cum Conjuge & tribus Filiabus, nempè Marchionissa de Baaden, Catharina Comitissa de Pfirt, & Comitissa Verena de Veringen sepultus est. Earum autem Ecclesia a D. Bonifacio Suffraganeo Basileensi die 17 Maji anno 1297 consecrata est (hucusque præcitatus Lang.) Ibidem in Klingenthal Parthenoni adhuc anno 1512 F. Antonius de Brisaco Confessor est destinatus (ex actis provinc.)

Interea etiam contigit, quod anno 1272 Iringus miles, dictus Krese, unus de Scabinis Fratribus Eremitis S. Augustini Herbipoli Jus Patronatûs Capellæ S. Georgii finibus & fundo areæ nostrorum Fratrum contiguæ, quod Jus ipse habuit ex parentela sua Fundatrice & Dotatrice hujus Capellæ, cum omni jure & privilegio donaverit (adsunt literæ in Archivo Herbipol).

Anno 1273 Engelbertus Provincialis laborum pro incremento Sacræ Religionis impensorum præmia accipit incineratus Seemanshusii in Bavaria ante majus altare (Catal. Provin. Bavar. M. Höggmayer). Quis immediatè Engelberto in directione Augusti-

ſtinenſium in Germania ſucceſſerit, non inveni. Quæ tamen intra decennium ab obitu illius circa Provinciam, & terras noſtras evenerint, notavi ſequentia.

Anno 1274 Leo Epiſcopus Ratisbonenſis conceſſit Indulgentias 40 dierum cooperantibus ad fabricam Eccleſiæ Friburgenſis Helvetiorum, quam ille Conventus Noſter de novo ædificare tunc cœperat opere ſumptuoſo (Benning M. Sc.) plurimùm ad illius perfectionem contribuiſſe Velgenſes, Perromanos, Töchtermannos Patritios de Düdingen, Reiff, Engelsberg, de divite Thöringen, teſtatur Lang. in Hiſt. Theol. Helvet. l. 1.

Anno 1275 Bertholdus à Sternberg Epiſcopus Herbipolenſis ratihabitione ſua roborat, ut ibidem Herbipoli ad ampliandam aream liceat nobis Augnſtinianis habere, ac perpetuò poſſidere ſemitam ortum habentem à Domo Alta uſque ad antiquum Murum per aliquam Curiam dictam Hartbach ab Adelhaidâ dicta de Jazach, relicta Vidua Hacconis militis titulo emptionis ad Noſtros anno 1267 jam devolutam (lit. Archiv. Herbip.)

Anno 1278. 17 Calend. Januarii Conradus Eccl. Argent. & Conſtantienſis Canonicus, & Egon Frater ſuus Comites de Friburg, aliàs Fürſtenberg, conceſſerunt Fratribus noſtris Friburgi Brisgojæ aream pro Clauſtro Ordinis poſſidere, & Eccleſiam ædificare vel in area, quam tunc jam inhabitabamus, vel aliâ ſummæ Eccleſiæ magis remotâ (documenta Convent. Frib. Brisg.)

Inſuper Provincia incrementum ſumpſit in acquiſitione neoerecti Conventûs tam Weiſſenburgenſis, quam Hagenöenſis in Alſatia, ita enim ex antiquo Cantuali Friburgi Helvet. ſcriptum colligit Nicolaus Benning. Anno 1279. 4 Nonas Decembris recepta „ eſt Domus noſtra Weiſſenburgenſis, & Prima Miſſa dicta per Jo„ annem Meſſerer ſub R. D. Friderico de Hollandiâ Spirenſi Epiſco„ po, qui anno 1280. proximâ Dominicâ poſt Dionyſii conſecravit „ tria Altaria & Cæmeterium, accedente conſenſu Venerabilis D. „ Abbatis Edelini, Eccleſiam S. Petri Weiſſenburgenſem tunc glori-

„riosissimè gubernantis. Et post duos annos (nempè anno 1281) & „6.dies (nimirum 6. Idus Decembris) idem Frater recepit Domum „in Hagenau, & dixit Primam Missam. Iste P. Joannes Messerer, „Frater Ordinis nostri, præcipuus Provinciæ Zelotes ac Vir præstantissimus credibiliter maximoperè laboraverit in perficiendis dictorum Conventuûm Ecclesiis, de quo memoriæ nostræ relictum fuit ex lib. Anniversariorum Colmariæ, quod Episcopus Labaccensis factus, Conventui Colmariensi legaverit 100 Libras denariorum ad Missam perpetuam, quæ autem est jam inter reductas.

Quo anno certè Münnerstadianus Conventus suum sumpserit exordium, aperta non vidi documenta, literis injuriâ temporum facilè distractis, aut omnino intereuntibus. Anno tamen 1279 Augustinenses jam receptos fuisse Münnerstadii in Superiori Franconia, probat Breve ab Incelerio Buduensi Episcopo Eremitani Nostri Ordinis concessum, quo fidelibus, qui nobis, confratribus ejus, in Münerstad Deo famulantibus eleemosynis & labore manum adjutricem porrexerint, & ad eorum Ecclesiam, Festivitatibus B. Mariæ Virginis, S. Augustini, & Dedicationis Templi cum devotione pœnitentes & confessi accesserint, quadraginta dies criminalium, & annum venialium accedente consensu Diœcesani misericorditer relaxat (Docum. Münnerstad.) datum est hoc Breve Herbipoli anno 1279. Cum ergo Breve mentionem faciat de Ecclesia nostra jam dedicata, facilè credendum est, statim post Unionem Ordinis Nostros ingressum habuisse Münnerstadii. Plures ejusmodi Indulgentias Illustris iste Vir Incelerius Frater ac Promotor Ordinis edidit. Sic priùs (ut ipsemet legi Breve in membrana scriptum Spiræ in Archivo) Tübingæ iis, qui FF. nostris Spiræ habitantibus subsidio forent, similes dedit gratias anno 1277. 10 Calend. Augusti. Sic anno 1297. concessit Parochiali Ecclesiæ ad S. Ignatium Moguntiæ (Docum. Mogunt.) Sic etiam largitus est anno 1280. 2do Idus Septemb. cooperantibus ad Fabricam Monasterii Brisacensis (M. Sc. Benning.) Hunc Incelerium

rium Archi-Præsulis Moguntini Gerardi Suffraganeum & Vicarium fuisse, ex Documentis nostris Moguntinis habetur.

Erigebant interim Friburgenses Nostri in Brisgojà anno 1278. Chorum & Ecclesiam in primo habitationis nostræ loco ad Sacristiam, sive Sacellum B. M. V. in templo Præsentatæ dicatum, quod, uti supra memoravi, longè anteà jam structum fuerat (Archiv. Friburg. Brisg).

Anno 1280. Memminganum Nostrum Asceterium (quod ipso oppido vetustius ex Eremicolis ibi commorantibus fuisse scribit Petrus Wettenhuf, in Suevia Ecclesiast.) novi ædificii fundamenta accepit (M. Sc. Benning.) donec successu temporis tùm gratuitis eleemosynis, tùm dotibus propriis, quêis certa quædam latifundia cöempta sunt, tandem informatum Monasterium apparari potuerat (in eadem Suevia Ecclesiast).

Non omittendum, quod antiqua Provincialium nostrorum Series Brisaci scripta habet: nempe in acquirendis novis Augustinensium Coloniis pro partibus & terris Germaniæ egregiam navâsse operam P. Bonifacium quendam, qui omnis generis probitate, & virtutum commendatione conspicuus anno 1290. Bosoniensis Episcopus & Basileensis Suffraganeus certas dedit Indulgentias visitantibus Ecclesias F. F. Eremitarum S. Augustini (de quo etiam Elssius in Encomiastico) forsan Bonifacius iste Engelberto successit in munere. Eximius autem P. *M.* Ang. Höggmayer ponit Waltherum, de quo Herbip. & Brisaci antiquissimas ipsemet literas legi. Hic igitur

Waltherus plures in annos Germaniæ Conventus laudatissimè gubernabat partim, & acquirebat novos. Jam anno 1260. Fr. Waltherum obtinuisse à Communitate Villanorum in Wolmadingen propè Constantiam agrum unum, dictum in **Durni nahe der Zollreine** cum parte aliqua sylvæ ipsi agro contiguæ certis limitibus distincta absque omni onere solutum ad inhabitandum pro se, successoribus, & quibuslibet ibidem Deo servientibus documenta *Monialium nostrarum* ad S. Catharinam perhibent. Donationem istam

ab Arnoldo Milite & Hugone de Langenſtein dicti loci Advocatis, cæterisque Villicis factam ratihabuit Albertus Abbas Augiæ Divitis eodem anno 1260. die 10. Decemb. & hoc ipſum eſt ſpatium, quod poſteà, & modò adhuc incolunt Moniales noſtræ ad S. Catharinam piè Domino Deo ſervientes, ditione territoriali pertinente jam ad Commendam minoris Augiæ, vel Meinau, permutatione jurium factâ inter Augianos & Meinaugianos anno 1272. (docum. ibidem ad S. Cathar.).

Cum titulo Provincialis per Alemanniam Waltherus noſter vult eſſe obligatum Conventum noſtrum Moguntinum ad celebrandum Anniverſarium D. Joannis Hanhour, pro quo datæ ſunt 6. marcæ colonienſ. anno 1283. (ex Archiv. Moguntino) cum titulo Prioris Provincialis per Alemanniam & Bohemiam Sigillo Provinciæ roborat & authentiſat quorundam Epiſcoporum Indulgentias, conceſſas iis, qui de ſuis bonis ad reformationem noſtrarum Eccleſiarum vel ſuſtentationem Fratrum ſubſidia tulerint, quas literas dedit Herbipoli anno 1285. 11. Calend. Aprilis, ubi habentur in Archivo. Sub charactere Provincialis per Alemanniam Superiorem Waltherus ratum habet contractum de Curia quadam pro noſtro Monaſterio Briſacenſi empta à nobili Viro Erpenlino de Briſaco, quod contigit anno 1289. 9 Calend. Aprilis ibidem (Archiv. Briſac.) Intereà etiam Fratres Ordinis in Monaſterium Pragenſe S. Thomæ (Hagetius) & in Tuſtanum, quorum primum à Primislao, alterum à Wenceslao Bohemiæ Regibus conditum fuerat; Item in Badenſe & Markekenſe Auſtriæ introduxit, nec non Provinciæ ſuæ Monaſteria Schönthalenſe præcipuè ab Illuſtriſſimis Comitibus de Leonsberg, & Mindelheimenſe ab Illuſtr. Domino à Mindelberg vidit perquàm magnificè dotari (Höggmayer in Catal. Provincial. Bavar).

Inter cætera quæ hiſce temporibus agebantur in partibus Rheni & Sueviæ erat iterata infeſtatio, quâ malè Ordini noſtro affecti non ſuſtinebant intromiſſionem noſtram in Civitates, eam adverſitatem ſpeciatim patiebamur Hagenoæ, dum è proxima ſylva

va

va Civitatem illam, ùt priùs memoravi, ingrediebamur, Auguſtiſſimus autem Rudolphus Habsburgicus gratioſiſſimo diplomate contra adverſarios noſtros Auguſtinianam Familiam commendabat, quo ſeſe absque injuria in Civitates reciperent. Illud, eo quòd breve ſit, de verbo ad verbum addere lubet:

Rudolphus DEI Gratiâ Romanorum Rex Semper Auguſtus univerſis Sacri Romani Imperii Fidelibus Præſentes lecturis Gratiam ſuam & omne Bonum.

AD univerſorum tam præſentium, quàm ſucceſſorum notitiam volumus pervenire, quod Nos Honorabiles ac Religioſos Viros Fratres Eremitarum Ordinis S. Auguſtini ob ſuæ cœlibis vitæ decorem ſingularis dilectionis gratiâ proſequentes de Noſtrâ permiſſione Regiâ, voluntate benevolâ procedere publicè profitemur, quodque ipſi extra injurias de Hagenoâ in loco, qui dicitur Rohoff, reſident, & ædificia ſuis congruentia conſtruxerunt. Unde Nos univerſos & ſingulos rogamus & hortamur attentè, quatenùs eosdem Fratres habeatis in omnibus factis ſuis pro divinâ & Noſtra reverentia fideliter recommiſſos, ut abundè piis eorum actionum Suffragiis adjuvemur jugiter apud Deum. In cujus rei teſtimonium præſens Signum Majeſtatis Noſtræ Sigillo facimus communiri. Datum Briſacho 4. Idus Martii Regni Noſtri anno Secundo, anno Domini 1284. (Archiv. Hagen).

Hoc tempore Herbipoli in Franconia quoddam Concilium, cui præter Legatum Apoſtolicum Præſidentem interfuit etiam Rudolphus Imperator cum variis Imperii Principibus, celebrabatur ab Epiſcopis & Archi-Epiſcopis (Trithemius) eodemque adhuc anno 1287 F. C. (forſan Conradus) Prior Domûs noſtræ Herbipolenſis indultum impetravit pro iis fidelibus, qui devotionis cauſa Sacellum noſtrum acceſſerant (litt. Archiv. Herbip).

Prædicto anno 1284. Nicolaus ab Ingelheim quandam aream no-

nostræ domui in civitate Moguntina proximam emendam dedit (Docum. Mogunt. Conv). Hoc ipso tempore pro extructione Ecclesiarum Augustinensium, in specie Moguntinæ, Spirensis & Münnerstadiensis cum omni solertia laboratum fuisse, probant Indulgentiæ ob illum finem à Remboto Episcopo Eistedensi concessæ anno 1282 (Docum. Spir. & Mogunt). Illustrem hunc Virum Remboto volunt documenta nostra Moguntina fuisse Suffraganeum Archi-Præsulis Moguntini, quod non abnuo, cum Is anno 1287. 12 Idus Maji nostrum Summum Altare consecrâsse in honorem S. P. Augustini, & in Sepulchro Altaris recondidisse æstimabiles Reliquias de Cruce Domini, de Veste B. Mariæ Virg. &c. legatur è documentis Moguntini Conventûs: an autem Ordinis nostri anteà Frater fuerit, certum indicium non inveni, etsi Moguntiæ quædam manuscripta illud asseverent.

Eodem anno 1287. Duodecimo Calend. Aprilis sedecim Episcopi, nominatim Coloniensis, Babenburgensis, Brandeburg. Virodun. Wenguliensis, Merseburg. Missenens. Badavens. Viringens. Curiensis, Argentinens. Metens. Aucens. Brixiens. Eistedens. Augustan. (fortasse adhuc in præmemorato Herbipolensi Concilio congregati) annum & 40. dies Indulgentiarum concesserunt visitantibus & juvantibus ad renovationem Ecclesiarum Friburg. Helvetiorum aut Bernensis (Benning. M. Sc.) ex quo satis colligitur, Fratres nostros jam per aliquot annos anteà Bernæ in Helvetia fixisse habitacula, eaque fuisse prope superius Hospitale ad S. Spiritum, jam structa anno 1233. Lang. in Hist. Theol. Helvet. fol. 695. l. 1. de Augustinianis affirmat. Ibidem Bernæ noster Prior, Conradus nomine, anno sequente, nempe 1288. multa passus est, dum innocenter à Lausanensi Episcopo unà cum Conventu excommunicatus, paternam tamen Sanctiss. D. Papæ Honorii IV assistentiam in tribulatione habuit, utpote qui mandavit Episcopo Basileensi, quatenus Censuram illam à Priore & Conventu revocet (lib. Archiv. Friburg. Helvet,) ad Seriem Provincialium regredior. Sequitur Waltherum

Hen-

Henricus de Vrimaria, in Thuringiæ oppido prope Erfurtum ortum habens, in Sacro Ordine Augustiniano excellentem vitæ Sanctitatem eruditione nobilissimâ maritavit, annulo Doctorali Lutetiæ Parisiorum insignitus ibidem Sacrarum literarum Professor Publicus (teste Trithemio) per plures annos extitit: posteà etiam in Alemannia nostra tàm legendo, quàm prædicando mirè claruit. De ipso Jordanus de Saxon. *in l. vit. F. F.* refert, quod otium summoperè aversatus residuum orationibus vitæque necessitatibus spatium indefessæ librorum volutationi impenderit: inde factum, quod, cùm nonnemo ei familiaris diceret: *Tù Pater ita studes in Germaniâ, ac si nunquam studuisses Lutetiæ.* Responderit ille: *Si pedes haberem ad tumulum, caput adhuc erigerem ad literas.* Ad scientiarum arcana citiùs capessenda potiorem temporis partem sacrabat orationi. Indies ad aram offerebat immaculatam hostiam præmisso Sacræ Confessionis piamento. In Horis Canonicis aliisque precationibus adeò protrahebat verba, ut canere videretur legendo: quilibet ei locus non cubiculum solùm & claustra, sed urbes quoquè & itinera pro oratione serviebant. Cum die quopiam se dentium dolore cruciari dixisset socio, quid ni, reponit ille: *mirror quod non omnes deciderint, cum nunquam os clausum ab oratione teneas.* Ea fuit erga proximum in ipso charitas, ut infirmos quotidie post Sacrum visitans, quantùm permisit religiosa honestas, præstaret medicorum officia, artis hujusce nôn omninò ignarus, illisque omnia gustui eorum adversantia prægustando animum adderet. Tam in Thuringia & Saxonia, quàm circa Rhenum & Sueviam nostram Domos complures infatigabili labore & industriâ comparavit. Interfuit Comitiis Generalibus Ratisbonæ anno 1290. celebratis, in quibus Constitutiones omnium Primas, ante sexennium jam publicatas, & pro toto Ordine statutas cum cæteris Patribus ratificavit.

Hoc ipso anno 1290. Eremitæ nostri Augustiniani credibiliter per F. Hugolinum Vetter, ut legi aliquando in lapide peristylii Wilensis insculptum, cum consensu unanimi Sculteti, Consulum, uni-

verſorum civium, Venerabilis D. Godefridi Abbatis Hirſchaugienſis Monaſterii, & D. Alberti Rectoris Eccleſiæ in Wilâ dicti de Remechingen, ſe receperunt in Civitatem Imperialem Wilanam ſive Weilerſtadianam Diœceſis Spirenſis (copia formæ receptionis in Archiv. Spir.) & anno 1295. ex piorum eleemoſynis ibi Monaſterium regulariter ædificare cœperunt. Sic enim Wilæ legi poteſt antiquis characteribus inciſum cuidam lapidi in periſtylio noſtro: *Anno 1295. jacta ſunt fundamenta hujus cœnobii.* Suevia Eccleſiaſtica D. Petri Wettenhuſani perhibet, illud primò fundatum fuiſſe pro 12. Religioſis, deinde favore & liberalitate Nobilitatis Suevicæ augmentatum pro Religioſis altero tanto multiplicatis, quod prô dolor iniquitate temporis Sæculo Decimo Sexto graviſſimè fuit mutilatum.

Anno 1294. Moguntino noſtro Conventui Eberhardus Camerarius Moguntinus, & ejus Soror Hildegardis donârunt omnes cenſus, quos habebant è domibus circa Monaſterium eidem acquiſitis pro anniverſario (Docum. Mogunt).

Anno 1295. Bonifacius VIII Papa conceſſit Indulgentias confeſſis ac viſitantibus Eccleſiam Monialium in Oberndorff Feſto Paschatis, Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Feſtis B. M. V., S. Joannis Baptiſtæ, Petri & Pauli, S. P. Auguſtini, Pauli Eremitæ, Catharinæ, Margarethæ, Agnetis, Martini, Nicolai Pontif. &c. aut opem ferentibus ad fabricam Eccleſiæ (Docum. Provinciæ Herbip.) ex hoc colligitur, quod Religioſæ Sorores noſtræ tunc temporis reparationem ſuæ Eccleſiæ intenderint.

Idem Summus Pontifex Bonifacius Primo Pontificatûs anno Ordinem noſtrum ſub immediatam protectionem Sedis Apoſtolicæ, & à Jurisdictione cujusvis Ordinarii exemit. Conſtit. X. Porro dum altefatus Papa Indulgentias conceſſit illis, qui ad ædificationem Monaſteriorum noſtrorum auxiliatrices manus porrexerint, de iſtarum veritate vidimationem dedit noſter Henricus de Vrimaria totius Alemanniæ Provincialis in Capitulo Provinciali, quod convocatis ex univerſa Germania Patribus celebrabat Turegi

gi in Helvetia anno 1297. in Festo Pentecostes. Habentur vidimatæ & subsignatæ hæ Indulgentiæ Friburgi Brisgojæ cum Sigillo, cujus inscriptio: S. Pvicial FRM. ERM. S. Aug. Pvinciæ Alamaniæ. (Sive quod expressis literis significat.) *Sigillum Provinciale Fratrum Eremitarum S. Augustini Provinciæ Alamaniæ.* Exhibet autem Sigillum hoc superiùs Matrem Dei cum prole benedictâ, in medio S. P. Augustinum, ex utraque parte & inferiùs Fratrem flectentem.

Eodem anno 1297. ad Supplices Henrici Provincialis Monasterium nostrum Rappolswilanum in Superiori Alsatia à Comitibus de Rappolstein (aliqui Wilhelmum nominant) suum spatium obtinuit; horum etiam Patronorum subsidio potissimùm struebatur, qui post accepta privilegia Pontificis ac Cæsaris de possessione stabilienda Fratribus nostris insuper de frumento, vino, ac pecuniis necessariis quàm munificentissimè providerunt. (protoc. Rappolswil. Conv.) Passa quidem est dicti Monasterii possessio gravem instantiam & oppositionem à Parochialis Ecclesiæ Rappolswilanæ Rectore: ast Paulus Episcopus Basileensis, à quo recommendati è Basileâ Rappolswilam accessimus, Parochiali Ecclesiæ non intendens præjudicium facere, sed tanquàm bonus Pater & Pastor omnium Ecclesiarum suæ Diœceseos augmentum cultûs divini & salutem animarum desiderans receptâ cautione promissoriâ à Priore nostræ Domûs Basileensis, & Priore Loci de Rappolsweiler super indemnitate Ecclesiæ Parochialis decrevit, quod possimus Oratorium, Ecclesiam & Cœmeterium habere ibidem. Scriptæ sunt hæ literæ in membrana datæ anno 1297. in crastino S. Nicolai (Archiv. Rappolswil).

Porro Henricus ædificatis Viebachi in Bavaria, Osnabrugi & Quedleburgi in Saxonia, aliisque Monasteriis ea vidit Ordinis sui incrementa, ut Provincia Alemanniæ ob amplitudinem suam ad finem anni 1299. sub B. Augustino Novello totius Ordinis Supremo Antistite in quatuor Provincias debuerit dividi, nempe in Bavaricam, quasi *ad Orientem*, quæ complectebatur ipsam Bavariam cum

cum parte Sueviæ & Franconiæ, Bohemiam, Austriam, Moraviam, Silesiam, Poloniam, Styriam, Carinthiam, Carniolam, & Liburniam. Deinde in Rheno-Suevicam quasi *ad Meridiem*, per regiones Rheni Superioris, Helvetiam, Alsatiam & Sueviam. Tertiò in Coloniensem quasi *ad Occidentem*, quæ continebat Monasteria ad inferiorem Rhenum, & per Belgium usque ad mare germanicum. Quartò in Provinciam Thuringo-Saxonicam, quasi *ad Septentrionem*, nempè per Westphaliam, Marchiam Brandenburgicam, Prussiam, Franconiam, aliasque plagas Septentrionales. (M. Höggmayer in Catal. Provincial. Bavar.) Et quamvis Henricum de Mellingen, quod est oppidum Helvetiæ, oriundum, Provincialem Priorem Alemanniæ adhuc anno 1303. extitisse, ex antiquis manuscriptis literarum censualium Moguntiæ legerim, attamen, eò quòd originales non sint, à præcitati Doctissimi Viri Angeli Höggmayer Assistentis Germaniarum assensu, qui luculenter etiam ex Torello & Empolo probat, dictam Provinciarum Divisionem institutam fuisse ante Capitulum Generale Neapoli anno 1300. celebratum, non facile deflecto.

Prædicto modo divisis Provinciis N. Henricus multis annis præfuit suæ Provinciæ Thuringo-Saxonicæ, constitutus in Capitulo Generali Arimini anno 1318. omnium Fratrum sui Ordinis per Germaniam ad Studia promovendorum Examinator, ac Regens Studiorum Pragæ in Monasterio S. Thomæ, ubi adhuc vixit anno 1343. vel credibiliùs juxta annorum computationem & Milensium anno 1334. prope octuagenarius, paulò post moritur Ratisbonæ (Höggmayer in Catal. Prov. Bav.) Orationem funebrem in die depositionis pro laudabili vitâ Henrici adornavit quidam ex Familia P. P. Franciscanorum. Ejusque Sanctam vitam & miracula fusiùs referunt B. Jordanus de Saxon. *in l. vit. F. F.* variis locis, Elssius, Arpe & alii. Scripsit hic Beatus & Seraphicus Doctor, cujus hoc frequens erat proverbium: *Inter orandum, Deo, se loqui, inter studendum, Deum sibi*, in libros sentent. *l. 4.* in Cantica Cantic. *l. 1.* in 10. Præcepta *l. 1. Audi Israel.* Flores de Collatione P. P. l. 24. *Quia* *mul-*

multa prædicabilia. Super Orationem Dominicam *l. 1.* Super Ave Maria *l. 1.* De quatuor ſenſibus Scripturæ *l. 1.* De quatuor Virtutibus *l. 1.* De Origine Ord. F. F. Erem. S. Auguſt. Sermones de Tempore l. 1. Sermones de Sanctis *l. 1.* Additiones in libros Sentent. De Paſſione Domini. De perfectione Spirituali hominis interioris *l. 1.* De Incarnatione Verbi *l. 1.* De exemptione *l. 1.* De expoſitione Decretalis; *Cum Martha.* De Celebratione Miſſarum *l. 1.* De quadruplici inſtinctu, Divino, Angelico, Diabolico, Mundano *l. 1.* Manuale Sacerdotum *l. 1.* De Vitiis Capitalibus *l. 1.* Quodlibeta duo. In lib. Ethicorum Ariſt. copioſiſſima Commentaria. Tractatus de nocturnis illuſionibus *l. 1.* Tractatus de mortificatione propriæ voluntatis *l. 1.* Kerbekius Noſter in annotationibus ad Pamphilum Herbipoli habet, ſe inveniſſe anno 1599. quod Henricus de Vrimariâ ſepultus jaceat Erfordiæ in Primitivâ noſtra Eccleſia ante Majus altare; cum tamen alii Scriptores velint eſſe illum Ratisbonæ ſepultum. Ad quod dubium ſolvendum æſtimo, quod alteruter, nempè vel Henricus de Vrimaria, vel Henricus de Haſſia fuerit ſepultus Erfurti, & alter Ratisbonæ: habemus enim duos etiam Henricos de Haſſiâ, quorum unus obiit circa annum 1400, & alter ad annum 1317. ut refert R. P. Cornelius Dielman Ord. noſtri in libello de Spiritibus, eorumque diſcretione fol. 122.

Circa hæc tempora Deus Germaniam noſtram glorificavit in humili & obediente F. Friderico Laico, culinæ ſervitiis Ratisbonæ deſtinato, qui ſicut in vita claruit maximâ in Deum religione, in Prælatos obtemperantiâ, in Fratres obſervantiâ, in pauperes atque infirmos charitate; ita poſt obitum ex hâc mortalitate eidem anno 1329. die 30 Novembris accidentem, beatitudinem ipſius æviternam, magnumque apud Deum patrocinium miracula ſatis comprobârunt (Jordanus *in vit.* F. F. Arpe in Diario & aliij).

Nunc igitur præmiſſis iis, quæ prævié ſcire oportebat de Diviſione vel Diſperſione, Unione & Incremento Ordinis Auguſtiniano-Eremitici, cujus cauſa Provincia Alemanniæ in Rheno-Svevi-

cam, aliasque Provincias sub uno tamen Generali tanquàm Supremo Ordinis Capite & Subordinato cuilibet Provinciæ Priore Provinciali particulari dispertita fuit, ab ipso Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ exordio, ejusdem Priores Provinciales secundùm Ordinem & Successionem annumerare, eorum Officia & gesta annotare, necnon, quæ sub eorum directione memorabilia,& pro Ordine scitu digna evenerunt, quantùm invenire potui, de anno in annum breviter referre intendo.

SERIES

Priorum Provincialium Provinciæ Rheno-Suevicæ.

I.

Circa annum 1300 & ultra.

HERMANNUS post Henricum Primus in Serie Provincialium Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ communiter scribitur à nostris. Et quia in Documentis Provinciæ Hermannus nomine inter illustres Conventûs Spirensis Viros ponitur primus; credibile est, eum fuisse affiliatum Conventui Spirensi, utpote cujus Civitas illâ ætate florebat plurimùm: dum Imperialis Camera eo tempore Spiræ fixerat locum, vel ipsis etiam ibidem frequenter residentibus Imperatoribus: atque Clemens V. Summus Pontifex certis de causis Sedem Romanam è Româ Avenionem in Galliam transtulerat, ubi permansit ad 74. annos; ut ideò tàm pro causis Ecclesiasticis, quàm Sæcularibus expediendis, si quæ obtigissent negotia, Spirense Cœnobium foret locus commodior atque propinquior. Sigfridus de Spira Provincialis (de quo posteriùs suo loco) in conscriptis literis censualibus Conventûs Spirensis meminit: Anno 1306 in die Conversionis S. Pauli Ellam (forsan Elisabetham) Beginam sive Tertiariam Ordinis, Filiam quandam Consulis dicti Crabis de Friezbach donâsse perpetuum censum super

per domo sitâ ex opposito horti nostri Spiræ, & nominatim Fratri H. (Hermannum arbitror) Thuringo unam libram Hallensium, & Fr. Burkardo (cujus nominis immediatus post Hermannum Provincialis in communi serie legitur) de Gozbolzheim 4. uncias, & Fr. Eberhardo de Ballenheim totidem consignâsse. Fuit Hermannus adhuc Prior Spiræ anno 1337. quo tempore in Sabbato ante Festum S. Joannis Baptistæ Sigillo suo roboravit literas, vi quarum perpetuam pensionem quandam ibi recepimus (Archiv Spir).

Quæ autem in principio Sæculi Decimi quarti evenerint, notavi sequentia: Anno 1300. cum Sæculi exordio ortum habuerunt Moniales nostri Augustiniano-Eremitici Ordinis Memmingæ, quarum Ecclesia pro Patronâ venerabatur S. Elisabetham (M. Sc. Benning).

Circa annum 1302. Conventus Lavinganus Diæcesis Augustanæ à Serenissimo Comite Palatino Neoburgico fundatus, areis ac domibus quibusdam ad eum legaliter coëmptis per P. Henricum Priorem Ordini annumerabatur (M. Sc. Benning).

Ad hoc tempus Münrestadienses nostri Claustrum suum dilatant & perficiunt: sic enim perhibent literæ Archivi illius, quod honesta Matrona Gertrudis pro se, & suâ parentelâ perpetuam Missam fundaverit, datâ ad Dormitorii, Refectorii & aliarum ædium intra Septa Monasterii extructionem copiosâ eleemosynâ & beneficiis anno 1304. 2. Idus Junii.

Anno 1304. Clemens V. Pontifex Maximus Patribus Nostris Tiguri facultatem dedit, pro stipendio convenienti Missas legendi, quod stipendium pro fabrica Ecclesiæ & luminibus applicari debeat (Lang. Fol. 589. l. 1).

Eo tempore Landavii inferioris Palatinatûs Civitate propè Spiram Fratres nostros jam fuisse receptos, non obscurè deduci potest. Siquidem ex censualibus literis in librum à præcitato Sigfrido congestis legerim, qualiter de anno 1317. honesta Matrona Huse dicta de Hohenstad Landavii constituta omnia bona sua tàm mobilia, quàm immobilia Fr. Simoni de Sarburg, & ejus germano

F 2 Fr.

Fr. Thomæ intuitu piæ, religiosæque vitæ, & post eorum obitum Conventui Landaviensi Ord. S. Augustini resignârit ac dono dederit. Semper enim verum manebit illud Ven. Bedæ, in Natal. S. Bened. effatum: quod *qui terrenis affectibus sive possessionibus ob Christi discipulatum renuntiaverint, quò plus in ejus amore profecerint, eò plures invenient, qui se interno suscipere affectu, & suis gaudeant sustentare substantiis.*

Verisimiliter Asceteria nostra Fridbergæ in Wetteravia & Alzeiæ in inferiori Palatinatu Diæcesis Moguntinæ ad initium hujus Sæculi Provinciæ Rheno-Suevicæ jam plenè fuerant extructa, & inhabitata à Nostris; cum ex Archivo Moguntino constet, quod Fr. Conradus Filius olim Eugelon's Divitis Ord. F. F. Eremit. S. Augustini Prior Domûs in Alzeia res mobiles & immobiles ex morte parentum suorum ad Conventum Fridbergensem, ubi ille primitùs (utique ante plures annos) fuerat receptus, devolutas dederit. Confectæ sunt hæ literæ anno 1327. Et Henricus Archiepiscopus Moguntinus, qui se in Bulla Conservatorem & Judicem Privilegiorum, Jurium & Libertatum scribit, jam anno 1328. ad preces nostrorum Superiorum pro Cœnobiis, Moguntinensi, Alzeiensi & Fridbergensi suæ Diæceseos Fratres nostros ad prædicandum Verbum Dei, & Confessiones excipiendas per suam Diæcesin admisit (Archiv. Mogunt).

Præterea ad Sæculi hujus principium finem sumpsit laboriosa & sumptuosa structura Ecclesiæ & Monasterii Fratrum nostrorum Herbipoli: quare anno 1302. in die Omnium Sanctorum Joannes Episcopus Havelbergensis, ac Suffraganeus Mangoldi Præsulis Herbipolensis Dormitorium, Refectorium, Ambitum, Cœmeterium & Ecclesiam cum Altaribus benedixit & consecravit; cum anteà nempe 1275. jam pro istis ædificiis manus admotæ fuissent, & pro pii operis executione tàm Bertholdus à Sternberg, quàm Mangoldus de Dapiferis Neoburg. Præsules Herbipolenses (qui posterior anno 1288. Capellam S. Georgii cum Domo adjacente Nostris concessit) Episcopalibus Indulgentiis intentum promovissent:

Ex

Ex quo magnifica planè Ecclesia protensa usque ad Domum Rappianam prodiit ad conspectum populi, & cultum Dei; illa verò utpote alterò tantò major secundùm primam formam & spatium, ac ista, quàm nunc habemus, ut adhuc staret, optandum esset. Altaria autem in eadem Ecclesia Herbip. consecrata sunt, inprimis majus Altare in choro, honori S. P. Augustini, cætera in Venerationem S. Crucis, Sacramenti Ssmi Corporis Christi, S. Michaelis, SS. Felicis & Adaucti MM., S. Christophori M. & Undecim millium MM. S. Albini & Soc., S. Eustachii Epis. & Conf., S. Erhardi Episc. & Conf., & S. Martini (Archiv. Herbipol.) adeoque cum Capella S. Georgii habuerunt tunc 12. Altaria in Ecclesia nostra Herbipolensi. Sed & Conventus ibidem anno 1305. ampliatus est in spatio, dum Henricus Schiler & Hedwigis Conjuges dicto anno vendiderunt Priori, qui vocabatur Wigandus, & Conventui Ord. Erem. S. Augustini pro 180 libr. Hallensium domum, dictam: das Hohe Hauß, sitam infra muros civitatis Herbipol. in platea S. Georgii ex duobus lateribus, videlicet Orientali & Aquilonari stratis publicis, & ab aliis duobus lateribus scilicet Occidentali Capitolio, & Meridionali Cöemeterio ipsorum Fratrum confinitam, cum torculari & lignis cellariæ adjacentibus, quæ *Leider* vulgariter dicebatur. (Docum. Conv. Herbip.) Ex quo colligitur, modernam positionem Monasterii vix non omnino versam vicem obtinuisse ab illo Primo situ & ordinatione.

Anno 1306. Helena Filia Salmanni Judicis Moguntini magna aliàs Benefactrix domum finalem de quinque suis domibus, viciniorem Choro nostro Moguntino, vendidit ac tradidit nobis possidendam. Pariter eidem Conventui Moguntino Tilmannus Walbodo domum suam dicto anno 1306. per venditionem cessit. (Docum. Convent. Mogunt.).

Cæterum Provincia Rheno-Suevica tùm ex præcedenter dictis, tùm ex aliis argumentis actorum verisimiliter constiterit post factam Alemanniæ Partitionem in sequentibus Conventibus secundùm Ordinem alphabeticum: Alzeiano, Argentinensi, Basileensi, etiam

etiam Monialium, Bernensi, Brisacensi, Colmariensi, Constantiensi, Eslingano, Friburgensi Brisgojæ, Friburgensi Helvetiorum, Fridbergensi in Wetteravia, Gamundiano, Hagenoensi, Landaviensi, Lavingano, Moguntino, Müllhusano, Oberndorffensi Monialium, Rappolswilano, Spirensi, Tigurino, Tübingano, Weissenburgensi, Wilano, & Wormatiensi. Quod Herbipolensem, Erfurtensem, & Münrestadianum attinet: erant isti Conventus in districtu Provinciæ Thuringo-Saxonicæ. De quâ tamen, ut memoria ejus & Patrum, qui ante Lutheranismum pietate & doctrinâ floruerunt, jugiter maneat, ac præcipuè, cum præmemorati tres Conventus posterioribus sæculis reducti fuerint ad Provinciam Rheno-Suevicam, quæ pauca legi, fideliter referam. Memminganus autem Conventus, sicut & Mindelheimensis eo tempore obediebant Priori Provinciali Bavariæ (Höggmayer in Catal. Provin. Bavar.) vel potiùs, quod de Memmingano constat, tunc adhuc immediatè Reverendissimo P. Generali submittebantur.

Conventuum Heidelbergensis in inferiori Palatinatu, ubi posteà celebres Doctores de Nostris in Academia florebant, & Pfortsheimensis in Marchionatu Badensi exordia, etsi de anno non constet determinatè, ex Actis tamen Provincialibus satis eruendum est, primoribus annis hujus Sæculi decimi quarti Provinciæ Rheno-Suevicæ illos jam jam annumeratos fuisse: vel quod Provinciales Ordinis Synodi hisce in locis tunc temporis passim celebrarentur, vel preces in iisdem Capitulis pro territorialibus Principibus, ubi dicti Conventus situati erant, designarentur à Patribus & Fratribus fundendæ (ex Actis Provincial. Herbip).

Crusenius noster in Monastico Augustiniano ad finem, ubi Conventus omnium Provinciarum totius Ordinis specificat, mentionem etiam facit Conventûs Confluentini Provinciæ Rheno-Suevicæ: sed quo anno hic Conventus inceperit, aut quo desierit, quæsito studio experiri non potui. Situm autem vidi, quem habuit dictus Conventus ex parte altera Rheni infrà fortalitium Ernbreitstein. Institêre pro recuperatione illius Eximii PP. Provinciæ

ciæ Colonienſis, & duo de noſtra Provincia noviſſimis annis; ſed quia permutatio illius cum alio prædio jam dudum facta eſt, ſpem receptionis fermè omnem eſſe occluſam, ipſemet à Magnatibus audivi. Non procul à Confluentiâ Sorores noſtri Ordinis ex altera parte Rheni, quæ reſpicit Oppidum Boppart, incolunt Cœnobium dictum Campen. Iſtæ fuerunt aliquando ſub obedientia Ordinis, nunc autem Ordinarii Trevirenſis; Directorem in Spiritualibus habent Patrem quendam de Franciſcanis Recollectis ex Boppart. Schaffhuſii in Helvetia Fratres noſtros Clauſtrum & Domos habuiſſe, ſed non diu ibi permanſiſſe, Lang. in Hiſt. Theolog. Helvet. fol. 1003. refert, quod facilè credo, ſiquidem in antiquis Actis Capitularibus hucusque non invenerim Priorem quendam illius loci.

Ceterùm Provinciæ Rheno-Suevicæ in præſignatis Conventibus conſtitutæ anno 1306. in Comitiis Generalibus Bononiæ peractis pro ſtudio Fratrum deſignatus eſt Conventus Argentoratenſis, utpote ad quem tàm è Suevia, quàm Helvetia & inferiore Rheno commodè Studentes mitti poterant. Sicuti etiam Studio Provinciali Bavariæ decernebatur Vienna, & Colonienſi Colonia (Höggmayer ex Torello Tom. 5. ad ann. 1306).

II.

BURKARDUS de Tübingen profeſſus, inſignis literaturæ (Series Prov. Rheni & Sueviæ paſſim) in Regimine Hermannum ſecutus eſt. Specialia ejus acta latent: eoquòd ille Conventus in Würtenbergia ſituatus perverſis Lutheri temporibus diſſipatus fuerit, ac monumenta antiqua Patrum interierint, aut ſaltem ſubtracta oculis noſtris lateant. De iſto Monaſterio Tübingano notat Martinus Zeiller in Deſcriptionibus locorum Sueviæ, quod iſte verſus ſuper interiorem januam legendus fuerit: *Clauſtrum hoc cum Patria Statque, caditque ſua*, quod verificatum eſt in defectione à fide. Utinam & verificetur in converſione; *Clauſtrum hoc cum Patria cecidit, lapſumque reſurget.*

Circa annum 1306. & ultra

Flo-

Floruit istis annis Jacobus Pandewiz S. Augustiniani Ordinis, qui Suffraganeus Spirensis Domum Capituli, Peristylii & Cœmeterii anno 1310. in Spirensi nostro Monasterio consecravit (Docum. Spir. Convent.) postquàm anno 1290. ibidem summum Altare Ecclesiæ nostræ in honorem Sanctissimi Corporis Christi ab Episcopo Spirensi Friderico jam fuerat inunctum (ex addition. in Serie Provincial. Brisaci).

Anno 1311. Concilium Oecumenicum Viennæ in Gallia celebratum fuit sub Clemente V. Pontif. Max. qui ipsemet directionem illius egit. Ex 300. Episcopis, plurimisque Oratoribus, Legatis & Theologis Sacer Ordo Augustinianus hujusmodi Ecclesiasticos Patres ac Ministros pro utilitate Ecclesiæ complures habuit de nostra Provincia: Et præcipuè ibidem contra Fraticellos & Templarios acuit calamum Doctor noster fundamentalis B. Ægidius Romanus ex illustrissima Columnensium Familia oriundus, qui Ex-Generalis & Archi-Episcopus Bituricensis eò etiam Synodum Provincialem coëgit anno 1315. (plura in Elssio).

Circa illam ætatem Joannes Habsburgicus de Austria Dux Sueviæ Alberto Primo Imperatore Patruo suo propè Vindonissam Cantonis Bernensis anno 1306. à se occiso pro pœna commissi criminis in Pisanum Eremitarum Augustinensium Cœnobium ex Henrici Cæsaris Decreto relegatus, tantam exercuit pœnitentiam, ut in alterum Virum mutatus, cum liber denuò declararetur, liberam sibi captivitatem indixerit, & habitum Ordinis anno 1311. assumens, magnam spiritualis vitæ perfectionem attigerit: lapsis veræ contritionis exemplum factus, sanctè obiit anno 1312, miraculorum fama ingens jacet Pisis in Ecclesia S. Nicolai. (Elssius in Encomiast).

Eminuit quoquè in Provincia Saxoniæ Joannes Rez de Bobeno, quem Burckardus III Archi-Episcopus Magdeburgensis sibi delegit pro Vicario in Pontificalibus, & Episcopum Coronyacensem in Hungaria fecit consecrari: fuitque hic Primus Suffraganeus in Ecclesia Magdeburgensi anno 1313. (Elssius in Encom).

Anno

Anno 1315. Joannes Lavacensis Episcopus Vicarius Generalis Archi-Præsulis Moguntini, quem Milensius & Elssius volunt fuisse Ordinis nostri, dedit Indulgentias visitantibus Münrestadii in nostrâ Ecclesiâ Altare S. Leonardi. Habuit etiam hoc Sæculo Münrestadiana nostra Ecclesia inter alia Altare S. Crucis, S. Sebastiani, S. Catharinæ, & in Peristylio Capellam S. Margarethæ; prout similia testantur libri antiqui anniversariorum, quorum fundationes absque nostra causâ bellicis injuriis interierunt, aut aliò distractæ sunt.

III.

WERNHERUS de Friburgo, Vir doctus, industrius & prudens clavum Provinciæ Rheno-Suevicæ direxit circa annum 1318. quo acceptavit fundationem aliquorum bonorum & censuum in Bezingen & Schaffhusen per R. D. Petrum Capellanum in Castro Friburgi Brisgojæ factam pro Sacro indies legendo. Prioratui Friburgensi Brisgojæ eodem anno præfuit F. Bertholdus de Lahr, qui locus est in Marchionatu Badensi; (lit. acceptationis in Archiv. Friburg. Brisg.) mansit autem Wernherus in officio suo usque ad annum 1323. quo illas literas Sigillo Provinciæ roboravit, Priore præfati Conventûs Friburgensis jam existente F. Nicolao de Wissenburg (Documenta Friburg. Brisg.) Unde ob factam Prioris mutationem probabiliter Capitulum intra hoc tempus à Wernhero celebratum fuerit. Porro Wernherum Priorem egisse adhuc anno 1342. Brisaci, antiqua ibidem Documenta testantur. Item F. Wernhero Lectori, Hermanno de Wochtenheim & F. Joanni Pistori ab Idta dictâ de Odensheim olim Beguina certum legatum fuisse factum, habent literæ Archivi Spirensis. An autem hic Wernherus fuerit ille Provincialis, de quo nobis sermo, incertum est. Joannes tamen Pistoris Niddanus verisimiliter juxta Elssium in Encom. ille fuit, qui edidit posteà quinquaginta ex libris S. P. Augustini sumptas de reliquiis Sacris quæstiones.

Circa annum 1316 & ultra.

Provinciam Saxoniæ in illis diebus clarificavit B. Hermannus de Hallis, qui virginalem candorem à teneris Deiparæ Virgini ju-

ratum ad mortem usque servavit illibatum: pœnitentiæ & orationi summè deditus ex insultibus diabolicis semper evasit victor. Solâ lectione S. Evangelii & signo Crucis sanavit morbos incurabiles. Cum de passione Domini pias meditationes priùs scripsisset, postmodùm longa infirmitate, in qua nunquam ad Aram sacrificare, horasque canonicas dicere omisit, patienti Christo conformatus, ad illa verba passionis Domini, quam sibi ex Evangelio prælegi voluit: *Jesus emissâ voce magnâ expiravit:* ipse quoqne Vir Dei Spiritum reddidit Hallis 31. Martii anno 1329. (Jord. de Sax. in vitis Fratrum.)

Porro in qua numerositate & flore Provincia Thuringo-Saxonica sicut & alii Religiosorum Conventus fuerint hoc tempore, manifestat Decretum Provincialis Capituli anno 1320. in Porta Cœli peracti, in quo Henricus (credibiliter de Vrimaria) cum cæteris Vocalibus ordinavit, ut in Comitiis non excedatur numerus centum Fratrum, exceptis Conventibus Magdeburgensi, Erfordiensi, Herbipolensi & Osnabrugensi, in quorum quolibet præter Conventuales sufficiant ducenti Fratres. Tenor Decreti de verbo ad verbum est sequens:

NOs Fr. HENRICUS, S. Theologiæ Professor Vicarius Reverendi Patris Fr. Alexandri Prioris Generalis & Fr. Joannes Prior Provincialis, nec non Fratres Henricus St. Theologiæ Baccalaureus, Hermannus Lector Principalis in Magdeburg, Joannes Lector in Helmestat, ac Henricus Lector in Erfordia, Diffinitores Capituli Provincialis, Provinciæ Thuringiæ & Saxoniæ, F. F. Eremitarum Ordinis S. Augustini, in Portâ Cœli celebrati, cupientes auferre opprobrium, quod ex Conventiculis quasi annualibus imminet Nostræ Provinciæ ex eo: quod alii Religiosi Nobis subsannantes dicunt, Nos propter defectum Personarum & Locorum, Nos nostra Capitula Provincialia in locis solitariis celebrare. Volentes etiam nihilominus, fervorem & Zelum Fratrum in augmento & congruâ dispositione locorum per occasionem legitimam audentius inflammare, ad honorem Dei & Ordinis, ac devotionem fidelium jugiter am-

ampliandam ; ex maturâ deliberatione & unanimi consensu præsentis Capituli ac omnium Priorum locorum, Discretorum totius nostræ Provinciæ irrevocabiliter duximus ordinandum, ut deinceps nostra Provincialia Capitula juxta formam infrà Scriptam in Locis & Conventibus inferius exprimendis omni tempore regulariter celebrentur: Volentes, ut proximum Capitulum sequens celebretur in Magdeburg, secundum in Monrestad, Tertium in Lippia, quartum in Stargardia, quintum in Erfordia, sextum in Helmestet, septimum in Osnaburg, octavum in Herbipoli, nonum in Eschennewege, decimum in Koningsberg, undecimum in Quedelburg, duodecimum in Herwodia, tertium decimum in Gotha, quartum decimum in Northusen, quintum decimum in Grimmis, sextum decimum in Embeke. In omnibus autem locis prædictis non excedatur numerus centum Fratrum, exceptis Conventualibus, nisi alicui Conventui ad ipsius instantiam per Provincialem & Diffinitores præcedentis Capituli major numerus concedatur: exceptis quatuor Conventibus infra Scriptis, videlicet Magdeburgensi, Erfordiensi, Herbipolensi, & Osnaburgensi, in quorum quolibet præter Conventuales sufficiant ducenti Fratres. In quorum omnium perpetuum robur & testimonium Sigilla nostræ Provinciæ, Vicarii, Provincialis, Diffinitorum prædictorum, & omnium Priorum de Provincia præsentibus duximus apponenda. Actum & Datum in nostro Capitulo Provinciali in Festo Pentecostes Anno Domini Millesimo trecentesimo vigesimo in Portâ Cœli celebrati (Protoc. P. Wilhelmi Grabler Herbip. fol. 62).

IV.

PETRUS DÜDESFELDER de Spira Professus floruit ac præfuit Provinciæ Rheni & Sueviæ adhuc anno 1363. supersunt quippe in Archiv. Brisacensi quædam literæ, quibus Petrus dicto anno Rheni & Sueviæ Prior Provincialis Nicolaum Plebanum Brisaci, Privilegia funeralium & sepulturæ adversum Nos infestantem, postquàm hunc Reverendissimus Ordinarius Constantiensis Rudolphus Comes de Montfort jam compescuisset, ad pacificam compositionem recepit. Laudatur hic Petrus noster à Trithemio tanquàm Vir in Divinarum literarum studia propensissimus, & in Sæ-

Circa annum 1323. & ultra

Sæculari Philoſophia magnificè doctus, ingenio præſtans, clarus & diſcretus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum celeberrimæ famæ. Hic ſcripſit quædam præclara opuſcula, quibus nominis ſui memoriam ad poſteros transmiſit, è quorum numero feruntur ſermones de tempore l. 1. Sermones de Sanctis l. 1. Super libros Ethicorum Ariſtotelis l. 10. & multa alia. (Pamphilus in Chronicis) Petrum quendam Priorem fuiſſe Moguntiæ anno 1329. documenta ibidem teſtantur: an autem ille fuerit, de quo nobis ſermo, ſi non certitudinem, ſaltem probabilitatem ætatis convenientia facere poteſt.

Notatu digna illius temporis ſunt, quod Summus Pontifex Joannes XXII Ordini gratioſè affectus anno 1321. conceſſerit multa Privilegia & ſpecialiter prohibuerit, ne quispiam noſtrum Ordinem moleſtare præſumat, prout de his Bulla habetur in Archivo Spirenſi. Idem Roman. Pontifex circa annum 1322. Joannem de Poliaco Doctorem Pariſienſem in Concionibus & Lectionibus docentem quosdam errores ſuper Confeſſione auriculari, quibus Mendicantium Privilegiis, circa jurisdictionem & poteſtatem excipiendi Confeſſiones, & abſolvendi Parochianos, contradixit, eosdem ceu damnatos à Sede Apoſtolica retractare coëgit. (ex Bullis, quæ Spiræ & Moguntiæ ſunt) Literis Apoſtolicis ad Moguntinum Archiepiſcopum expeditis, ipſe tunc Henricus anno 1328. Clero ſuo demandavit, ne impediant Prædicatores & Confeſſarios noſtros, præcipuè Conventuum Alzeiani & Fridbergenſis ſuæ Diœceſeos (Diplom. in Archiv. Mogunt).

Quod ipſum poſteà Præſul Herbipolenſis Otto de Wolffskeel anno 1338. abundè præſtitit, Privilegia noſtra pro Conventibus in Franconiæ Diœceſi ſitis, nempè Herbipolenſi, Münreſtadienſi, Schmalkaldienſi in Comitatu Henneberg, Windsheimenſi in Marchionatu Onolsbacenſi, (Königsbergenſe in Ducatu Hildburghauſen Saxoniæ, pariter dictæ Diœceſis, tunc forſan nondum acquiſitum fuerat) per Provincialem Thuringiæ & Saxoniæ ſibi præſentata, tanquàm vidimata confirmando, (ex Archiv. Herbip.)

In-

Interim Ecclesiam Monialium Oberndorffii ædificatam fuisse circa annum 1324. argumento est, quod Rudolphus Comes de Montfort Episcopus Constantiensis specialis nostri Augustiniani Ordinis Fautor, à quo etiam Conventus Constantiensis (uti Blasius Burgknecht in suo manuali tempore Prioratûs annotavit;) fundum quendam pro habitatione regulari accepit anno 1318. antea nempè 1323. cooperantibus restaurationi Templi Oberndorffensis Indulgentias dederit. Huic Monasterio Monialium deinde anno 1325. Volmarus Oberndorffensis tradidit ad Dei honorem Dynastiam Horchusanam: et Fridericus Dux Teckensis donavit eidem Jus Patronatûs Ecclesiæ in Bochingen anno 1334. (Suevia Ecclesiast. Petri Wettenh. Ex nostris Documentis).

Conventui Moguntino legavit anno 1324. Georgius Erhardi divitis Filius Domum retrò Monasterium: et anno 1329. Agnes relicta Tilmanni Advocati eidem Conventui 4 marcas, 5 denarios super Curia sua dicta Kirsenecf pro anniversario dedit. (Docum. Mogunt. Conv.).

Monasterio Hagenoënsi anno 1327. plurima bona sua sita in Rottelsheim & Geboltsheim ex integro donavit Conradus dictus Cresse Civis Oppidi Hagenoënsis. (Docum. Hagen.) Eidem Conventui Hagenoënsi Ludovicus Bavarus Romanorum Imperator anno 1332. gratiosè concessit ligna cædere, quibus se indemnem facere ob aquarum alluviem præterfluentis ad illud nostrum Monasterium amnis, & queîs ad calefaciendum & comburendum uti possit (Docum. Hagen).

Anno 1329. Chorus & Ecclesia Capellæ Friburgensis Brisgojæ, ubi nunc Sacristia est, contigua a Conrado Episcopo Argentinensi Comite de Friburg, qui ad ædificationem potentes tulit suppetias, in honorem S. Erhardi Pont. & Conf. dedicabatur (Docum. Conv. Frib. Brisg).

Anno 1333. in die Ascensionis Domini etiam Ecclesia nostra Landaviensis de novo extructa, solidissimis & quadratis lapidibus subsistens & pretiosa ab Alberto Episcopo N. consecrata fuit. (Benning. M. Sc.) In-

Inter Viros à doctrinâ & virtute præstantes Saxonia habuit circa annum 1331. Albertum Theologum eximium, ac publicum quondam Professorem Universitatis Parisiensis, postmodùm Episcopum Halberstadensem ac S. R. I. Principem, (A. Höggmayer in Serie Provin. Bavar.) qui, cùm esset in Philosophia Peripatetica & Mathesi admodùm eruditus, reliquit Commentaria super tabulas Alphonsi Regis ad indicia Astronomiæ. Item scripsit quæstiones in libros Aristotelis de Physico auditu. De generatione & corruptione, & de anima, quæ partim extant Herbipoli in Bibliotheca nostra.

Eodem anno 1331. Quilelmus de Cremona Generalis Ordinis impetrabat Exuvias S. P. Augustini. (Pamphilus in Chron.)

V.

Circa annum 1334. & ultra. ALBERTUS de Calba quæ urbs est in Ducatu Würtembergiæ, cujus nominis Comites de Calw celebrabat Antiquitas, Professus Wilæ, adhuc anno 1342. Provinciæ Rheno-Suevicæ Caput extitit. (ex antiqua Serie Prov. Rhen. & Suev.) quo eodem anno Brisacensis Conventûs Prioratum sustinente Wernhero, factam annui censûs inter modò dictum & Friburgensem Conventûs emptionem Albertus ratam habuit. (ex eâdem Serie) tristatus est prius anno 1334. ob lamenta Fratrum Augustinianorum Spiræ: dum ibidem Monasterium nostrum cum reliquis contiguis ædificiis strato igne vastatum, & tres Fratres flammâ absumptos fuisse acceperat. (Crusenius in Monast.) Consolabatur autem, dum Gerardus Episcopus Spirensis ex illustri Familia ab Ehrenberg Monasterium in cineres collapsum restauravit, & in ampliorem formam reduxit, ipsaque ædificia propriis sumptibus innovavit. (ex Misc. de Eccles. Cathed. Spir. & anniverſ. nostrorum antiquo libro).

Aliàs Religionem Augustinianam in Germania, & præcipuè partibus nostræ Provinciæ insigniter illustravit ætate illâ Ulricus à Lenzburg, dictus Sultetus (secundùm annotationem Alphonsi Pe-

Petermann.) Argoviensis sive de Arau in Helvetia, Theologus celeberrimus, qui ob vitæ integritatem ac doctrinæ præstantiam creatus est à Joanne XXII. Episcopus Curiensis in Rhetia, ac S. R. I. Princeps: Domui suæ benè præpositus investivit feudis Martisfenii Castri & Pincernarum officii Albertum Seniorem Ducem Austriæ anno 1337. in thermis Badensibus; & sub eo accessit Ecclesiæ Curiensi Rietbergum, & castrum Tumiliascæ. (Crusen. in Monast.) obiit hic Ulricus anno 1355. apud Sarmetium, & in Ecclesia Curiensi Cathedrali sepultus fuit. De quo plura habet Elssius in Encomiastico. Hunc Ulricum Bucelinus Monachum fuisse ex Eremo Marianâ in Chronologia Constantiensi perhibet, sed videtur Historicus ille, aliàs celebris, nimis partialiter scriptitâsse pro Ordine Benedictinorum, cui se professum agnoscebat; Bucelino autem antiquiores pro nostro S. Ordine hìc & aliàs sæpè sentiunt, istum & alios mitratos fuisse Augustinianos. Nec dubitandum: etsi enim F. F. Mendicantium Ordines à quibusdam modò videantur non ita honorandi, illis tamen Sæculis, uti annales singulorum talium Ordinum demonstrant, sapientia aut sola aut juncta illustribus natalibus plures pios Fratres gloria & honore coronavit etiam in terris.

Clarus à sanguine illis annis Ordinem Augustinensem amplexus est Thomas Filius Henrici Ducis Brunswico-Lüneburgensis & Grübenhagensis, qui cum sacro Religionis habitu consectaneas præsetulit virtutes, & Sacro-Sanctæ Theologiæ Doctor creatus multis Saxoniæ Conventibus Antistes præluxit. (Jordan. in vit. F. F. Item Joann. Georg Lenckfeld de antiquit. Monast. Walkeredensis citans etiam Meibomium).

Anno 1338. Ulricus Zimmermann & Mechtildis uxor ejus PP. nostris Turegi fundarunt pro Altari S. Eberhardi 10 lib. denar. (Lang. fol. 589. l. 1.)

VI.

THOMAS, de Argentina communiter nuncupatus, natales habuit Hagenoæ, a Cathedra Argentinensi nomen. Sacrarum lite- Ab anno 1343 & ultra

terarum Magiſtralem Lauream adeptus eſt Pariſiis, ubi quoque magna ſapientiæ laude floruit, publicéque Theologiam profeſſus eſt, Vir cùm propter ſummam eruditionem, tùm etiam propter inſignem pietatem mirum in modum omnibus acceptus. (Elsſius) anno 1343. quo ſecundùm Merckium pag. 204. inundationes in Germania ubique ineffabile damnum in frugibus cauſarunt, adeò ut poſt parvum temporis intervallum maxima annonæ caritate preſſi fuerint, & famę perierint plurimi noſtræ Regionis incolæ, ille in ſe gubernium Provinciæ Rheno-Suevicæ ſuſcepit. (Series Provinc. Rhen. & Suev. ex M. Sc.) Quod cum duobus ſolùm annis retinuiſſet, anno 1345. die 11. Julii Lutetiis Pariſiorum à Patribus Ordinis de novo Capite ſollicitis Thomas eligitur Prior Generalis. Illo tempore Joannes Wicleffus Anglus Hæreſiarcha cum ſuis conjuratis aſſeclis errores ſuos ſparſit, quibus ut Ordo ſimul unitus pro viribus reſiſteret, hortatu Summi Pont. Clementis VI. à quo ſicut & Innocentio VI. multa Privilegia circa rerum perſonarumque immunitates Ordini obtinuit, ex tempore peroravit Thomas; ſtatimque Patres omnes Wicleffi errores ejurârunt, perpetua infamia mulctantes eos, qui à vero SS. Patrum ſenſu deviantes, illius falſa dogmata conarentur tueri. In ſupremo hoc Religionis officio novas Conſtitutiones antiquis adjecit: & ſpecialiter pro ſingulis Alemanniæ Provinciis Sanctiones tulit, quas ſe legiſſe teſtatur Milenſius in Alphabeto.

Inter alias additiones ad primum Caput de divino officio Sac. conſtit. eſt, & ſervatur adhuc hodiè: quod inter octavam Feſti S. P. Auguſtini de nullo alio Feſto fiat officium, niſi Decollationis S. Joannis Baptiſtæ, & Dominicæ infra octavam. (Breviar. Ordin.) Elapſo Generalatûs triennio (Singulis enim trienniis tunc fiebat electio Patris Generalis) Papiæ celebravit Comitia, & ibidem in Officio confirmatus fuit anno 1348. quo tempore monuit ſuos Patres, ut deteſtatâ Hæreſi Fraticellorum calamos acuerent contra Quilelmum Ockam, & Petrum Corbarium Pſeudo-Papam Nicolaum V. nuncupatum, ſtudiis Ludovici Bavari Impera-

to-


R.mus P. Thomas de
Argentina S.T. professor
Parisiis Rheni et Sueviae, dein
totius Ord: Erem: S.P. Aug: Prior
Generalis, praeclarus Mag. Sent:
Commentator. obiit
Viennae 1357.
Gutwein Sc: Wirceb:

toris promotum, illiusque armis aliquamdiù defensum. Thoma nostro suadente P. P. Augustiniani obedientes legitimo Pontifici Clementi VI. cum aliis Ecclesiasticis etiam pluribus annis (Bucelinus, Item Herzochius in Chron. Alsat. habet Septendecim annos) à cantu in Ecclesia abstinebant; interdictum enim plures ac præcipuas Imperii civitates, Moguntiam, Argentinam, Spiram, Wormatiam, Basileam, Constantiam &c. cum Episcopis & Diœcesanis ferierat: quod humiliter observantes, ideòque cessantes à publica Sacrorum celebratione Monachos fecit apud plebem & cives multùm odibiles, atque exulare nonnulli coacti sunt ob fidelitatem vero ac legitimo Pontifici servatam. Unde perpendendum facilè, quantas arduitates ac studia habuerit Regimen nostri Argentinatis, qui intricatissimis temporibus ita obediret Pontifici, ut tamen ob Interdictum & Excommunicationem Ludovici Imperatoris confœderatos suo Augustiniano Ordini adhuc servaret amicos. Lectu digna sunt, quæ de Clemente VI. Pont. Max. & Ludovico Bavaro scribit eruditè noster P. Gelasius Hüber in prædicata Ecclesiastica Historia hoc Sæculo. Fatali hoc tempore, & anno prædicto 1348. dira pestis totum pene orbem miserandum in modum invasit: Solummodò ex Ordine Augustiniano intra triennium quinque millia & octoginta quatuor Fratrum mortis ulcere percussa interierunt (Scriptores nostri passim).

Porro Thomas anno 1351. in Capitulo Generali Basileæ in Provincia nostra Rheno-Suevica habito, ad quod Pont. Clemens VI. plenarias Indulgentias in formâ Jubilæi, testante Alberto Argentinensi apud Lupum L. cc. c. 19. dedit, tertiò, & ad annum 1354. Augustæ Perusinorum quartò Generalis renuntiatur: Denique, dum Ordinem lustrat, & Brünensi Monasterio, quod isto anno 1354. exædificandum erat, superintendit, jamque Viennensi sese impendit: ibidem duodeno annorum circulo completo cum carnis onere deponit Ordinis Regimen anno 1357. victurus apud Scholasticos ob præclara Scripta, dum orbis stabit. De quo Poëta canit:

Omne tulit punctum Thomas, dum grande Magistro
Et decus & lumen cum brevitate dedit. (Crusenius.)

Scripsit nempe Commentaria in Magistrum sententiarum l. 4. in quibus contra D. Thomam & Aegidium tenet sententias, præcipuè circà prædestinationem ad gratiam & gloriam, quales potiori ex parte R. R. P. P. Societatis modò amplexantur, adeò, ut nova non sit eorum doctrina. Scripsit etiam Quæstionum è S. Scriptura solutiones. Sermonum l. 1. Meditationum l. 1. Epistolarum l. 1.

Celebrem famam illo tempore Ordo habuit in Fr. Bertholdo: fuit is Episcopus Zygenensis in Hungariâ (forsan suffraganeus Herbipolensis) quem, dum anno 1360. diem suum obiisset Herbipoli, erectum sarcophagum habuisse in antiqua Ecclesia nostra ibidem, Onuphrius Schambach in suo protocollo refert; extat ejusdem Episcopi, Herbipoli in Archivo, Bulla de consecrata parte vel navi Ecclesiæ nostræ antiquæ.

Vixit hoc tempore Fr. Jacobus de Colmaria Lector præclarus ac multùm laudabilis anno 1343. Brisaci, de quo multa Manuscripta & antiquos libros habet Bibliotheca nostra Colmariensis.

VII.

Circa annum 1350. & ultra JOANNES de Civitate nova Nemetûm sive Neystadt an der Haard, Filius Conventûs Spirensis clavum Provinciæ Rheno-Suevicæ direxit anno 1350. Sic enim perhibent literæ quædam Archivi Moguntini, quêis conventionem sua dispositione ad dictum annum procurâvit inter Fr. Simonem tunc temporis Priorem, & quendam Joannem de Moguntia ratione quinque domorum.

Eodem anno quinto idûs Februarii Gerlacus Archi-Præsul Moguntinus juxta Privilegia nostra concessit facultatem prædicandi & absolvendi in sua Diœcesi Fratribus nostris Conventuum in Alzeia & Fridberga: addiditque Indulgentiam 40. dierum largientibus stipem, conferentibus ad fabricam, audientibus sermones, & visitantibus Ecclesiam illorum (Archiv. Mogunt). Unde haud obscurè colligendum, tunc temporis prædictos Conventus Alzei & Fridberg ad regularem formam ædificatos fuisse.

Porro, dum Crusenius in suo Monastico refert, Joannem dire-

rexisse Generale Capitulum Basileense anno 1351. alius non fuerit quàm iste, de quo loquimur, Joannes: Etenim Provinciæ suæ idem Conventus Basileensis, in quo illud Capitulum celebrabatur, fuerat connumeratus & concreditus.


Hunc eximium Virum Provincialem Spiræ defunctum ex antiquis monumentis collegit P. Mgr. Joannes de Judæis, licèt Pamphilus Basileæ anno 1371. die 15. Octob. illum velit obiisse. Fuit proinde iste Joannes de Spirâ in Capitulo Generali Basileæ celebrato legitimus Præsidens: quod est contra Laurentium Empoli, qui annos non rectè computâsse videtur; ideóque sinistrè Anti-Generalis notatur, contra verum Generalem Paulum Venetum, quo Regimen Ordinis tenente Joannes noster jam vitâ defunctus fuerat.

Præclarissimos à Sanctitate & literatura Viros tunc temporis Thuringo-Saxonia habuit Jordanum Provincialem, Hermannum de Schildis S. Theol. Professorem, Henricum de Eugis Priorem Herbipoli, & Conradum Alanum Lectorem ibidem. Adsunt Herbipoli in Archivo antiquæ literæ, quibus quatuor isti Viri cum Conventu pro conservanda Infirmaria ibidem anno 1349. statuerunt, ut certi fructus venales in Villa Heidersheim propterea expendantur. His literis quivis illorum Virorum speciale suum sigillum affixit.

Fuit autem Jordanus Quedleburgi Saxoniæ natus, Galliam & Italiam literarum causa incoluit, Discipulus Bononiæ sub Joanne de Lanâ, & Lutetiæ sub Prospero Rhegino, & in Germania sub Hermanno de Hallis: multarum antiquitatum indagator, & in declamandis sermonibus facundus extitit Orator. Vir eximiæ pietatis, doctrinæ suæ excellentiâ tenuit ne dum Magdeburgi, & in aliis Germaniæ Gymnasiis supremas Cathedras, sed etiam per universam Germaniam totius Ordinis Præfecturam. In pluribus Provinciis Visitationis officium gessit. Anno 1331. cùm esset tunc Lector Erfordiensis, in causa cædis Burckardi Archiepiscopi Magdeburgensis Commissarius, rem omnem felicissimè conclusit.

Tangermundam Diœcesis Brandenburgensis, hæresi Luciferariorum infectam, Jordanus cùm Fr. Nicolao Ord. minor. Guardiano purgavit. Oratione multa beneficia impetravit: bis enim à submersione, semel à latronibus, & semel à morsibus canum Dei gratia, & favore B. M. V. miraculosè liberatus fuit; proùt ipse in suo libro *Vitas Fratrum* inscripto, copiosius, quæ sibi evenerunt, enarrat. In isto libro exemplum reliquit Scriptoribus, oportere non tàm accuratum esse in notandis rebus & factis hominum obscuris, quæ scire posteritati non adeò utile, quàm in speciosis virtutum exemplis, quibus moveri non tantùm, sed & trahi possunt ad similes conatus, aliorum benefacta lecturi. Edidit quoque Commentaria in Apocal. Joannis. Sermones de Sanctis, opus *Dan* appellatum, quod habemus Gamundiæ, sicut & Postillas in Evang. totius anni. Tractatum de Passione Domini, qui incipit: *Inspice & fac secundùm exemplar*, quem habemus Herbipoli. Sermones de tempore, qui juxta Milensium habentur Moguntiæ; & legi etiam Herbipoli Manuscripta, quæ incipiunt: *Jordanis ripas alvei &c.* Quadragesimale. Sermones Dominicales. Tractatum de Spiritu libertatis. Comment. in Regulam S. P. Augustini. Vitam S. M. Monicæ. Apologiam Ord. nostri. Utilissimum librum de 4. Communionibus, quæ sunt necessariæ profitentibus monasticam vitam. Tractat. in Orat. Dominicam. Quæstiones varias, & alia plurima. (vide Elssium) Sanctò fine quievit anno 1380. Viennæ in Austria. Quod autem Milensius refert, hunc Jordanum fuisse adhuc Provincialem anno Jubilæi Universalis 1400. juxta computationem præsignatarum literarum, quas legi Herbipoli, videtur disconveniens; potuit tamen alius hujus nominis fuisse, ùt inferiùs de anno 1425. erit mentio.

Hermannus de Schildis natione fuit Westphalus: per continuam lectionem & scriptionem evasit in Virum omnium scientiarum peritum. Ad apicem intelligentiæ raram junxit humilitatem: unde quantùm suspiciebatur à quibusvis propter doctrinam, tantùm fuit amatus propter modestiam. (Diar. Arpe & *Vit. F. F. Jord.*


B. Hermannus de
Schildiz Westphalus, Ord.
Erem: S. Augustini, S. Theol. pro-
fessor, a vario scribendi genere
praeclarus, et insigni vitae sancti-
tate venerabilis. Obiit
Herbipoli Ao 1357.
Gutwein sc: Wirceb:

Jord.) Specialiter illum æſtimavit Purpuratus Pater ac Dominus Petrus Eduardus titulo S. Clementis Presbyter Cardinalis, qui Hermanno in favorem dedit certam pecuniæ ſummam, ex qua Infirmaria, Libraria, Coquina &c. ædificata ſunt nobis Herbipoli. (proût perhibet antiquus anniverſ. liber ibidem). Plurima ſcripſit talento ſuo digna volumina. In 3. Sentent. l. 1. In Ethic. Ariſtot. l. 10. In Rhetoric. Ariſt. l. 3. Poſtill. Super. Cant. l. 1. Collationes prædicabiles per totum annum l. 1. De Materia cantic. cant. l. 1. De expoſitione Miſſæ l. 1. Clauſtrum animæ l. 1. De immaculata Conceptione Virg. Mariæ l. 1. De Modo Studendi pro juvenibus l. 1. Introductorium juris l. 1. Super Decretal. *omnis utriusque* l. 1. Poſtillam ſuper Geneſin l. 1. Contra Flagellatorum errores, qui anno 1351. ſurrexerunt in Superiori Germania. l. 1. De vera & falſa amicitia l. 1. Expoſitionem ſuper Orationem Dominicam, duplicem in l. 1. Expoſitionem ſuper *Ave Maria* l. 1. De 4. Senſibus S. Scripturæ l. 1. Manuale Sacerdotum l. 1. De vitiis capitalibus l. 2. Hexameron duplex l. 2. De horis canonicis l. 1. De 10 Præceptis l. 1. De quinque ſenſibus l. 1. Quadrageſimale de 42. manſionibus l. 1. Sermonum ad Clerum l. 1. Sermonum ad populum l. 1. & alia multa. (Jord. & alii.) His doctè ſanctéque elucubratis Vir pietate, Religionis zelo, & miraculis inſignis feliciter tranſit ad ſuperos 8. Julii anno 1357. (Diar. Arpe) ſepultus in choro ante gradus altaris habuit Herbipoli in lapide ſepulchrali ſculptam epigraphen: *Venerandus Fr. Hermannus de Schildiz Weſtphalus, Profeſſor Theologiæ Ord. Erem. S. P. Auguſtini. Venerabilis, in omnibus Sanctus, expiravit anno 1357. in Feſto S. Kiliani* (Milenſius) anno 1687. diruto choro & templo decurtato ejus oſſa ad dedicationem templi reponi curavit infrà ſummum altare ad cryptam R. P. Onuphrius Schambach, uti ipſe in ſuo Protocollo refert Herbipoli.

Henricus de Eugis vel Augeâ, dum Herbipoli præfuit, tam in Oeconomicis quàm Monaſticis eidem Conventui utiliſſimè profuit; ſic enim ſpeciatim collegi ex antiquo anniverſ. libro, quod

tam in vineis, quam aliis redditibus mentionato Conventui Herbipol. multa reliquerit, & Senior ibi in Domo Professionis (ignoto anno) obierit 10. Calend Januarii.

De Conrado Alano præter id, quod Herbipoli Lector extiterit, alia quidem non legi. Floruit tamen illis annis Conradus quidam de Monte Puellarum sive *Magdeburg*, qui à Pamphilo scribitur, fuisse olim Ecclesiæ Ratisbonensis Canonicus, & quod in Gymnasio Erfordiensi rudimentis AA. LL. imbutus, ac deinde ad Universitatem Parisiensem se conferens, Philosophiam, Sacrásque literas legitans, Doctoris Insignia consecutus sit, & posteà modò Religioni nostræ se consecrârit. Scripsit iste Conradus ad Lupoldum Episcopum Bambergensem grande ac nobile opus, quod prænotavit Oeconomiam, & alia, quæ Elsfius adducit. Paralysin passus, Viennâ de Austria, ubi studiorum Regentem egerat, Ratisbonam delatus miraculosè sanatus est à S. Erhardo, ut ipsemet fatetur. (vide Elsfium.)

Hic quoque optimo notandus calculo venit Ludolphus à Camoslaria vel Goslaria Saxo, in Theologia Lector, qui floruit ætate B. Jordani Saxonis, eóque Hic utebatur summè familiariter. Quare ejus honorificè meminit *lib. 2. cap. 8. de vitis Fratrum.* Fuit enim Ludolphus in Magistratu Provinciali severus disciplinæ claustralis restitutor, in sacrorum lectione librorum infatigabilis, & proinde Codicum omnium, quibus Bibliothecas farciebat, avidus conquisitor. Sed super omnia hæc probatissimæ vitæ ac devotissimæ. Quo factum est, ut nocturnum Natalis Dominici, quo solebat in suis assiduis precationibus fervore, sacrum faciens, videret in calice ex interna labri parte, dum Hostiæ fragmen signo Crucis in calicem de ritu immitteret, illis verbis: *Pax Domini sit semper vobiscum:* Stillare leniter nitidam aquam, sacróque sanguini immisceri. Quam rem cum admiratione considerans, revocavit in mentem ea Christi verba apud Joannem Cap. 4: *Qui biberit aquam, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Quapropter & ipse vices tantarum gratiarum repen-

dens

dens; pro guttis guttas, pro aqua aquam, in lacrymas solvens, consummavit de more Sacrificium tam nobili miraculo insignitum; & quod acciderat, Jordano suo, ùt alia solebat arcana, aperuit.

VIII.

CONRADUS TUCHSCHERER de Brisaco, Sacro-Sanctæ Theologiæ Magister, ob vitæ integritatem & scientiæ excellentiam meruit esse Vicarius Generalis in Spiritualibus Reverendissimi & Illustrissimi Episcopi Basileensis Joannis L. B. Senn de Munzingen, in quo officio constitutus simul Provinciæ Rheno-Suevicæ Gubernacula tenuit jam anno 1361. sicut hoc ipsemet legi ex literis transumptis in Archivo Herbipol. quibus Joannes Episcopus ille ad preces Conradi Privilegia & Indulgentias ab Alexandro IV. Ordini nostro concessas recognovit tanquam veras, eásque sigillo suo communivit & roboravit Anno 1351. Interfuit Comitiis Generalibus Florentiæ celebratis anno 1371. in quibus Quido à Bello Reguardo totius Augustiniani Ordinis Antistes eligebatur. (ex actis Provinc.) Ab anno 1360 & ultra.

Intereà sub Regimine Conradi Provincialis Carolus Quartus Imperator Augustissimus, Ordinis nostri Fautor & Promotor maximus ad sedandas controversias à malevolis obtrectatoribus commotas, conformiter Bullæ Alexandri IV. Sum. Pont. Anagniæ quarto Pontificatûs sui anno concessæ, facultatem adeundi hæreditatem, & omnia bona mobilia & immobilia possidendi FF. Erem. S. Augustini per Diploma declarat & ratificat anno 1360. Moguntiæ; sicut hoc habemus in Archivo Spirensi. Idem fecit Norinbergæ anno 1363. quod habemus in Archivo Herbip. Eadem Cæsarea Majestas Gratiosum mandatum expedivit de protegendis Religiosis Ord. FF. Eremit. S. Augustini in Alsatia & Suevia, adeóque specialiter pro nostræ Provinciæ Conventibus. Item aliud de non molestandis Nostris, quod vidimatum servat Archivum Friburg. Brisgojæ.

Prædicto Anno 1350. Monasterio Herbipolensi per venditionem à D. Ulrico Weideler accessit Curia vulgariter dicta zu dem

Bet-

Bettelmann cum horto, horreo, & domibus extra respicientibus hortum contiguum Curiæ Wigandinæ tunc temporis. Dedimus pro iis 1084. lib. Hallensium. (Archiv. Herbipol.)

Areis etiam quibusdam Constantiæ ad nostri Monasterii viciniam coëmptis idem Conventus anno 1361. & 1363. incrementum accepit. (Blasius Burgknecht in manual.) circa hoc tempus accepimus etiam vineas nostras à decimis immunes cum torculari in monte: Schelmenhalten suprà Ekelshoven: sic dictas, quia hic mons olim erat locus supplicii: cæteras sequentibus temporibus ex propriis Conventûs pecuniis coëmimus.

Anno 1364. Henricus de Brandis Episcopus Constantiensis Ecclesias Parochiales in Bochingen & Horhausen annexuit Conventui Oberndorffensi in perpetuum. (Suevia Ecclesiast. Franc. Petri Wettenh.)

Singulari honore ac veneratione circa hæc tempora Provinciam nostram affecit F. Augustinus de Brisaco, totius Ordinis Procurator Generalis anno 1360. juxta Elssium. Præstantissimum hunc Virum posteà Episcopali charactere insignitum fuisse, antiquissima anniversaria Brisacensia in quodam ex meris membranis constante libro Scripta insinuant: ubi legitur: *23. Martii* (de anno non fit mentio) *obiit Dominus Aug. dictus Münzmeister, Episcopus Secoviensis, qui fuit olim Fr. Ordinis nostri.*

Vixit quoque ac claruit ad annum 1360. exemplari vitâ Ulricus Brunsuicensis multùm à quovis æstimatus, & pluribus in locis Prior. (Elssius) Anno 1370. D. Eberhardus Cathed. Eccl. Constantiensis Canonicus & Sigillifer Ven. P. F. Sigfrido de Schlettstatt & suis 4. Confratribus F. Rudolpho de Bischoffszell, F. Brunoni de Mengen, F. Joanni de Friburgo, & F. Joanni Heffner de Constantia, qui hoc tempore in domo ad bonam Adelhaidam propè Constantiam habitârunt, pratum ad rivum præterfluentem cum horto domui adjacente donavit. (Documenta Monast. Monial. in Adelhaid.)

Cæterùm Conradus Provincialis in Serie Provincialium Rheni & Sueviæ, quæ in quibusdam Conventibus reperitur, obiisse Ture-

regi anno 1371. Statim post reditum à Capitulo Florentino ad Germaniam, scribitur. Sed meritò hoc in dubium vertimus: siquidem Brisaci habeantur Originales literæ, quæ continent, qualiter certi redditus Fr. Conrado Tuchscherer de Brisaco Lectori sive MagistroBasileæ (vernaculâ nostrâ linguâ tunc dicto: Lesemeister.) à suo Patre fuerint concessi: Signabantur hæ literæ anno 1375. Judico proinde, obiisse quidem Conradum anno 1371. Turegi munus Prioris Provincialis, & pro ipso electum fuisse Joannem, utì statim sequetur; ast necdum obiisse diem ultimum vitæ suæ. Aliàs ex antiquissimo anniversariorum libro Brisaci constat, 30. Junii Conradum, de quo loquimur, migrâsse ex hoc Sæculo, etsi annus non sit annotatus.

IX.

JOANNES HILTALINGER, de Basilea, Vir suo ævo doctissimus, tàm in Divinis scripturis quàm sæcularibus literis celeberrimæ eruditionis, fuit tùm in Gallia, tùm in omni Germania laudatissimæ famæ, quam sibi doctrinæ & sanctitatis opinione comparaverat (Elsfius). Ad ipsum Jonnem adhuc de Argentina Lectorem Jordanus de Saxon. Librum *vitas Fratrum* intitulatum direxit. (Crusenius in Monast.) Sacro-Sanctæ Theologiæ Magister Parisiis creatus anno 1371. sub præsidio Lectoris sive Magistri Tillmanni, qui aliquando Gamundiæ & Argentinæ Prior extitit. (Acta Capit.) memorato anno eligebatur Turegi Provinciæ Rheni & Sueviæ ceu amandissimus Pater ac Superior, Idémque reelectus Fridbergi anno 1372. permansit usque ad annum 1377. & durante Capitulo Generali Coloniæ anno 1374. Circa annum 1371. & ultra

Anno 1375. Anglici cum Confœderatis Alsatiæ fines invadunt, & in Monasteria etiam barbarè bachantur, igne illa destantes.

Ipso Joanne do Basileâ clavum Provinciæ tenente anno 1372. Fratres nostri acceperunt novum Domicilium in Pappenheim, Primúsque Prior ibidem destinabatur F. Henricus Unmüllig; (Acta Provinc.) Est autem Pappenheim Illustrissimis, Comitibus de Pap-

Pappenheim S. R. I. Mareschallis Hæreditariis proprium, in tractu Sueviæ Inferioris ad saltum vulgò dictum Haneskam, Diœcesis Eustadensis. Fundatores illius Monasterii Chronicon Pappenheimense describit, fuisse Henricum Mareschallum Filium Rudolphi Mareschalli Heroëm in militaribus peritissimum. Fundatio quædam legendarum Missarum ibidem fuit jam ab anno 1348. ubi posteà Fratres nostri easdem pro Fundatoribus legerunt. In Ecclesia nostra Pappenheimensi dictus Fundator Henricus & Uxor ejus Elisabetha nata de Ellerbach post obitum habuêre sepulturam. (Suevia Ecclesiast. Petri Wettenhuf.)

Anno 1373. Monasterium, quod P.P. Franciscani in Monte Baccarum, Beerenberg non procul à Wünterthur Helvetiæ incolebant, ab Augustinianis occupatum fuisse, refert Haberer in suo Speculo honoris: hoc Monasterium liberalissimè dotaverunt Albertus & Leopoldus Duces Austriaci, eoquòd ibi sepulturam eligebant: primitùs autem ex meris beneficiis & eleemosynis piorum fidelium ædificabatur. Ideò ab Henrico Episcopo Constantiensi de anno 1373. & 1378. datis instrumentis nova plantatio subsidio fidelium erecta nominabatur. (Lang. Hist. Theol. Fol. 572.) Ibidem in Beerenberg Ecclesia erat consecrata honori B. Mariæ Virginis, & erat etiam ibi Altare S. Crucis. (idem Lang. fol. 593.) Probabiliter Capellam novam ædificârunt Nostri statim anno 1373. quia Hottinger refert apud Langium fol. 306. quòd Augustiniani ibidem acceperint licentiam in Capella necdum consecrata Missas legendi.

Sequente anno 1374. ipsemet Henricus de Brandis antefatus Præsul Constantiensis Capellam ad Bonam Adelhaidam, qui locus à paucis abhinc annis incrementa sumpsit, cum consensu territorialis Abbatis divitis Augiæ consecravit. (Doc. Adelhaid.)

Isthoc tempore scilicet anno 1378. Moniales in Münsterlingen prope Constantiam sub Regula & in Ordine nostro vixisse testantur literæ censûs cujusdam perpetui in fructibus ex Tottnach, quæ incipiunt: Wir Fraw Anna Pfefferhardin, Meister und aller

aller Convent Augustiner-Ordens: quod autem aliqui velint fuisse Canonissas, vix ex istis formalibus credere fas est; nam nihil de Regularibus vel Canonissis titulus refert: quæ autem simpliciter dicuntur Augustiniani Ordinis, nostri Ordinis esse censentur. Sic etiam in Buchau prope Uttenweiler, Dei Cellâ prope Gamundiam, & Herbipoli ad S. Marcum Moniales prioribus sæculis nostri Ordinis fuisse, varia habentur testimonia.

Hoc ipso anno 1374. Patres Ordinis Capitulum Generale sub Reverendissimo P. M. Quidone à Bello Reguardo celebrabant Coloniæ ad Rhenum. Interfuerunt eidem Capitulo de Provincia Rheno-Suevica Vocales: Noster Joannes Provincialis, Hammannus sive Hermannus de Rinach, Conradus Suvenheim Lector Principalis Studii Generalis Argentinensis, & Conradus de Gummeringen, qui Prior Moguntini Conventûs vice Reverendissimi Patris eodem loco Capituli Generalis, Provinciali nostræ Synodo præsedit, Joannémque reelectum in munere Provincialatûs stabilivit: Diffinitores nostri erant Lector Nicolaus de Spira, Lector Joannes Sweinheim de Argentina, Lector Angelus de Eslingen, & Joannes Swerter de Basilea. Ob singularem pietatem & eruditionem Joannes quidam Augustinensis Monachus circa annum 1375. venerationi fuit Friderico II. Episcopo Argentinensi è Comitibus de Blankenheim, cujus confessiones secretas ille solebat excipere. (Elssius) forsan ille fuit de Schaffolsheim, cujus causâ (ut habet Chronicon Herzochii) Capella ad S. Sepulchrum in horto Nostro Argentorati ædificatum est, consecratúmque an. 1374.

De cætero Joannes Provincialis in officio mansit usque ad annum 1377; quo ad Capitulum Generale Veronam pergebat, ubi Bonaventura Patavino pro Capite Ordinis electo noster Joannes Hiltalinger à Patribus conscriptis Procurator totius Ordinis denominabatur, ipsóque Romanam Curiam ingresso, Vicario nomine Provinciam Rheno-Suevicam per unum annum regebat Theodoricus de nobili Familia Mürnhardorum, Lector Biblicus Parisiensis, de Moguntia oriundus, Vir doctrinâ & prudentiâ plurimùm

 ex-

excellens, qui posteà tàm in Comitiis Generalibus Herbipoli anno 1391. habitis, quàm Provincialibus anno 1405. Landavii peractis præsidium tenuit vice Reverendissimi P. Generalis, & intereà Conventûs Moguntini Familiam gubernavit, (ex registris & Actis Capit. Provinc. Herbipoli).

X.

Ab anno 1378. usque 1379. HENRICUS de Lucerna Helvetiorum, Turegi professus, ejusdem Conventûs præfecturam laudatissimè tenuit circa annum 1376. cúmque eum ob varia virtutum merita Patres in Provinciali Congressu Rappolswilæ celebrato ad annum 1378. Antistitem Provinciæ Rheno-Suevicæ elegissent, Henricus hoc officii sui onus pergrave sentiens, altero statim anno coram Patribus, quos Wormatiam convocabat, humillimè resignavit. Ubi rursus, & quidem Tertiò

Ab anno 1379 usque 1380. JOANNES de Basilea Provincialis repetitur, & eodem anno 1379. Episcopus Lubariensis, alii volunt Labacensis, inauguratur. (Acta Provinc.) Cùm igitur Joannes jam pridem non solùm S. Ordini, sed toti etiam Reipublicæ Christianæ viriliter sese impendisset, & excitatas inter Lotharingicam & Burgundicam Domum controversias feliciter sopiisset, plerisque etiam Principibus ac Episcopis in rebus gravissimis serviisset consiliis, cujus operâ etiam frequenter usus fuerat Thomas Argentinas Generalis in conservanda Fidei sinceritate, quæ nonnunquam sub ipso in Germania visa fuit periclitari, dum Imperator Pontificis excommunicatione feriebatur; grandævus ætate 70 annorum anno 1389. obiit Basileæ (Elssius) Alii de Nostris scribunt Friburgi Brisgojæ in Choro ad majus Altare sepultus; quod indubitatum habemus ex lapide sepulchrali ibidem Friburgi existente, cui incisus cum insignibus Episcopus. Scripsit Commentaria præclara in 4. lib. Sentent. (Crusenius p. 3.) habentur in Conventu Ratisbonensi teste Milensio.

XI.

Ab anno 1380 CONRADUS de Husen, sive Hausen, à prisca hujus nominis no-

nobilitate Natales habuit Constantiæ, cujus in S. Ordine Conventui affiliatus, brevi crevit virtutibus & doctrinâ plurimùm. Ss. Theologiæ Lector ac Professor nominatissimus extitit Argentinæ. Ob magnam in rebus agendis dexteritatem ad intricata Provinciæ negotia expedienda sæpè adhibitus, anno 1378. à Patribus Provinciæ denominabatur Diffinitor Generalis, & sequente annô 1379. ab iisdem Præsidens Capituli Wormatiæ recognoscebatur. In ea æstimatione fuit apud Urbanum VI. Pont. Max. ut de speciali Ejusdem mandato Philippus de Messana Rector Ordinis Conradum loco Joannis de Basilea ad Episcopalem dignitatem assumpti, Rectorem Provinciæ anno 1380. constituere juberetur. Eundem etiam Episcopus Constantiensis Henricus de Brandis Majorem suum per Diœcesin habuit Pœnitentiarium, sicut ex literis dicti Episcopi ad Moniales nostras Oberndorffenses datis clarè constat. Officium talis Pœnitentiariæ exinde apud Nostros etiam cum successu duravit.

usque 1390.

Hoc ipso statim anno Provinciale Capitulum Conradus celebravit Heidelbergæ, in quo vix uno alteróve eorum Vocalium, qui trans Rhenum fuerant, præsente, Octodecim circiter de Provincia potiores in Sueviæ Conventibus Conradum Provincialem elegerunt: Scissurâ quâdam inter Fratres obortâ, quæ hoc tempore Schismatis ex assultu Pseudo-Pontificis Clementis VII. nominati, & à Gallis defensi etiam Monachos fecit dissentientes, missus est anno 1382. à Reverendissimo P. Generali ad Capitulum Provinciale Spiræ indictum conciliandæ concordiæ causâ P. M. Lucas de Firmo Italus, & unanimiter reelectus est ibi Pater pacis, Conradus de Husen, Diffinitoribus existentibus F. Joanne de Rinstetten Priore & Lectore Argentinæ, Lectore Nicolao de Spira, Conrado de Gummeringen Lectore de Wila, Lectore Conrado Præpositi sive Probst de Müllhausen. (Acta Provinc. Herbip.) Scribitur in fasciculo temporum Coloniæ edito anno 1481. quòd hoc Ecclesiæ Schisma fuerit subtilissimum, & tàm perplexum, ut etiam

 do-

doctissimi & conscientiosissimi Viri vix valuerint discutere de vero Capite.

Hoc tempore Pistorum socii Moguntiæ à Conrado Provinciali certa quædam Privilegia in nostro Conventu obtinebant. Idem Conventus Moguntinus isto anno 1382. quandam vineam in Harxheim dictam Leide per F. Henricum Schäffer Priorem obtinet, quam anno 1393. à Decimis dandis immunem declaravit D. Philippus à Falckenstein (Docum. Mogunt. & M. Sc. Benning).

Constantiense Cœnobium gubernante Conrado tantum cepit incrementum & prærogativam, ut Generalia totius Ordinis Comitia anno 1384. Constantiam ad Lacum Bodamicum destinarentur. (Höggmayer ex regist. Generalibus) quamvis forsitan pestis causâ, quæ altero anno, quo illa fuissent celebranda, in nostra Provincia Rheno-Suevica plures Fratres extinxerat, à Regionis accessu deterriti Patres conscripti non Constantiæ, sed Strigonii in Hungaria illa Comitia Ordinis celebraverint, assumpto in Generalem Bartholomæo Veneto: vel causâ obitûs Clementissimi Principis & Episcopi Constantiensis Henrici de Brandis, qui speciali amicitia junctus erat R. P. Provinciali, & adeò S. Ordini & Provinciæ favebat in vita, ut post mortem singulis Fratribus 3. Missas pro anima ipsius legere in Capitulo anno 1384. indiceretur.

Prædicto anno 1384. quatuor Mendicantium Ordines certa concordiæ fœdera inierunt (M. Sc. Benning) quæ successu temporis magis firmabantur, maximè anno 1435.

Eodem Conradus Provincialis Primam Patrum Convocationem peregit Spiræ, & in ea Studium Grammatices, quod ante Sexennium fuerat Brisaci, demandavit Alzeiam & Eslingam. Alterum, & tertium Congressum sustinuit anno 1385. & anno 1386. Argentinæ, quartum Moguntiæ anno 1387.

Hoc tempore Patres Diffinitorii determinabant quidem Vicarios Conventuum, quo casu aliquis ab officio Prioratûs fuisset absolutus, electionem tamen Priorum (uti hodiè apud RR. PP. Dominicanos adhuc usitatum) reliquerunt Fratribus de Conventu

tu liberam. (ex Act. Provinc.) Demum anno 1388. Conradus Provincialis Landavium pro electione novi Capitis Patres Provinciæ convocavit, & reelectus continuavit Regimen (Act. Prov.) forsitan sequente anno ob longas, magnásque defatigationes cum vita defunctus officio, quod ad decennium servavit; nam Franciscus Scholer de Argentina, aliquando Prior Moguntiæ & Diffinitor anno 1378. Professor S. Paginæ excellentissimus, Rector Provinciæ constitutus Patres anno 1390. Spiram designâsse in actis legitur. Idem adhuc anno 1391. ad clavum Provinciæ sedit, ùt colligitur ex literis, quas dedit ad Priorem & Conventum Friburgensem Helvetiorum commonens illos, ut pro observandis Ordinationibus à M. Thoma Argentinate Sororibus nostris Beginabus in Augea ibidem præscriptis invigilent. (M. Sc. Benning.) Ab anno 1390 usque 1391.

Cæterùm Mindelhemii in Suevia circa hos annos cùm præstantissimâ Prosapiâ, tùm eximiis virtutibus celeberrimus vixit Georgius, Friderici Tekensis Ducis Filius, S. Theologiæ Doctor, Conventûs illius loci Prior, ac posteà Provinciæ Bavarorum Provincialis. (Nostri passim.)

Circa Rhenum autem nostrum spectabiles Viri inter alios Patres fuerunt Henricus de Andlau non minus à grandiori literatura, quàm rerum gerendarum peritia commendatus, in nobilioribus Conventibus Lector & sæpe Prior in specie, Basileæ, Hagenoæ, & Colmariæ, in variis etiam Comitiis Ordinis Diffinitor & Vocalis, Majores Hic Ordinis Ecclesiastici honores pro meritis ac virtutibus facilè adipisci poterat, quos tamen sancta humilitate fortiter recusavit, testantibus Prov. Actis. Birlinus Lector de Spira doctus & prudens, Congressûs Fridbergensis anno 1372. Præsidens. Nicolaus Pistoris Lector ac Prior Spirensis anno 1388. & anteà Diffinitor Generalis. (Acta Capit. Prov.) Meminit Elssius etiam alicujus Matthæi de Frankenberg anno 1391. ad Episcopalem dignitatem cum titulo Escolonensis Ecclesiæ in Palæstina evecti.

XII.

HAMMANNUS, apud alios HARTMANNUS de Rinach, nobili Ab anno 139 usque 1401

bili Prosapià oriundus ad Studia Generalia Ordinis Parisios, & in Italiam missus est. Argentinæ, ubi professus, Sacrarum literarum Lector Primarius ac Magister celeberrimus ob singulares animi dotes apud quoscunque in magna æstimatione steterat. Hunc Synodus Generalis Veronæ anno 1377. vidit Diffinitorem Ordinis. Hunc Patres Provinciæ nostræ in Congregatione Rappolswilana anno 1378. recognoverunt Præsidem. Hunc præcipuus eo tempore Conventus Argentinensis suum venerabatur Priorem anno 1384. usque dum anno 1391. per Patres Ordinis Herbipoli in Franconia ad Generalia Comitia convenientes proclamatus ibidem fuerit Provincialis per Rhenum & Sueviam.

In isto Herbipolensi Capitulo Generali ad novi Generalis electionem non procedebatur, sed Tholomæus, vel Bartholomæus Venetus prolongato officio suo confirmatus est Ordinis Antistes. (Crusen.) Vir verè pius, zelosus ac doctus, quem Illicetana Congregatio, pro arctioris disciplinæ custodia habuit Institutorem. (Elssius) ibidem Reverendissimus Pater ex Memmingano tunc adhuc Conventu Generali per quosdam Fratres nostræ Provinciæ, quæ ex furore pestis plurimorum fata dolebat, de consensu ipsius Provinciæ, eos incorporando, succurrebat.

De nostra Provincia Generali illi Congressui interfuerunt P. M. Theodoricus Mürnhardi de Moguntia, qui Capitulo Provinciali insimul ibi tunc temporis habito præsedit, Hammannus de Rinach electus Provincialis, Nicolaus de Spira Lector & Prior ibidem, Conradus de Gummeringen Lector Eslingæ, Hugo de Argentina Lector Wormatiæ, & Conradus Burgthor Principalis Lector in Argentina Diffinitores. (Act. Capit Prov.) Suffragia erant sequentia: inprimis pro bono Statu Provinciæ nostræ quilibet Sacerdos dicat 3. Missas, 1mam de Ss. Trinitate. 2dam de Spiritu S. 3tiam de Beata Virgine. Item pro tranquillo Statu Romani Imperii quilibet dicat 3. Missas, 1mam de Ss. Trinitate. 2dam de Gloriosa Virgine. 3tiam de S. Cruce. Item pro salutari Statu Reverendissimi Domini Episcopi Herbipolensis (erat hic Ge-

Gerardus de Schwarzenburg) quilibet dicat. 3. Missas supra notatas. Item pro bono Statu Serenissimi Ducis Umberti Senioris de Bavaria & suorum Progenitorum quilibet dicat duas Missas, Imam de B. Virgine, 2dam de S Cruce. Item pro bono Statu Reverendissimorum D. D. Archi-Episcopi Moguntini & Episcopi Spirensis, Argentinensis, Basileensis quilibet dicat duas Missas. Item pro bono statu Serenissimæ Dominæ Mechtildis Marchionissæ de Baden quilibet duas Missas prænotatas. Item pro anima Serenissimi D. Rudolphi de Baden Marchionis quilibet duas Missas pro defunctis. Item pro omnibus Benefactoribus nostræ Provinciæ tam in civitatibus, quàm in villis, tam vivis quàm mortuis quilibet dicat 3. Missas, Imam de Spiritu S. 2dam de Beata, & 3tiam de Mortuis. Similes preces ac suffragia in anterioribus & subsequentibus Capitulis indicebantur pro bono statu Ecclesiæ, & Summi Pontificis, pro Pace, pro Conservatoribus Privilegiorum nostrorum & iisdem gaudentibus, ût habent Acta Capitularia.

Anno 1393. Hammannus Provincialis Capitulum conscripsit Weissenburgum. In eo Studium Generale de Argentina translatum est ad Conventum Moguntinum, & inde ex Decreto Congress. sûs Wormatiensis anno 1394. ad Conventum Constantiensem: cujus Principalis Lector ac Magister fuit Conradus Burgthor. (Act. Capit. Provinc.)

Convocat denuo Hammannus, quotannis Capitulum agens, Patres Diffinitorii anno 1395. Argentinam. Et anno 1396. pro novi Provincialis Electione Müllhusium; ubi Hammannus reelectus Præsidem Capituli honorabat Eximium P. Conradum Burgthor. Diffinitores: Joannem Rinstette Lect. & Priorem Argentinensem, Henricum de Andlau Lectorem in Rappolswila, Nicolaum Romani Lect. & Priorem Colmariæ, ac Nicolaum de Brumat Lectorem Basileensem. In eodem Capitulo pro more & de jure Provinciarum, ut juniores Fratres in studiis & moribus exactiùs instruerentur, de nostra Provincia alii Fratres Bononiam, alii Coloniam, Viennam alii & Pragam destinabantur. (Act. Cap. Prov).

Anno 1397. Capitulum Provinciale Monachii in Bavaria

propter Comitia Generalia ibidem in Festo Pentecostes celebrata sub Bartholomæo Veneto cogebatur. Diffinitor Generalis de nostra Rheno-Suevia extitit ipse Provincialis Hammannus de Rinach, primus Discretus Conradus Burgthor Lector Principalis Constantiæ, & secundus, Nicolaus Lector, & Prior de Heydelberg. Exactis illis, quæ totum concernebant Ordinem & Bartholomæo in Generalatûs munere stabilito, pro nostra Provincia Præsidem egit Pelagius N. Lector ac Prior Eslinganus, qui cum Provinciali reelecto P. Hammanno, & Diffinitoribus Conrado Burgthor, Conrado Schwarzenberg Lectore Argentinensi, Joanne Fleislich Priore Tübingano, & Merchelino Priore Landaviensi negotia Provinciæ pertractavit.

Anno 1398. Hammannus iterum Congressum celebrat Landavii, & anno 1399. ibidem. Cum initio Sæculi decimi quinti nempe anno 1400. cum Patribus agit Argentinæ, & tres Fratres studentes destinat Bononiam, unum ex gratia Rever. P. Generalis in Angliam, & unum Erfordiam pro literarum profectu. Deniquè post decem annos, quibus in Provincialatûs munere Hammannus prudentissimè & solertissimè perstitit, illud anno 1401. in Capitulo à se Brisacum conscripto plenissimè resignat, adhuc sequente anno Diffinitor pro futuro Conventu Generali electus Landavii, quem tamen Vir optimus vix supervixerit; siquidem Acta Capitularia ulteriorem mentionem de illo non faciant. Unde laboribus confectum Hammannum hoc anno 1401. decessisse probabiliter censeo.

Sub illius Gubernio Constantiensibus nostris tristissimus accidit annus 1399. ex horribili incendio, quod die 27. Januarii in Suburbio Stadelhofensi exortum notabilem partem Monasterii nostri arripuit & exedit (Bucelin.) gaudium tamen haud longo post hoc tempore attulit eidem Conventui gratiosum beneficium, quo Bonifacius IX. duodecimo Pontificatûs sui anno Parochiam Birwinken, cujus jam priùs anno 1395. Jure Patronatûs potiebamur, Monasterio nostro Constantiensi incorporavit (Archiv. Constant.)

Anno

Anno 1400. Ignavissimus Cæsarum, & turpissimus Principum Christianorum Wenceslaus Solemnissimè exauctoratus, eidémque ex consilio Romani Pontificis Rupertus Comes Palat. Dux Bavariæ subrogatus est: cúmque isthoc Principe cum exercitu in campis circa Francofurtum stante, Ille hostiliter infra Baccharach non procul à Confluentia debaccharetur, & ab ignavi Wenceslai militibus ex odio erga Pontificem, ùt refert Crusenius, multi Fratres de nostris Germanis opprimerentur, credibile est, aut bellico nunc furore, aut pestiferâ lue jam anteà grassante habitationem nostram Confluentiæ versam in desertum.

De cætero in Provincia Rheno-Suevica virtutibus, sapientiâ & honore istâ ætate plurimùm excelluit Venerab. P. Fridericus de Müllhausen anno 1391. die 23. Januarii ab Urbano VI. creatus Episcopus Tullensis, qui ad beatiorem vitam migravit Moguntiæ, & in medio Chori nostri sub lapide exhibente imaginem Præsulis infulati albâ mitrâ jacet sepultus cum circuminscriptione lapidis sepulchralis: *Anno Domini 1401. ultimâ die mensis Junii obiit Venerabilis P. Fridericus Ord. S. Augustini Episcopus Tullensis, Suffraganeus in Pontificalibus Domini Moguntinensis, hic sepultus R. I. P.* (Monumenta Mogunt.) ex frequente attritu autem non amplius sunt legibilia illa insculpta.

Vixit præterea Joannes Clivoth è Saxonia S. T. D. illustris hoc tempore Scriptor & Concionator celeberrimus, qui in 4. lib. Sent. & super Acta Apostolorum scripsit (Elssius). Matthæus Hirschberg S. T. Baccal. qui edidit epistolam Isagogicam in opus B. Henrici Vrimariensis de Sanctis. Andreas N. anno 1400. Provincialis per Thuringiam & Saxoniam, qui Münrestadii circa Primam Missam pro Fundatoribus (inter quos exiguus non erat Illustriss. Comes Hermannus de Henneberg) cantandam, literas dicto anno ratificavit (Docum. Münrestad. Conv.)

XIII.

CONRADUS BURGTHOR, de Constantia, ubi ex nobili Familiâ Patritii Ordinis natales habuit, Bononiæ stetit discipulus, ibidem Ab anno 1401 usque ad 1405.

démque suscepit Theologiæ gradus anno 1383. Lector Principalis tàm Constantiæ, quàm Argentinæ Cathedras sublimiorum scientiarum moderabatur laudatissimè (Acta Provinc.) dignus, qui Constantiæ ab Episcopo Burcardo L. B. de Höwen illius Diœcesis amplissimæ ob insignem doctrinæ præeminentiam ac Zelum pietatis haberetur Pœnitentiarius, sive uti literæ habent germanicæ: Ablaßgeber circa annum 1395. (ex lit. authent. Archiv. Constant.) Hujus Pœnitentiariæ sigillum adhuc servamus Constantiæ, cui incisus est Episcopus pænitentem genuflexum absolvens & circa Scriptum: *Sig. Pænitentiarii Epatus Constantiens-*. Ordini & Provinciæ honorificè servivit Conradus, dum Capitulum Provinciale anno 1396. Müllhusii direxit, & Generali Congressui Monachii anno 1397. interfuit, Conventúque Constantiensi ad annum 1398. in munere Prioris utilissimè à se administrato, totius Provinciæ Rheno-Suevicæ curam anno 1401. in Synodo Provinciali Brisaci celebrata suscepit.

Præsedit huic Capitulo Provinciali Eximius P. Nicolaus de Brumat Lector Primarius hoc tempore Argentinæ. Diffinitores erant Nicolaus Pistoris Lect. & Prior Wormatiæ, Henricus de Andlau Lect. & Prior Basileensis. Wernerus Dividis Prior & L. Fridbergæ, Rudolphus Comitis L. & Prior Spirensis. Ex ejusdem Capituli Decreto Fratrum studentium unus mittebatur Bononiam, unus Paduam, & unus Ariminam.

Anno 1402. Provincialis Conradus maturè suam primam Convocationem peragit Landavii, utpote ab Helvetia, quo tempore ibidem seditiones & bella, remotiori loco.

Anno 1403. Capitulum Provinciale Festo Pentecostes Lavingæ, ubi & quando similiter Generalis Patrum Conventus celebrabatur. In eo Reverendissimus P. Nicolaus de Cassia totius Ordinis Regimen, quod anno 1400. Aquilæ susceperat, jussus est continuare. De nostris Patribus præter Conradum Provincialem ibidem reelectum præsentes fuerunt Wernerus Dividis Lector & Prior Fridbergensis, & hoc tempore in Actis, quæ Provinciam

Rhe-

Rheno-Suevicam concernebant, Præſidens, Pelagius - - de Conſtantia L. & Prior Eſlinganus, Hugo de Argentina Lector Thuricenſis, Nicolaus de Heydelberga Principalis Lector Argentinæ, & Fridericus Prior Argentinenſis, Diffinitores, qui ſimul ſub ipſa Ordinis Synodo Provinciæ convenientia ordinabant.

Porro plures Patres à Capitulo Generali Lavingano ad ſuos Conventus redeuntes a Militibus Galeatii de Vice-Comitibus Mediolani Principis in odium Religionis, & ut ſe de Summo Pontifice cauſam Florentinorum cum Cæſareis copiis contra Galeatium tenente, vindicarent, interemptos fuiſſe, Cruſenius refert in Monaſtico Auguſtini.

Quod autem intra 12. annorum ſpatium tria Generalia Capitula in Regione noſtra præter conſuetudinem acta fuerint, potiſſimam cauſam dediſſe arbitror Summi Pontificis Bonifacii IX. cùm unionis reducendæ in Eccleſiam ſtudium, tùm ſingularem ipſius ergà Rupertum Palatinum Imperatorem, qui & Ipſe *Muſarum columen* ob amorem ſcientiarum, & doctorum Virorum vocabatur, & Patres noſtros honorificè excipiebat, favorem & intimam Concordiam (ex variorum Auth. Annalibus). Et quod præcipue Comitia Generalia Herbipoli celebrata concernit: liberaliter & gratioſè illuc Patres noſtros vocavit maxima Principis & Epiſcopi Gerardi de Schwarzenburg Clementia, ejusdémque Suffraganei ex Ordine noſtro aſſumpti, Joannis de Karleſtad, fraterna propinquitas: quorum uterque Auguſtinianum Ordinem non exigua æſtimatione mirificè coluit. Numerátque dictus Conventus Herbip. adhuc hodiè inter ſingulares Benefactores alteſatum Præſulem de Schwarzenburg (ex antiquo Anniv. libro).

Florebant iſtis temporibus maximè literarum ſtudia apud noſtros, ita ut Viennam, Pragam, Erfordiam, Mediolanum, Florentiam, Bononiam, Paduam, Senas, ad Montem Peſulanum, Ariminam, Romam, Pariſios, Coloniam, Oxonium, Londinum, Cantabrigiam vel Candelbergiam, Magdeburgum, To-

losam &c. sæpe Studentes Fratres ex Provincia nostra mitterentur, prout Acta Capitularia perhibent Herbip. Sic autem vicissim ad Studium Generale Argentinense ex aliis Provinciis Fratres ad nos destinabantur.

Anno 1404. Conradus Provincialis Patribus colloquitur Spiræ, & anno 1405. post quadriennalem Officii Provincialatûs functionem eodem defungitur in Capitulo à se Landavium conscripto.

Vixit hoc tempore etiam Ulricus Burgthor, forsan germanus Conradi Frater, qui pridem anno 1384. Prioris munus Constantiæ subiêrat (Docum. Constant.) isti duo Patres Laudabiles pro Jure Patronatûs in Birwinken promotores extitêre, & vineis nostris quasdam adjacentes coëmerunt. Fuitque, utì ex Documentis Constantiens. habetur, Ulricus Burgthor adhuc Prior Constantiæ ad annum 1405.

Floruit ad initium hujus Sæculi Jordanus S. T. M. Argentinensis, Vir devotus, & divinarum Scripturarum explanator egregius, in declamandis Sermonibus excellentissimi talenti, cujus Chronicon ab ipso scriptum: qualiter Romanum Imperium translatum fuerit ad Germanos, & primò, quare Romanum Imperium honorandum? incipit: *Multifariæ, multisque modis &c.* in fine: *explicit Chronicon M. Jordani Ord. FF. S. Augustini de Eremo in Conventu Argentinensi* (Elssius in Encomiast.) Est hic Jordanus alius ab illo Saxonico, quem Milensius ad hoc usque tempus vixisse scribit, sed juxta ætatis calculum incredibiliter: utì ex præmemoratis facilè constat.

Enituit quoque Henricus de Langenstein, dictus de Hassia, Vir in Sæculari Philosophia, & divinis Scripturis eruditus, ingenio præstans, abundans & diffusus, quippe, qui multis annis in Lectura Geneseos consumptis vix ad quartum Caput Libri pertingens totidem Volumina complevit. Hic, ùt ex quadam ejus Epistola conjicitur, erat Ecclesiæ Wormatiensis Canonicus priùs, quàm Ordinem Augustinianum profiteretur. Claruit primùm in Uni-

Universitate Parisiensi, ubi Lauream Doctoratûs promeruit, deinde pro decore novæ plantationis Universitatis Viennensis in Austria illò se contulit, & tum docendo, tum scribendo magnam gloriam suæ eruditionis acquisivit. Quos præclaros sui ingenii partus edidit, sunt Prologus in Genes. l. 1. in prima quatuor Capita Genes. l. 4. Super Sentent. l. 4. De Antichristo & Schismate l. 1. De eruditione Sacerdotum l. 1. De contemplatione & animâ contemplativâ l. 1. Speculum animæ l. 1. De proprietate Monachorum l. 1. In Cant. Canticorum l. 1. Epistolarum ad diversos l. 1. De Horis Canonicis l. 1. Contra Astrologos l. 1. Super Orationem Dominicam. Super Salut. Angelicam. Super Symbolum Apostol. Expositiones ejus habemus Herbipoli. De contemptu mundi l. 1. Contra F. Telesphorum l. 1. Contra quendam Wiclefficum l. 1. Ad Canonicos Regulares l. 1. Sermones de tempore l. 1. Sermones de Sanctis l. 1. Quæstionum variarum l. 1. (Elsius).

XIV.

JOANNES REINSTETTER, de Argentina, Religionis Zelo, doctrinæ eminentiâ ac rerum experientiâ insignis extitit. Philosophicis & Theologicis scientiis mentem excoluit partim Coloniæ anno 1372. & partim Parisiis anno 1374. ubi etiam gradum suscepit. Grammaticam docuit Hagenoæ anno 1373. Literas Sacras ad plures annos professus est absolutissimè, Primarius ideo sive Cathedralis Lector ac Regens in studio Generali destinatus Argentinæ anno 1393. cùm priùs jam anno 1390. in eodem Conventu Argentinensi adæquati Superioris munus exegisset. Interfuit Comitiis Generalibus tanquàm Diffinitor Generalis Herbipoli anno 1391. ubi etiam ille Procurator Provinciæ constituebatur Weissenburgensis deinde Capituli Provincialis anno 1393. vice Reverendissimi Præsidium tenuit: ac tandem anno 1405. Landavii dignissimus Rheni & Sueviæ Provincialis proclamatur & agnoscitur. Ab anno 1405 usque 1408.

Direxit hujus Landaviensis Capituli Acta M. Theodoricus Mürnhardi de Moguntia. Diffinitores erant M. Franciscus Schaler

ler præstantissimus S. T. Doctor Parisiensis, Professor Argentinæ. Wernerus Dividis Lector & Prior Fridbergæ Bertholdus Basserer Lector de Spira, & Conradus Rigen Lector de Basilea (Acta Capit.) Provincialis Rinstetter Diffinitorium anno 1406. convocat Spiram, & anno 1407. Argentinam. Completóque Officii sui triennio, illud deponit anno 1408. Landavii (Act. Capit. Provinc.)

Ipso adhuc Regimen tenente Henselinus Huser Domicellus donavit anno 1405. Conventui Friburgensi Helvetiorum Jus Patronatûs in Wilar propter Anniversarium (M. Sc. Benning).

Hoc tempore ex rebellione Abbacellanorum totius Sueviæ exterminium cum suis confœderatis præsumentium (Bucelinus) & in agros ac vineas Turgoviæ sævientium, Constantienses Nostri immunes haud erant à communi pernitie: ac bellicus iste tumultus causa fuerit, cur Capitula Argentinæ, Spiræ, ac Landavii tanquàm in remotioribus ac tutioribus locis acta sint.

Ipso anno 1408. Joannes Rinstetter, Provincialis jam emeritus & resignatus adit Comitia Generalia Ferrariæ coacta tanquam Diffinitor Generalis, & in Provinciam rediens Argentinæ se Deo, & S. Ordini pro viribus impendit, migrans ex hac mortalitate anno 1421. in vigilia Joannis Baptistæ, ætatis suæ annorum 71. (M. Sc. Onuphrii Schambach Herbip.)

In maxima veneratione hoc ævo fuit Herbipoli R. P. ac D. Joannes Tycopolensis Episcopus, qui cum pietate radios sapientiæ in Academia & Universitate novitèr ad initium præsentis Sæculi à Reverendissimo Principe & Præsule Joanne ab Egloffstein erectâ ad literatos diffudit. Elsius in Encomiastico mentionem facit Episcopi Tycopolensis cum nomine Joannis de Karlestatt, quod est Oppidum prope Wirceburgum: Hunc, uti jam supra dixi, judico fuisse Episcopum Nostrum, de quo loquimur, creatum à Bonifacio IX. anno 1389. die 28. Octobris, & Suffraganeum Herbipolensium Præsulum Gerardi Comitis de Schwarzburg, deinde præfati Joannis ab Egloffstein, ac demum Joannis à Brunn, quo in secundum annum Herbipoli regnante ille Noster Pro-Episcopus pien-

pientissimè decessit ex hac vita. Ex Act. Ex antiquo anniversariorum libro etiam Alphonsus Petermann invenit & excerpsit, quod anno 1413. ante Festum S. Nicolai obierit R. P. ac D. Joannes Tycopolensis Episcopus, Ord. FF. Erem. S. P. Augustini. Hic (Herbipoli apud nostros) sepultus eidem Conventui reliquit 100. Fl. absque aliis clenodiis; legatum non contemnendum pro illo tempore, quo pecuniæ magno pendebantur valore.

Aliàs cùm ad elapsi Sæculi finem, tum præsentis initium & annos istos partim regularis vitæ Zelo, partim scientiarum præeminentiâ, aut in utroque simul celebres in nostra Provincia Rheno-Suevica nominabantur Conradus Schwarzenberg Lector Argentinæ anno 1397. Wigandus successivè Wormatiæ, Alzeiæ, & Fridbergæ Prior. Joannes Opificis, Waltherus de Gemmingen, Nicolaus Seiler, Conradus Probst, Leonardus Claustri, Nicolaus Hoffmeister, Henricus Uringer, Nicolaus Berner, Joannes Ludimann, Conradus de Simmeringen, Joannes Villici, Henricus de Frizlaria, Conradus Steinfurth, Nicolaus Molitoris, Joannes Fleislich, Nicolaus Hüeber, Eberhardus Holderbaum, Nicolaus Scheffer, Waltherus de Kenzingen, Henricus de Buchenheim, Nicolaus Römer, Henricus Wirs, Conradus Isenbeis. Joannes Bechelsheim, Conradus Christ, Joannes Franckfeld, Nicolaus Bischoff, Nicolaus Sartoris, Joannes Juvenalis, Conradus Odersheimer, Joannes de Werden, Henricus Keisersfischer, Wernerus Vessenheim, Richardus Finstarlin, Nicolaus Risweck, Henricus Albersbach, Jodocus Mediatoris, Conradus Engeli, Bertholdus Hipscher, Joannes Schehelin. Qui & alii, Lectores ex potiori parte, ac scientifici Viri, Diffinitores & Priores passim in Conventibus fuerunt. (Acta Capit.) In Universitate Herbipolensi etiam hoc tempore plurimùm æstimabantur Joannes Mayer, & Henricus Goci, Ambo S. T. Doctores, posteà Thuringiæ & Saxoniæ Provinciales (Prot. Schambach.)

XV.

Rudolphus Comitis, in vernacula nostra, Graff dictus, de Constantia, fuit in prophanis æquè ac Sacris literis Baccalaureus, Lector ac Magister versatissimus, dexter in pertractandis negotiis, mo- Ab anno 1408 usque 1430.

moribus comis, vitæ regularis amantiſſimus & zelantiſſimus. Studia partim Argentinæ, partim Mediolani abſolvit, Bononiæque ad gradus Lectoriæ circa annum 1396. promotus eſt. Conventum Spirenſem rexit anno 1401. Diffinitorem in Capitulo Argentinenſi egit anno 1407. & Præſidem anno 1408. in Congreſſu Landaviæ. In eodem ad Regimen Provinciæ Rheno-Suevicæ communi Patrum Suffragio Rudolphus aſſumitur. Diffinitores habuit Joannem de Rinſtetten Provincialem emeritum, Henricum de Andlau, Hugonem de Conſtantia, & Conradum Lectorem Secundarium Argentinæ. Viſitatores ibidem nominabantur Wenceslaus L. & Prior Wormatienſis, & Ulricus Burgthor L. & Prior Conſtantienſis. Diffinitor futuri Capituli Generalis Joannes Rinſtetter & Diſcretus Conradus Engeli de Conſtantia Vir capaciſſimus, ac ſtudens aliquando Arimini.

In eodem Capitulo Diffinitorium quatuor F.F. Studentes ad Generalia Sudia extra Provinciam deſtinavit: Unum quidem Bononiam Italiæ, alterum Cantuariam Angliæ, tertium Pariſios Galliæ, & quartum Florentiam. Hoc anno 1408. emit Conventus Conſtantienſis Decimas in vineis Ermedingen cum conſenſu Abbatis Friderici in Augiâ à Primiſſario Alberto Renz. (Archiv. Conſtantienſ.)

Anno 1409. Rudolphus Conventum PP. Briſaci, & anno 1410. Spiræ habuit, conſuetas & convenientes Priorum mutationes ordinando.

Anno 1411. Idem denuo Patres convocat Spiram, & amabili ſuadâ tantum effecit, ut Conventus Friburgenſis Uchtlandiæ, Baſileenſis, & Friburgenſis Briſgojæ, olim ab obedientia Provinciæ propter Schiſma, quod jam ſupra 30. annos Orbem Chriſtianum in Eccleſia vel ipſos etiam Religioſos Ordines inficiens miſerè vexabat, disjuncti, rurſus ſe ſe obedientiæ Ordinarii Provincialis ſubmiſerint. Hâc majoris Concordiæ & amoris lucrandi causâ Rudolphus Provincialis anno 1412. Comitia conſcribit Friburgum Briſgojæ.

Igitur

Igitur iste anno 1412. Friburgi Brisgojæ ad Capitulum Provinciale magna multitudo Fratrum ac Patrum convenit, & Præsidente Eximio Patre Conrado Sells de Argentina reelectus est Provincialis Rudolphus. In hoc Capitulo singulis diebus cum magna solemnitate ac populi devotione fiebant sacra, declamabantur Conciones, cæteráque omnia cum insueta celebritate peragebantur. Fuerat tunc temporis Prior Friburgi Brisgojæ Bertholdus Hüpscher, cui successit in munere Albericus Keisersberg. (Act. Capit. Provinc.)

Non mirari debet quisquam, cur tam frequentia his temporibus habita fuerint Capitula; exigebat illa temporis hominumque conditio; etenim qui Sæcula illa legerit, mecum sentiet in omni Statu partialia multorum fuisse studia, & ex variis seditionibus Civium & Oppidanorum, vel ipsas etiam Religiosas Domos non nisi cum constanti vigilantiæ cura in pace & concordia fraterna servari potuisse ac debuisse. Non fuit etiam cursorum vel tabellariorum copia (postæ enim, uti modò, non erant ordinatæ.) Itaque quod per literas expediri non poterat, præsentibus colloquiis peragi debuit.

Anno 1413. convocat Rudolphus Patres Provinciæ Moguntiam. Anno 1414. Basileam. Anno 1415. Landavium, ubi reeligebatur, & continuabat officium. Anno 1416. colloquitur Patribus Hagenoæ. Anno 1417. Brisaci, quo tempore multi Fratres ad diversa studia Conventuum, ac studiorum Generalium promovebantur. Anno 1418. iterum conscribit Patres Moguntiam & anno 1419. Brisacum. Anno 1420. agit cum P.P. Conscriptis Brisaci cum magna solemnitate, habitis sermonibus & disputationibus. Anno 1421. convenit Patres iterum Brisaci. Anno 1422. Hagenoæ. Anno 1423. Friburgi Brisgojæ. Anno 1424. Basileæ. Anno 1425. Spiræ. Anno 1426. Brisaci, ibi iteratò contra voluntatem reelectione confirmatus, denuo Patres convocat anno 1427. Moguntiam, ubi specialibus cæremoniis Actus solemnisabantur. Anno 1428. Brisaci res Provinciæ scrutatur, & anno 1429. Brisaci co-

cogit Capitulum Provinciale, cui interfuerunt Visitatores Generales M. Joannes de Mediolano & M. Franciscus de Florentia, & in sextum reelectus Rudolphus ad 23. annos Provincialis, cùm totas vires pro Deo, Ordine & præcipuè pro Unione servandâ impendisset atquè sacrâsset, non labore victus, sed morte vincendus abiit ad præmia annò 1430. Dominicâ *Judica*, credibiliter Brisaci aut Constantiæ (Acta Cap. Prov. Herbip.)

Quæ autem multis his annis sub Regimine Rudolphi Provincialis gesta sunt & acciderunt, sunt sequentia: Anno 1409. acceptat Rudolphus noster piam fundationem à prænobili Equite Joanne de Lynden, Conventui Fridbergensi in Wetteravia factam de perpetua Missa Sabbathina & *Salve Regina* cantandis (Docum. dicti Conv. in Archiv. Mogunt.)

Anno 1418. Confraternitatem vulgariter nuncupatam: **Der Steinböck Bruderschafft** Moguntiæ in Ecclesia nostra institutam, quæ Principes, Comites, Barones, Heroes ac milites habuit inscriptos, Rudolphus ad participationem bonorum operum assumit (M. Sc. Benning.)

Anno 1422. Episcopus Lausannensis Conventui Friburgensi Helvetiorum peculiari benevolentiâ concedit Parochiam Wunewill. (M. Sc. Benning.)

Anno 1423. Nobilis Familia Montpratiorum de Spigelberg fundavit 300. Pf. halleror. in Ecclesia nostra Constantiensi Sabbathinam devotionem Sacri horâ 6. de Beata, & *Salve Regina* sub Vesperum cantandi. Quamvis autem Prædium Ullmishausen ex illo capitali emptum injuriâ temporum iêrit perditum, perpetuæ tamen venerationi Benedictæ Dei Genitricis in sacello eidem dedicato, ubi gratiosa fulget miraculis, cultum prædictum pro iis, quibus tenemur, statis temporibus sanctè adhuc servamus.

Specialiter memorandi hìc sunt quidam eventus œcumenici Concilii Constantiensis, quod tum ad tollendum Schisma duorum Pseudo-Pontificum Benedicti XIII. & Gregorii XII. tum ad errores Joannis Hufs damnandos, tum ad reformationem Cleri inducendam

dam à Joanne XXIII. indictum est, & 1. Novembr. anno 1414. initium habuit. Joanne Pontificatum resignante, Gregorio pariter juri suo cedente, Benedicto autem quiescere nolente, propterea damnato veluti hæretico, anno 1417. Cardinalis Otto de Columna à 23. Purpuratis in Conclavi, ubi das Kauff-Hauß, in ipso S. Martini Festo electus, Martinus V. dici voluit. (Chron. Constant. Bucel.)

Ex multis centenis cùm Episcopis, tùm Theologis Nostrûm præsentes erant Nicolaus Saracenus de Cassia Recanatensis Episcopus. Simon Anconitanus Episcopus. Petrus de Vena Prior Generalis. Joannes Vobes Parisiensis Procurator Regis Franciæ. Joannes de Pratis Monasterii S. Augustini de Marclovia. Quilelmus Forliviensis Procurator Domini Georgii de Orde lasse D. Forlivii. Antonius de Rampelogis nomine Reipublicæ Genuensis missus (Chron. Pamphil.) Joannes de Ponlesco Procurator Ordinis. Laurentius de Neapoli Orator, Legatus Joannæ Reginæ Neapolitanæ, posteà creatus Episcopus Aversanus (Elssius) Joannes Zachariæ pro Helvetiis missus, nec non & alii quàm plures Patres pietate, doctrinâ ac virtutibus insignes (Crusen. in Monast.) Antiqua Concilii descriptio Augustæ Vindelicorum edita anno 1482. numerat sexdecim solùm Theologos ex Nostris.

Quod magno cedit honori Monasterio nostro Constantiensi, est, quod Sigismundus Romanorum Imperator Austriacus aulam, quam primitùs ad Petrihusianos habuerat paratam, inde ad Augustinianos transferri mandârit, & usque ad finem Concilii residentiâ, in Domo nostra, propterea Königs Sigmund Hauß dicta (ubi modò superius Refectorium) ex amoeno ad aquas Acronianas, vicinâsque terras prospectu complacuerit. (Chron. Constant. Speth fol. 241.)

Fuit Augustissimus iste Princeps gratiose admodum Ordini Augustiniano propensus, Capellanum de nostris in aula sua assumpserat sibi Joannem de Suevia (Elssius in Encomiast.) Rudolphum Provincialem facili dignabatur alloquio, & librum, quem Theodoricus Uriæ Provinciæ Thuringo-Saxonicæ S. T. D. Concilio

Constantiensi præsens Theologus, ad Sigismundum Imperatorem de consolatione Ecclesiæ intitulatum scripsit, ac dedicavit, ipse grato suscepit affectu (Elsius.)

Sed & Summus Pontifex Martinus V. recens electus Ordinem nostrum maximis favoribus prosecutus est: dum non solùm contra prohibitionem suam Mediolani anno 1418. emanatam in Bulla incipiente: *Pro cunctorum &c.* quâ inhibuit extensionem Provincialium ultra triennium, & reassumptionem intra sequens triennium, nihilominus Rudolphum sibi optimè ex Concilio Constantiensi notum & charum permanere in officio pro stabilienda concordia usque ad vitæ suæ obitum indulsit (Act. Provinc.) & priùs finito Concilio Constantiensi ibidem in nostra Ecclesia Deo Opt. Max. gratias agendas esse voluit (Crusen. in Monast. fol. 166.) Verum etiam exemptiones & Privilegia ab Innocentio IV. jam anno 1244. per Bullam incip. *Religiosam &c.* Ordini concessa confirmavit, atque ratam censuit translationem Reliquiarum S. Mat. Monicæ ex Ostiis Tiberinis ad nostram Ecclesiam S. Triphonis Romæ ad annum 1426.

Ab eodem Pontifice durante Concilio Joannes Zachariæ magnifico præmio donari meruit, nempè Aureâ Rosâ, aliàs nonnisi Principibus mitti solitâ in remunerationem victoriæ contra Hussium Hæresiarcham in Concilio Constantiensi reportatæ. Vir iste noster Joannes Zachariæ de Helvetia, tàm philosophus, quàm Theologus nulli Doctorum suæ ætatis secundus, Erfordiensis pro tunc florentissimæ Universitatis Professor excellentissimus ob frequentes in dicto Concilio Disputationes contra Joannem Hussium & Hussitas, in quibus semper triumphavit, Husso-Mastix communi cognomine appellatus, inter plurium insignium Doctorum nostrorum icones suam quoque obtinuit, quondam Herbipoli in cœnaculo depictus cum Aurea Rosa, quam habebat in pileo vel bireto Doctorali positam, hoc illustri elogio: *Hic homo magnæ Sanctitatis cum immanissimo Hæretico Joanne Hussio coram Concilio Constantiensi pro Fide Christi ad ignis supplicium certamen aggredi voluit, quem,* Deo

86.


R. P. Joannes Zacharia
Helvetus S. T. D. Husso-mastix
in Concilio Constantiensi aurea
rosa præmiatus à P. P.
Martino V. obiit
Erfurti anno
1428.



Deo propitio, superans, igne cremari fecit, atque triumphum gloriosum reportavit (Elsfius). Iste M. Joannes Zachariæ anno 1419. die 28. Augusti in Capitulo Generali Asthæ in Provincia Lombardiæ celebrato, pro tunc Saxoniæ Provincialis Apostolicâ authoritate Martini V. Præses, Hieronymi de Pistorio electione cassatâ, P. Augustini de Favaronibus Romani ratam habuit (ex antiquissimo libr. Capit. Generalium Scripto per F. Limperger Provincialem). Edidit Joannes dignos doctrinâ suâ Commentarios in Genes. l. 1. In Exodum l. 1. In Leviticum l. 1. Sermones multos l. 1. In Mag. Sentent. l. 4. In Epist. Pauli l. 1. In Apocalypsin l. 1. varias determinationes & alia (Elsfius) plenus meritis requievit Erfurti, & in antiqua nostra Ecclesia à Lutheranis rapta, sepultus sequentem in lapide habuit inscriptionem: *Anno Domini 1428. die 26. Julii obiit Vir Venerabilis Joannes Zachariæ de Rosa, Sacerdos S. Nicolai, Protector hujus Conventûs. Cujus anima requiescat in pace.* Secundùm expositionem mihi de Erfurto communicatam *Sacerdos* intelligitur pro Parocho, qualem in Ecclesia ad S. Nicolaum egit, *Protector* idem ac Prior.

Ex illustrioribus tempore Concilii defunctis ad nostram Ecclesiam Constantiensem sepulti sunt: Pandellus de Balbina Cardinalis in sinistro latere Chori incineratus, qui anno 1415. in Natalitiis Domini diem supremum clausit. Item Thuringicus Comes Güntherus de Schwarzenburg etiam in Choro tumulatus, qui anno 1418. die ultimo Aprilis, quo mense dicto anno ante præfixum terminum Concilium claudebatur ob exortam pestilentiam, diem ultimum vitæ obiit.

Non silendum denique, quòd adhuc durante Concilio anno 1417. die 9. Martii universus Ordo S. Benedicti celebratâ Generali Synodo, in specie 36. Abbates, 22. Præpositi, Theologi & alii tales Religiosi numero 373. processionem ad nostram Ecclesiam solemnissimè instituerint (Chron. Constant. Speth).

Aliàs præter supra memoratos Viros in terris nostris hâc ætate claruerunt Hermannus Euvab Mindelheimensis, qui factus Episcopus Nicopolensis ac Suffraganeus Pragensis, ibidem

dem Pragæ anno 1414. consecravit Altare Visitationis B. Mariæ Virginis in Ecclesia nostra S. Thomæ (Milensius in Alph.) Nicolaus de Dinckelspiel S. T. D. Universitatis Viennensis in Austria decus & Rector, vitâ bonâ & doctrinâ clarus, præstans Theologus, Scripturæ Sacræ doctissimus ac nobilissimus Interpres, & in sæculari Philosophia multùm eruditus, ingenio clarus, sermone Scholasticus, conversatione insignis, Historicus prudens, Orator facundus, studiorum Cultor præcipuus: ab Universitate Viennensi anno 1415. iste pro Germania ad Concilium Constantiense Legatus, ab eodem Concilio electus fuit, ut esset unus ex 6. Viris nationis Germanicæ, qui in Summi Pontificis futura electione suffragium ferret, ita perhibente Elssio, qui ejus Scripta etiam in Encomiastico enumerat. Oswaldus Reinlein de Conventu Norinbergensi, qui anno 1420. cepit Alemanniæ reformationem: Vir innocentissimus, religiosissimus & piissimus, ad sepulchrum Domini laboriosam peregrinationem perfecit anno 1437. (Elssius). Hujus forsan aut Lombardorum Nostrorum exemplo ac ductu factum, quod anno 1421. in Convocatione Patrum Brisaci adhuc sub Rudolpho Provinciali habita Conventus Müllhusanus prope Basileam destinatus fuerit pro strictiori observantia Regulari, quam Casparus Vituli de Columbaria non quidem Lector vel Magister, tamen optimæ honestatis & sufficientis literaturæ, Prior anteà Colmariæ cum tribus Sacerdotibus, & tribus Clericis necdum Sacris initiatis incepit, & manutenuit. Idipsum præstitit Friburgi Brisgojæ Joannes Härder Lector ac priùs Argentinæ Prior, & aliquando socius Provincialis Rudolphi, qui eam observantiam Friburgi Brisgojæ tanquàm Prior ex deputatione sibi Hagenoæ in Capitulo facta anno 1422. suscepit, Vir omnium virtutum genere ac doctrina apud omnes commendatissimus, Sermone ad populum insigniter famosus, hic in bona senectute podagricis doloribus usque ad mortem afflictus anno 1427. ibidem Friburgi mortalitatem exuit, sepultus in Choro ad cornu dextrum summi Altaris. Istam strictiorem observantiam post obitum Joannis Härder continuavit

præ-

prædictus Caspar Vituli cum Fratribus eum sequi volentibus in ipso Conventu Friburgensi, ad quem juxta ordinationem in Capitulo Moguntiæ anno 1427. coacto de Müllhausen transferebatur. (Act. Capit. Prov. & Series Provinc.) Vixerat circa hæc tempora Andreas de Argentina homo non contemnendæ eruditionis, qui annales Bojorum anno 1420. Ludovico Bavariæ Principi dicavit. (Elssius in Encom.)

Circa hunc annum 1420. Ecclesiæ nostræ Hagenoënsis Chorus magnificis & sublimibus fornicibus juxta opinionem Herzochii in Hist. Alsatiæ structus fuit, quod opus ille subsidiis Baltneri de Argentina, cujus effigies quondam in forma genu flectentis retro majus Altare in fenestra videri poterat, factum arbitratur.

Anno 1428. grassabatur Moguntiæ per tres menses Julium, Augustum & Septembrem horrenda & sævissima pestis: ad quam avertendam Fratres nostri de Moguntia certum Deo obtulerunt votum, ne Conventus totaliter desolaretur. Et ut deinceps Divina Clementia hujusmodi morbum contagiosum tam ab existentibus, quàm futuris Fratribus tolleret, vel omnino ab ista formidabili lue præservaret, Prior cum unanimi consensu Fratrum pro se, & suis successoribus ad honorem Ssmæ Trinitatis in Matutinis ac Vesperis (ubi non repugnat rubricæ Breviarii) promisit commemorationem cum collecta facere de Ssma Trinitate. Quod votum posteà ratificavit Antonius Kerbeckius Prior Conventûs Moguntini anno 1601. (M. Sc. Benning ex repertorio Sacristiæ Mogunt.)

§. XVI.

PETRUS ULMER de Gamundia absolutis suis studiis Philosophicis Heidelbergæ, & Theologicis Erfordiæ in Saxoniæ Provincia, evalit Lector, Licentiatus, ac demum Magister earundem Facultatum præclarissimus (Act. Cap. Prov.) Verbi Dei Præconem insignem magno Zelo & facundia egit Serenissimis Ducibus Bavariæ. Maturus ad Regimen Provinciæ Rheno-Suevicæ assumitur in Comitiis Landavii anno 1430. celebratis, quibus præse- Ab anno 1430 usque ad 1433.

M dit

dit Joannes Hapsburg Baccalaureus, & Diffinitores fuerunt Joannes Lieblich Lector de Argentina, Joannes Kesſweiler de Conſtantia, Nicolaus Roſer, Chriſtmannus de Fridberga. Igitur Provincialis Petrus Ulmer primâ vice Patribus colloquitur Spiræ anno 1431. & alterâ vice Argentinæ anno 1432. completóque Regiminis ſui triennio, juxta Elsſium, Vicarius Generalis anno 1433. die 30. Julii conſtituitur. Extitit Diffinitor & Ex-Provincialis in Capitulo Hagenoënſi anno 1437. ubi diſpoſitio Conventûs Eslingenſis eidem ſoli injungebatur, & pro ſuffraganeatu Friſingenſi creatus Epiſcopus Mitroconianus (Cruſen, fol. 169.) in hoc Eccleſiaſtico Præſulatu conſecravit Feſto Ss. Apoſtolorum Petri & Pauli anno 1439. Altare & Chorum Monaſterii noſtri Gamundiani in honorem Viſitationis, B. Mariæ Virginis. (M. Sc. Peterman.) Vixit adhuc anno 1449. quo anno in Choro Monacenſi Altare in honorem S. P. Auguſtini, & utriúsque Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ, ac ſeptem alia Altaria ejusdem Eccleſiæ dedicavit. (Elsſius in Encom.) Eum poſteà Monachii obiiſſe, perhibet Cruſenius in Monaſt. loco præcitato. Sed noſtræ Provinciæ Antiquarii tradunt, Gamundiæ Suevorum incineratum juxta locum, ubi ſervabatur Venerabile ad latus ſiniſtrum Altaris majoris in Choro, & habuiſſe in eodem latere lapidem ſepulchralem erectum. (M. Sc. Petermann.)

Floruit hoc tempore Henricus Wogersheim ad Provinciam Saxoniæ pertinens, Conventûs Tanglinienſis filius, anno 1435. ab Eugenio IV. creatus Epiſcopus Sebaſtenſis. Item Joannes Schedeler Prior Quedleburgenſis, anno 1438. Epiſcopus cum titulo Baduanus (Elsſius). Paulò antè Münnerſtadium noſtrum excellentem Virum habuit in Joanne Finck, qui S. T. Magiſter & Provincialis Thuringiæ extitit anno 1411. & fundationem de Miſſa in periſtylio & ſacello ibi S. Margarethæ dicato legenda, ſuo Sigillo ratificavit.

Porro immitis erat anno 1433. aëris tempeſtas; dum poſt hyemis rigidiſſimum frigus, quo lacus Bodamicus circa Conſtantiam, & alii fluvii pene gelu condenſabantur, magna egeſtas & annonæ caritas ſecuta eſt, (Spet in Chron. Conſtant.) Sæ-

Sæviebant etiam horrendum in modum Hussitæ & Bohemi, Christiano-Catholicæ rei incendiis, rapinis, homicidiis & devastationibus irreparabilia damna inferendo. (Chron. M. Sc. Münnerstadii.) Præcipuè Winshemii illorum ferocitatem graviter etiam tulissent Fratres nostri, nisi Princeps Herbipolensis Godefridus Nobilis Pincerna à Limburg eam suppressisset. Contra istos aliósque hæreticos, & pro reformatione morum tam quoad Clericos quàm Regulares priùs anno 1431. Concilium Generale Basileæ inchoabatur, primò indictum à Martino V. Pontifice Max. Papiæ, sed ob pestem ibi grassantem Senas translatum. Deinde interruptum ab Alphonso Aragoniæ Rege in favorem Imperatoris, qui illud in Germania celebrari cupiebat, continuatur Basileæ sub Eugenio Papa IV. Et perducitur usque ad annum 1442. quæ in eo decreta sunt de Beneficiis & Censuris, probavit posteà Nicolaus V. Sum. Pont. Cætera improbavit Concilium Lateranense Seff. 11. (Spondan. in annal.)

XVII.

JOANNES HASBERG de Loingen, vel Lavinga, tam in sacris, quàm prophanis Lector versatissimus in Capitulo Provinciali Brisacensi anno 1429. destinatus est ad legendas Sententias Parisios, & in Comitiis Generalibus Montis Pesulani anno 1430. à M. Gerardo de Arimino Rectore Ordinis pro Baccalaureo Parisiensi Licentiatus & assumptus, anno eodem Capituli Provincialis Landavium conscripti Præsidem egit. Anno 1433. in Congressu Provinciæ Brisaci celebrato Joannes Hasperg, aliqui scribunt Hapsburger Provinciæ Rheno-Suevicæ administrationem suscipit, simúlque S. Theologiæ Magister inauguratur. Descendit è Basilea ad istum Congressum Reverendissimus P. M. Gerardus de Arimino, Rector totius Ordinis, & cum eo M. Julianus de Salem Siculus, qui vice Reverendissimi Præsidium in Capitulo tenuit, erántque Diffinitores Ex-Provincialis Petrus Ulmer, Lector Joannes Hekerer de Basilea, Lector Guido de Moguntia, & Lector Henricus Offenburger de Argentina.

Ab anno 1433 usque ad 1440

 Se-

Sequente anno 1434. Joannes Provincialis ad Generalem Synodum Mantuam contendit, vocémque ibidem dedit pro M. Gerardo in Priorem Generalem electo. In eadem Synodo præter alia Decretum fuit, ut Magistris ad Concilium Oecumenicum Basileense convenientibus quatuor Italis, & quatuor Ultramontanis cuilibet provideatur, ut habeat ab Ordine in anno pro tempore, quo durabit Concilium, quinquaginta duos ducatos. Item quòd omni mense, quo non agitur de S. P. Augustino, dicatur Officium proprium de ipso. (ex antiquo libro Friburgi Brisg. à F. Limperger conscripto & Herbip. ex Actis Capit. Provinc.)

Anno 1434. ex Capitulo Generali ad Provinciam regressus Joannes Diffinitorium convocat in mense Septembri Brisacum, & altero anno Argentinam, ubi Diffinitores leguntur Conradus Sels de Argentina, Joannes Helffmann de Moguntia, Joannes Eberhardi de Lavinga, & Christmannus de Fridberg, qui ipse cum Henrico Offenburger Visitator eligebatur.

Anno 1435. Basileæ Quatuor Ordinum Mendicantium Priores Generales nonnulla statuerunt, quæ ab universis eorundem Ordinum Fratribus ubique terrarum perpetuò observata pro communi pace, honore, ac decore istorum Ordinum volebant: quibus dum R. P. Bartholomæus Texerius Prior Generalis Ord. Prædicatorum, Guilelmus de Casali Minister Generalis Ord. Minorum, Joannes Fach Prior Generalis Ord. Carmelitarum jam subscripserant, etiam, propter absentiam nostri P. Generalis Gerardi de Arimino, hujus nomine subscripsit Joannes de Hasberg, Vicarius Generalis, qui actui hujus Confœderationis Basileæ interfuit, & suum Sigillum libello hujus Concordiæ cum aliis appendit. Habetur iste Libellus Herbipoli in Libro Quatri-Unius Mendicantium.

Anno 1436. Præside Henrico Offenburger Capitulum Provinciale coactum est Brisaci, & ibidem reelectus Provincialis Joannes Hapsburger, qui quidem sequente Anno 1437. Convocationem Hagenoam indixit, sed tanquam Vicarius Generalis & Procurator Or-

Ordinis plurimùm occupatus in Concilio Basileensi indictæ Convocationi interesse non potuit: Constituit igitur Vicarium suî pro cura Provinciæ Rheno-Suevicæ Joannem Helffmann de Moguntia tam doctum Magistrum, quàm prudentem Oeconomum, qui priùs anno 1429. Conventui Heidelbergensi præfuit, & posteà anno 1438. Diffinitor Generalis electus, optimè de Provincia meruit. (Docum. Spir. & Act. Prov.) In hoc Capitulo Hagenoënsi sublata sunt omnia studia particularia, remansitque solum unum Studium Generale Argentorati. (Act. Cap. Prov.)

Circa hæc tempora Joannes Hapsburg Tertiariis nostris ad Bonam Adelhaidam prope Constantiam, Basileâ transmittit Regulam S. P. Augustini cum quibusdam statutis, quibus conformiter vivant, prout hæc membranis inscripta adhuc ibidem reservantur. Id ipsum ille præstitit Monialibus nostris ad S. Catharinam (Docum. earum).

Cæterùm iste Joannes Hapsburg ab affabilitate, scientia, prudentia & aliis virtutibus etiam commendatur ab Elsiio in suo Encomiastico.

Prædicto anno 1437. Eugenius Papa nostrum B. Nicolaum de Tolentino miraculis innumerabilibus in Ecclesia Dei coruscantem Sanctorum Catalogo inseruit (ex Bulla *licet*) pro cujus Canonizatione, Officii Divini de Sancto ordinatione, ac Modo panis benedicendi cum aliis Patribus Joannes noster Vir pro Ordinis honore Zelosissimus diligentissimè operam suam impendebat.

De Patribus nostris, qui Concilio Basileensi adfuerunt, collegi sequentes: Gerardum Ariminensem Generalem totius Ordinis nostri, Julianum de Salem Siculum, qui duo, ùt supra mentionem feci, etiam Brisaci Capitulum anno 1433. suâ præsentiâ celebrabant: Ipsum Joannem de Hasberg Provincialem nostrum & Vicarium Generalem, Joannem de Mediolano & Franciscum de Florentia Theologos. Joannem Carvaial J. U. D. Hispanum ex nobili Familia hujus nominis oriundum, ob Legationem in hoc Basileensi Concilio bene gestam ab Eugenio IV. posteà creatum anno 1446.

Cardinalem S. Angeli in Foro Piſcium, qui etiam bis Legatus in Germaniam pro eradicanda Hæreſi Bohemorum maxime laboravit. Antonium de Monte Granario S. T. D. Henricum Zolter vel Pſalterii Saxonem, Reformationis Alemanniæ Zelatorem maximum, magnæ doctrinæ & æſtimationis apud ſuos Præſules, qui Primus inſtituit Vicariatum Saxoniæ, & Bullam in eodem Concilio impetravit, ejusdémque duodecim annis Vicarius extitit; ùt refert Joannes de Palz in Supplemento Aurifodinæ, quod habemus Herbipoli. Joannem à S. Thoma Luſitanum, Eduardi Luſitaniæ Regis in dicto Concilio Theologum & Legatum, qui ſuo tempore Secundus Auguſtinus appellabatur. Georgium de Valle ſpecioſa S. T. D. Bavariæ Provincialem. Robertum de Porta Gallum S. T. D. Joannem de Boves Pariſienſem, qui ſub titulo Procuratoris Regis Franciæ, ac Theologi Concilio ſubſcripſit.

Amadæus Dux Sabaudiæ contra Eugenium IV. in illo Concilio Anti-Papa ſub nomine Felicis V. electus, uti proprio ſuo ſtudio hanc ſupremam Eccleſiæ Dignitatem, utpote abdicato Ducatui Eremitico-Auguſtinianam vivendi normam præferens non quæſivit, ita errorem ſuæ Electionis intelligens, putatitium Papatum ſponte dimiſit. (Hieber in Præd. Hiſt. Eccleſ.)

Saxonia celebres inter Viros habuit hoc tempore Hermannum Zachariæ S. T. D. Religione & literis inſignem, Provinciæ Thuringo-Saxonicæ Provincialem anno 1432. & in abſentia M. Henrici Zolter Vicarium Obſervantiarum Saxoniæ. Hic obiit anno 1439. in Conventu Eswegenſi profeſſus. Egbertum de Saxonia anno 1434. Confeſſarium Eliſabethæ Duciſſæ Bavariæ. (Elsſius) Joannem de Streya Profeſſum Münreſtadii S. T. D. & illius Conventûs ad annum 1423. ſedulum Priorem. (Docum. Münnerſtad.)

Priores de noſtræ Provinciæ Conventibus hâc ætate habuimus Joannem Bender Eslingæ, Henricum Bopfinger & Joannem Ebinger ſucceſſivè Gamundiæ. Joannem Kobel Spiræ, Joannem Wiblinger Weiſſenburgi, Auguſtinum de Argentina Lundavii, Joannem Eberhardi Wilæ, Ulricum Carpentarii Lavingæ. Joannem de

Sels,

Sels, & Jodocum de Nierstein successivè Hagenoæ. Joannem Kesswiler, qui utiliter Constantiensi Conventui anno 1433. emit à Germano suo Sylvæ partem prope Rumishorn zu Ulmeßhausen, quam tamen amplius non habemus.

De reliquo tempora erant calamitosa & infelicia, dum anno 1437. nocivæ inundationes, anno 1438. atrocissima fames, & anno 1439. pestifera lues passim Rhenum & Sueviam invaserunt. (Bucelin.)

XVIII.

GUIDO BURGER de Moguntia, Vir præter morum integritatem, ingenii præstantiâ, Divinarum atque humanarum literarum cognitione admodùm excultus, pro studio missus fuit Coloniam anno 1403; cùm per plures annos Sententias plausibiliter prælegisset, suscepto Magisterio Diffinitorem egit anno 1432. Argentinæ, Et anno 1437. Hagenoæ, credibiliùs etiam Moguntini Conventûs intra hoc tempus Priorem: usque dum anno 1440. Landavii Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ præponebatur. Ab anno 1440 usque 1451.

Præses in hoc Capitulo Landaviensi fuerat Nicolaus Roser de Hagenoa, Diffinitores Joannes Helffmann de Moguntia Lector, Conradus Trübler, Joannes Eberhardi de Lavinga, & Christianus de Fridberga. Convocat Provincialis Guido Diffinitorium anno 1442. Spiram. Et anno 1443. Brisacum. Atque prudentiâ, discretione, amoréque Paterno Provinciam gubernans, reeligitur anno 1444. Landavii secundò, & Rappolswilæ anno 1448. tertiò. Intereà colloquebatur de Provinciæ rebus anno 1445. Spiræ. Anno 1446. Argentinæ, & in sequente anno Hagenoæ.

Postquàm verò continuis undecim annis adæquatum se Provinciæ Patrem gessisset, Officium abdicat anno 1451. illud post elapsum sequens biennium reassumpturus. Pauca, quæ intra hos annos acciderunt notabilia, sunt: quòd anno 1440. Ars Typographica suum Inventorem Argentinæ habuerit Joannem Guttenberger, uti perhibet Theophilus Raynaudus.

Anno 1444. Illustr. Wernerus de Zimmeren L. B. de Möskirch,

kirch, concedit partem Decimarum in Bochingen Monasterio Oberndorffensi (M. Sc. Bening).

Anno 1445. Reverendissimus Generalis Julianus de Salem jussu Eugenii IV. Pontificiis omnes Vicarios, Rectores ac Priores, quos de Observantia vocabant, Romam ad Comitia cogit ad omnem Schismatis apparentiam tollendam: Et ut juxta consilium, prudentiam ac voluntatem ipsius Prioris Generalis, cui immediatè subsint, Ordinationes & Statuta faciant (Pamphilus).

Anno 1446. ab Eodem Eugenio IV. Archi-Confraternitas Cincturatorum in honorem B. Virginis Mariæ, S. P. Augustini & S. M. Monicæ instituta, ortum habuit juxta Baronium vel potiùs speciale incrementum. Emmanuel Rodericus enim Tom. 1. qq. Regularium & Canonicarum q. 58. a. 2. & 3. putat institutam priùs fuisse, scilicet anno 1430.

Anno 1448. præmemoratus P. M. Julianus Generalis in Conventu nostro Spirensi decem Decreta sancivit pro universo Ordine, quæ congesta sunt in antiquo libro Friburgi Brisgojæ scripto à F. Limperger. Ex quo constat, Synodum Generalem totius Ordinis in Provincia Rheno-Suevica Spiræ hoc tempore celebratam fuisse; Non enim erraverit Limperger, qui illo Sæculo vixit, & Acta Capitulorum accuratè conscripsit. Et facilè potuit fieri Capitulum Generale Spiræ, quia præclarissimus, & ob Zelum Ordinis maximè commendatus Generalis Julianus anno 1447. in Conventu Bituricensi reelectus fuerat, & in vicinis partibus subsistens altero anno Spiram, ubi tunc Conventus nobilis & amplus, contendere potuit. Esto, quòd in Chronicis Ord. Pamphilus, & in mappa Geographica Höggmayer mentionem illius non faciant. Dicto anno 1448. Henselinus Bettelrieth dat Conventui Friburgensi Helvetiorum Decimas in Lanthen & Nidermontenach propter anniversarium. Eodem anno ibidem Friburgi instituitur Fraternitas S. Erhardi (M. Sc. Benning è Docum. Frib.).

Inter Viros, qui istis annis in nostra Provincia floruerunt, meritò numerandus venit Hennicus de Gauda (quod aliqui volunt

per

per abbrevationem idem significare ac Gamundia, & sic ille Suevus, non autem, uti scribit Crusenius in Monastico, Batavus fuisset.) Theologus in Scholastica disciplina suâ ætate vix parem habens, in Academia Heydelbergensi omnium consensu palmam consecutus, quæ etiam anno 1440. ab ipso regebatur. Scripsit in lib. Sent. l. 1. Orationes varias l. 1. De celebratione Missarum l. 1. Quæstiones disputatas l. 1. (Pamphilus & Crusenius). Joannes Mayer de Augea, Sacræ Paginæ Lector insignis, qui Provinciæ per Thuringiam & Saxoniam Regimen in Capitulo Appingentano suscepit, & in Stargardiano idem resignavit, posteà Prior Herbipoli mortuus in Festo S. Sebastiani. (ex antiq. lib. anniv. Herbip.) De hoc jam supra etiam mentio facta est.

Henricus Werlen de Nürenberga, qui S. T. Lector Basileæ extitit, Capellanus posteà, familiaris, domesticus & commensalis Othonis S. R. E. Presbyt. Cardinalis tit. S. Potentianæ, Episcopi Dertusensis (Elssius in Encom).

His accensendi sunt Nicolaus Huser Prior Friburgi anno 1446. Nicolaus Kilcher Prior eodem tempore Lavingæ. Paulus Mettmanstetter Prior aliquando Spiræ. Thomas Militis Prior Tübingæ anno 1447. Ulricus Kremer ibidem sequens Prior. Waltherus Innsichhofer Prior Constantiæ anno 1455. Joannes Has Prior Friburgi Brisgojæ anno 1448. & Adamus de Spira celebris Lector ac Professor Studii Generalis Argentinensis anno 1443.

Meminit Milensius in Alphabeto alicujus Adami Puezen, quem de Owobach cognominat: absque dubio ex pago, quo ortum habuit, sicut illo tempore apud Nostros moris erat, nominare Patres. Et quia hic locus Owobach, vel Offenbach non procul à Spira prope Landavium situatus est, idémque Pater Ordinis nostri à Milensio scribitur vixisse hâc ætate, atque de Fide Catholica scripsisse librum unum, cujus initium est: *Funiculus triplex difficilè rumpitur.* Et Sermones aliquot, præsertim de laudibus Beatæ Virginis, qui Ratisbonæ in Bibliotheca nostra Manuscripti ha-

beantur, hinc existimo probabiliter Adamum illum fuisse, quem de Spira modò nominavimus.

XIX.

Ab anno 1451 usque ad 1453. HENRICUS OFFENBURGER, de Argentina professus, ubi tanquam in Principali Provinciæ Studio & Schola Magistrum Sententiarum explanavit, Cantuariam studii causâ missus est anno 1413. præcellens ipse posteà scientiarum tam Philosophicarum, quàm Theologicarum Magister. Eidem Argentinensi Asceterio verbo & exemplo iteratis vicibus anno 1435. & 1447. præluxit & imperavit, intereà quoque Præsidens Capituli Provincialis anno 1436. Brisaci. Eligitur in Provincialem Friburgi Brisgojæ anno 1451: ubi Præside Eximio P. Lectore Petro de Fridberga Diffinitores erant Bernardus de Argentina, Joannes de Lavinga, Nicolaus Fries de Brisaco, & Joannes Bingen Lectores. Congressum unum celebravit anno 1452. Landavii. Miserandâ tempestate Provinciæ præfuit, dum ipso anno 1451. pestilens aura per totam ferme Europam sese extendens, mortifero ulcere infectos sustulit innumeros homines. Nihilominùs

Eodem anno 1451. Capitulum Generale in Festo Pentecostes celebratum fuit in Conventu Ferrariensi Provinciæ Modoliæ, Diffinitore ex nostra Provincia illuc misso Lectore Petro de Fridberga: stabilito ibidem in Generalatûs Magisterio Juliano Siculo de Salem, inter cætera definitum fuit; quatenus de singulis Provinciis mittatur unus studens *pro formâ* ad studium Parisiense. Sive, ut ibidem juxta formam Parisiensem promoveri possit, cui debeat Provincia annuatim decem ducatos cum addito, quòd eidem tali studenti non conferatur gradus Lectoriæ, nisi completo triennio. Item quælibet natio Italica, Gallica, Hispanica & Alemannica de quadriennio ad quadriennium mittat illò unum Baccalaureum. (ex antiq. libr. Frib. Brisg. à F. Limperger Scripto.)

Item, eodem anno 1451. dum Provinciale munus suscepisset Eximius Pater Henricus Offenburger, is cum R. P. Conrado Trübler ad S. Ordinem admisit Sorores nostras Moniales ad S. Annam

Vi-

Viridis Sylvæ, manſerúntque ſub Ordinis Obedientia ultra duo Sæcula. Ordinario Diæceſano poſtmodùm ſe ſubjicientes nunc denuo ſuſpirant Rheni ac Sueviæ Provinciali obedire.

De Conventu Herbipolenſi conſtat ex Docum. ibid. Eo tempore Fraternitatem S. Kiliani & Laurentii in noſtra Eccleſia fuiſſe celebrem, cui etiam ipſe Præſul Herbipolenſis Godefridus Pincerna nobilis à Limburg anno 1452. quædam de propriis, quò magis Fideles eam Fraternitatem in flore conſervarent, clementiſſimè contribuit, ut denuntiatâ morte Confratris aut Consororis Miſſæ, & ſingulis angariis Proceſſiones haberentur. Hujus loco jam viget Confraternitas Defunctorum fundata ab Adolpho de Ehrenberg Epiſcopo Herbipolenſi, uti de hoc inferiùs recurret mentio.

Annus 1453. toti Chriſtianiſmo ſummè lamentabilis fuit Imperii Orientalis excidio, Conſtantinopolis expugnatione, Conſtantini Palæologi Ultimi Græcorum Imperatoris interemptione & Regni ad Mahumetanos tranſitione (Hiſtorici communiter). Luctuoſo hoc anno Henricus Provincialis ad tempus Officium ſuum reſignat, obedientiſſimus Nicolao V. Pontifici, qui Conſtitutionem Secundam Martini V. pro Officio Provincialatûs ad triennium vel biennium traducendo anno 1451. Pontificatûs ſui anno quinto renovavit. (Hörmonſeder p. 1. Centum q. q. fol. 248).

Succedit in Capitulo anno 1453. Landavii celebrato, qui in munere Provincialatûs jam ſemel ſtetit, Guido Burger de Moguntia, Lect. Auguſtino de Argentina Præſidium tenente: Diffinitorium habebat viros Conradum Trübler de Baſilea, tunc temporis etiam Priorem Friburgi Brisgojæ, Chriſtianum Lect. de Fridberga, Petrum Lect. de Fridberga, & Michaëlem Lect. de Argentina. Studii Generalis Argentinæ Lector Primarius ſtatuebatur Nicolaus Friez de Briſaco, Secundarius Joannes Bürlin. Diffinitor Capituli Generalis Joannes Böſch de Lavinga Lector.

Ab anno 1453. uſque ad 1456

Anno 1454. congregabat Provincialis Guido Patres Argentinam, ubi rebus Provinciæ disquiſitis Priorum, Lectorum ac Studiorum mutatio nulla fiebat.

 An-

Anno 1456. pia & laudabilis consuetudo, quâ ter de die ad orationem Salutationis Angelicæ in Ecclesiis tam Regularibus quàm Parochianis & Collegiatis pulsatur, initium habuit per Bullam Romanam cum Indulgentiis.

Eodem anno Calistus III. Roman. Pont. concedit Bullam de Confessionibus audiendis: in qua declarat illos omnes hæreticos esse, qui pertinaciter asserunt, confessos Fratribus Ord. S. Augustini, S. Dominici, S. Francisci & Servorum B. Mariæ, iterum Parochiali Curato oportere confiteri; vúltque eosdem Fratres, si cursus in Universitate Parisiensi perfecerint, posse Magisterii insignia à Cancellario dictæ Universitatis suscipere. (Pamphilus in Chron. Ord.)

Hoc ipso anno 1456. Guido Provincialis ad deponendum onus Officii sui anhelat, quietiùs posteà victurus Moguntiæ in Domo Professionis suæ, ubi ad alteram vitam migrat in die S. Remigii anno 1461. corpus ejus in Choro ad sinistrum lateris Sacristiæ terræ mandatum.

XX.

Ab anno 1456 usque ad 1459 CHRISTIANUS de Fridberga, Sacro-Sanctæ Theologiæ Lector & Magister egregius, ob singularem in Deum pietatem, pro Ordine Zelum, & in rebus agendis prudentiam optimè in Provincia audiens, Diffinitor anno 1430. & 1440. Landavii extitit, Visitator Conventus lustravit anno 1435. Moguntinum Cœnobium Prior administravit anno 1443. Successit demum Guidoni in Provincialatu anno 1456. in Capitulo Landavii ad illud Officium electus. Direxit istud Capitulum præclarissimus P. Nicolaus Fries de Brisaco Diffinitoribus considentibus Bernardo de Argentina, ubi tunc erat Principalis Lector, Joanne Bösch Lect. de Lavinga, Daniele Lect. de Argentina, & Petro de Heydelberga Lect. & Priore in loco Capituli Landavii. Conclusum fuit ibidem, ut Studium Generale Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ conformiter ad Decretum Synodi Generalis Avenione anno 1455 celebratæ sit perpetuò & immutabiliter in Conventu Argentinensi, Philosophicum autem (po-

(potiùs Provinciale) in Heydelbergensi Cœnobio conservetur. Colloquium de negotiis Provinciæ constituit Provincialis Christianus, vel ùt ab aliis scribitur Christmannus anno 1457. Basileæ & anno subsequente Colmariæ. Triennio completo gubernium Provinciæ resignat anno 1459. (Act. Prov.)

Intra istud triennium præcipua pro studiis ordinandis & evehendis Patrum erat solicitudo, Fratrúmque studentium examina accuratissimè servabantur, uti ex Actis Capitularibus clarè evincitur.

Speciatim quoque hâc ætate conformiter ad reformationem Congregationis Lombardicæ in partibus Saxoniæ Conventus Observantiæ incrementa sumpserunt.

Sic & anno 1457. in Festo S. P. Augustini F. Henricus Zolter, F. Henricus Lodewici, F. Joannes Sartoris Ss. Theologiæ Professores, F. Henricus Librandi de Volckmaria, F. Joannes Mayer Vicarius, F. Joannes de Lippia Prior Conventûs Osnabrugensis, F. Albertus Prior Conventûs Appingentani, F. Goswinus Prior Conventûs Lippensis, F. Bernardus de Oltenfeld, F. Alardus de Grüningen, & F. Georgius Hoppen de Conventu Ss. Trinitatis, Sacræ Theologiæ Lectores, cæterśque Fratres Ord. Erem. S. P. Augustini Provinciæ Thuringiæ & Saxoniæ Capitulariter congregati in Conventu Osnabrugensi assumunt Conventum Herbipolensem, qui priùs volebat esse de observantia, sed ob insufficientem fundationem quoad omnes cæremonias illam servare non poterat, ad actualem Observantiam. Dum Venerabilis Vir & Sacerdos Eberhardus Memelder de Meiningen in Superiori Pleichfeld Plebanus, ac dein Vicarius Majoris Ecclesiæ Herbipolensis pro vitæ Regularis Observatione largas eleemosynas tàm in reditibus, quàm pecuniâ dedit Conventui. (Lit. fund. in membran. Herbip.) Undecimo Aprilis dicti anni Patres Herbipoli jam subscripserant Observantiæ talis vitæ Regularis, erántque de gravioribus solùm Patribus viginti, inter quos nominantur Henricus Coci S. Theologiæ Magister Provincialis, (iste posteà obiit Münnerstadii), Joannes

Ott Prior Herbipolensis Conventûs, Joannes Ludowici (posteà factus Suffraganeus Episcopi Ratisbonensis.) & alii nominati in literis. Unde cum Junioribus Fratribus & Laicis ad minus fuerint triginta de Familia. (Archiv. Herbip.) Deinde anno 1458. die S. Nicolai de Tolentino Patres Capituli Provincialis in Conventu Königsbergensi sive Künsberg. (modò in possessione Ducum Saxoniæ de Hilburghausen) Diæcesis Herbipolensis, speciatim F. Henricus Lipprandi de Volkmaria S. T. Lector, Reverendissimi P. Generalis Vicarius, Henricus Lodewici S. T. Professor & Prior Provincialis per Thuringiam & Saxoniam, Georgius Winder, Henricus Buchlingen, Matthæus de Comitibus, Henricus Mogede, & Andreas Proles S. T. Lectores & Priores, Diffinitores Capituli per speciale Decretum confirmant Regularis vitæ Observantiam præterita in Convocatione Osnabrugensi Herbipoli inchoatam. Hoc ipso Decreto monetur Provincialis, aut Vicarius districtûs Franconiæ, ut summoperè ad hoc invigilet, quatenus dicta reformatio in bonis moribus floreat & virtutibus conservetur. (Docum. Herbip. ex Archiv.)

Eodem hoc anno 1458. Capitulum Generale celebratum fuisse Memmingæ Protocollum ibidem refert: quamvis particularia desuper non legerim, nec tantam certitudinem habeam, sicut de illo supra Spiræ celebrato. Esse tamen potuit, quòd Reverendissimus P. Generalis Julianus de Salem Siculus Observantiarum Ordinis Zelator maximus Saxoniæ & Bavariæ terris lustratis cum quibusdam gravioribus Patribus de proventu Ordinis colloquium Memmingæ habuerit, ubi & ab ipsomet Fundatore Cœnobii Uttenwilani donationem illius credibiliter susceperit. De quo sequente anno plura.

Eodem anno 1458. Eximius P. F. Nicolaus Römer in variis Conventibus Prior, Filius Conventûs Colmariensis optimæ vitæ è mortalitate nostra decessit: Colmariæ in Ecclesia nostra ad dextrum latus prope altare B. V. Mariæ tumulatus habet lapidem sepulchralem, cui incisus est Monachus in habitu nostro; celebrabamus

mus ante hac pro ipso & sua parentela anniversarium ibidem. Est modò interreducta, sicut illius, quod Fridericus de Marle etiam filius hujus Conventûs, de nobili parentela ortus, fundaverat; quorum reditus & bona in Sæculo decimo sexto sine nobis injuria temporum sustulit.

Anno 1459. die 2. Maji diem suum obiit celebratissimus ac multùm Venerabilis Pater ac Dominus Henricus Episcopus Rossensis, & Suffraganeus Moguntinus ex Ordine nostro ad hanc dignitatem Ecclesiasticam assumptus, qui in Choro nostro Moguntiæ sub lapide, cui insculptus Episcopus, jacet ad latus dexterum Friderici nostri Episcopi Tullensis.

XXI.

BERNARDUS de Argentina, Vir longè præstantissimus ac doctissimus, S. Theologiæ Lector Principalis ac Primarius Argentinæ anno 1445. & priùs anno 1435. Prior Friburgi Helvetiorum, adæquatus fuerat in omni munere sibi demandato. Eum tanquam Diffinitorem Generalem anno 1447. Provincia ablegavit Bituricas cum facultate duos discretos Fratres ad libitum eò sumendi. In Capitulis Provincialibus Diffinitorio nomine Friburgi Brisgojæ anno 1451. & Landavii anno 1456. assidebat. Cum Christianus de Fridberga anno 1459. Comitia Provinciæ pro deligendo novo Successore Alzeiam conscripsisset, iisdem Vicarius Reverendissimi Patris Generalis præsedit Bernardus, idémque ibi electus est in Provincialem, de corpore Diffinitorii habens P. P. L. L. Conradum Trübler Priorem Friburgi Brisgojæ, Augustinum Langaster de Argentina, Joannem Rösch de Lavinga, & Petrum de Heydelberga. Post Capitulum eodem adhuc anno cum Diffinitore Generali Augustino Langaster de Argentina contendit Tolentinum ad Generalia Ordinis Comitia, in quibus jam defuncto Juliano Salensi sufficitur Prior Generalis Alexander Oliva. Agebatur ibidem inter cætera quoque pro Conventu Uttenwilano, certisque articulis determinabatur: eum Conventum immediatè subjectum esse Reverendissimo Patri Generali, atque Conventum de observantia. (Ex Act. Cap. Gen. M. Sc. à Limperger). Fuit

Ab anno 1459 usque ad 1462

Fuit autem mentionatus Conventus Uttenwilanus anno 1450. ex Rectoratu (sic Parochiam vocabant) Sæculari in Cœnobium Augustinianum mutatus à Prænobili ac Generoso Domino Equite Bertholdo à Stein, qui ceu Fundator Monasterio pro conservatione & sustentatione Fratrum tradidit Jus Patronatûs Ecclesiæ Weilerensis. Decimas item majores & minores, ac quævis Jura Parochialia, Molendinum insuper, Piscinas, & omnes Decimas in Dattenberg; Eximit quoque vi literarum Monasterium à se fundatum à quibusvis oneribus Sæcularibus, &c. Feria 2dâ & Sabbatho singulis septimanis pro Fundatore cantanda est Missa, & omnibus angariis Officium Defunctorum. (M. Sc. Benning ex Documentis dicti Convent.) Ex traditione habemus, memoratum Dominum Heroëm, cùm in præsentissimo naufragii periculo semel versaretur, ab illo per invocationem S. Nicolai liberatum, vota, quæ tunc fecerat, adimplêsse in Fundatione Monasterii Fratribus Eremitani Ordinis S. Augustini.

Ibidem in Ecclesia nostra Parochiali prope Altare B. Mariæ Virginis invenitur Crypta, in qua dicitur sepulta jacere Virgo nomine Utta, unde forsan locus etymon accepit, ut jam non Weiler, sed Uttenweiler vocetur. Ad eam Cryptam toto anno diversis ex locis, etiam hæreticorum, tabescentes infantes, quorum nec vitæ sperari potest diuturnitas, nec mortis acceleratio, deferuntur, & factâ Oratione vel Oblatione piâ paucos intra dies aut pristinam sanitatem recipiunt, aut brevi ex hac vita migrantes à miseriis suis liberantur. Porro iste, de quo loquimur, Conventus non diu permansit Generalis, sed statim anno 1465. incorporabatur Provinciæ Bavaricæ, & Sæculo sequente ad annum 1572. Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ traditus est. (Docum. Provinc. Herbip.) Primus Prior illius Conventûs legitur fuisse Henricus Stier in Sacra Theologia Lector (eadem Docum.)

Anno 1450. Herbipoli Tertiariæ Ord. S. Francisci allectæ forsan regulari observantia, secundo abhinc anno ibidem in nostro Virorum Conventu introducta, Regulam S. P. Augustini sub obedi-

dientia Provincialis Ord. Erem. S. Augustini Provinciæ Saxoniæ & Thuringiæ assumpserunt. Et quamvis propter istum earum Sororum ad nostrum Ordinem accessum multæ lites fuerint à RR. PP. Franciscanis motæ, attamen hæ componebantur anno 1472. ut acquiescerent. De his habemus adhuc literas in Archivo Herbipolensi, Sigillo Provincialis & Ecclesiæ RR. PP. Franciscanorum firmatas. Erat Domus Regularis istarum nostrarum Sororum Mantellatarum sita vulgò in der Görleß-Gassen ad Altum Pinnaculum sive zur hohen Zinnen, quam de mortuis Sororibus vi Privilegiorum Pontificiorum Martini V, & Sixti IV. ad nos devolutam, imò corporali possessione per annum à nobis retentam deinde sequente Sæculo & anno 1544. Senatus Herbipolensis sibi attribuit convertendo eam Domum in Hospitale Vetularum Sæcularium. Quamvis autem Patres nostri contra istam occupationem quà supplicando, quà excipiendo reclamârint, irrito tamen conatu de Domo, ejusdemque reditibus & regularitate actum erat. (Docum. Herbip. Archiv.)

Eodem anno Fratres pro studio missi sunt Romam & Senas. (ex actis Provinc.) Et istis annis exactè fuerunt examinati per Deputatos nostros omnes Prædicatores & Confessarii.

Ad hæc tempora Academia Basileensis ab Episcopo Joanne de Venningen erecta, & à Pio II. Summo Pontifice confirmata, similiter & Friburgensis in Brisgoja ab Alberto Austriaco fundata sumpserunt exordium, in quibus successu temporis Patres nostri Doctorales Laureas sæpiùs reportârunt, & insigniter floruerunt.

Circa annum 1461. Monasterium nostrum Friburgense in Brisgoja, nescio quo infortunio, flammis exustum fuisse, testantur recommendatitiæ literæ, quibus altero anno 1462. Rupertus Episcopus Argentinensis de Landgraffiis Alsatiæ Fratribus nostris Friburgensibus pro colligendo subsidio ad reparationem Monasterii succurrit.

Anno 1462. Provincialis noster Bernardus, postquàm intra Gubernii sui triennium Convocationes Patrum semel anno 1460.

Argentinæ, & alterâ vice anno 1451. Spiræ peregisset; idem Provinciæ Gubernium in Capitulo Provinciali Brisaci coacto resignat: quod

Ab anno1462 usque ad1465 Reimponitur in hoc Capitulo Brisacensi factâ Provincialis electione Henrico Offenburger de Argentina per Præsidem Christmannum de Fridberga. Diffinitores nominabantur M. Daniel de Argentina Lector ibidem Principalis, Petrus Ruthler de Fridberga Prior Weissenburgensis, Henricus Lichtstahler de Basilea, & Joannes Binder de Gamundia Prior in Pappenheim.

Anno 1463. in Ditione Campidonensis Principis Sulzbergense Monasterium Monialibus Eremitis S. P. Augustini erectum fuit à Nobili Anna de Schellenberg, nata Fronbergerin, cujus Fundationis literas Memmingæ apud Nos servari, notat N. Pater Nicolaus Benning in suis Manuscriptis de antiquitatibus Provinciæ.

Magnus erat Patrum, quos de observantia nominabant, fervor tam in Italia, quàm in Germania: adeò, ut nimio reformationis Zelo vel ipsam quodammodo excedentes observantiam coerceri debuerint Pontificio Decreto, quo Paulus II. Pont. Max. anno 1464. mandat: ut Fratres, qui de observantia nuncupantur, nullâ occasione oblatâ, etiam interveniente Auctoritate Apostolicâ, occupent loca eorum, quos Conventuales vocant, nec econtra sine Prioris Generalis licentia & facultate. Dat. Romæ VI. Cal. Decemb. Pontif. anno Primo.

Anno 1465. Synodus Generalis coacta est Apamiæ in Francia 4to Nonas Junii, ubi post Prioris Generalis Guilelmi Bechii Florentini jam ab anno 1460. Senis electi confirmationem, statutum fuit, ut omni feriâ 2dâ Duplici Officio non impeditâ caneretur Missa Defunctorum, fieretque super sepulchris solemnis Processio. (Pamphilus)

Exaltavit hâc ætate Ordinem Augustinianum suâ vitæ Sanctitate Joannes Sahaguntinus de S. Facundo natione Hispanus, quem posteà Catalogo Sanctorum insertum tota jam veneratur Ecclesia Romana (Pamphilus).

De

De Illuſtribus Viris noſtræ Provinciæ hoc tempore floruit Simon - - Epiſcopus Magionenſis, Suffraganeus Reinhardi Epiſcopi Wormatienſis (Elsſius in Encom.). Meminit etiam Elsſius citans Herreram, alicujus Joannis Inſtitoris, quem ad annum 1464. Pontificis vel Epiſcopi Herbip. (Joannis de Grumbach) Capellanum, Familiarem, Confeſſorem, continuum Commenſalem, Pœnitentiarium in Baſilica S. Petri, & Rectorem Eccleſiæ in Haſefurde (Haſsfurt) Diæceſis Herbipolenſis, fuiſſe ſcribit.

Ceterùm iſto anno 1465. Henricus Provincialis convocatis anteà Patribus anno 1463. & 1464. Argentinam, & ex nunc pro electione novi Provincialis Gamundiam, munus ſuum triennale deſideratè obit, credibiliter usque vitæ obitum Argentinæ ſubſiſtens.

XXII.

PETRUS de Heydelberga, alii de noſtris Antiquariis Fridbergæ illum ſcribunt: quia his duobus in locis potiores vitæ ſuæ dies inſumpſiſſe videtur, nobile ingenium pro more Provinciæ in exteris Conventibus Studiorum Generalium præcipuè Senis in Italia mirabiliter excoluit. Ferrarienſi Synodo Generali anno 1451. adfuit Diffinitor, Capituli Provincialis eodem anno Friburgi Brisgojæ celebrati Præſidem egit: Cùm præcedentibus annis Heydelbergenſe Cœnobium ſedulus Prior adminiſtrâſſet, ab ejusdem Loci Univerſitate Profeſſor celebratiſſimus Sacræ Facultatis præconizatur ad annum 1456. Diffinitorio munere fungitur Alzeiæ anno 1459. & optimè de provincia meritus Gamundiæ anno 1465. à Patribus Conſcriptis in dignitatem Provincialis conſtituitur.

Ab anno 1465 usque ad 1468

Vices Reverendiſſimi P. Generalis in præſenti Congreſſu tenebat Henricus Lichtſtahl Helvetus, Prior Baſileenſis: cui pro Diffinitorio conſidebant Henricus Deſch de Moguntia, Joannes Bürlin de Argentina, Jacobus Eglin de Turego, & Joannes Schüring Lectores ſive Magiſtri.

Ad iſtum annum 1465. Sacellum Montis Olivarum in atrio ad Eccleſiam noſtram Friburgi Helvetiorum Priore tunc temporis

M. Joanne Handeler, extructum fuit. Pro quo loco 4. Cardinales iis, qui ſtâ Dominicâ Quadragesimæ, Feria ſtâ Cœnæ Domini, & Aſcesionis Christi, nec non in die Dedicationis, ac Festo Patronorum. (Est autem Sacratum S. Michaëli Archangelo) devotè illud visitaverint, vel pro conservatione librorum, calicum & aliorum Ecclesiæ utensilium aliquid tribuerint, certas dederunt Indulgentias. (Hist. Theolog. Lang. fol. 970.) In illo tempore etiam Weissenburgenses Nostri Monasterium & Ecclesiæ Chorum è fundamento restaurabant. Sic enim in peristylio antiquis characteribus lapidi insculptum legi: *Anno Domini M. CCCC LXVIII in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli completum est hoc opus.* Et ad latus Sinistrum Chori, ubi Repositorium Sanctissimi fuerat, ad pedem Annus 1471. quo credibiliter structura posita est, colligitur.

Inter præcipuos Viros Provincia Rheno-Suevica numerabat illis annis Henricum Lichtstal in Philosophicis æquè ac Theologicis versatissimum Magistrum ac Doctorem, qui fuit Cursor Basileæ anno 1450. missus Tolosam pro Professore Physices anno 1454. & posterioribus annis partim Basileæ, partim Friburgi Helvetiorum Prior. Obiit maturè anno 1478. Basileæ, longiori vitâ dignus. Nicolaus König Prior Gamundiæ anno 1462. Joannes Bubenhals Prior Wilæ anno 1461. Joannes de Surburg, cui in acquisitis proventibus Conventus Colmariensis, quem anno 1463. & priùs optimè administravit, multa adscribit.

In Septentrionali nostra Regione florebant tunc temporis præ aliis Joannes de Dorsten S. T. D. acutissimus, in divinis literis exercitatissimus, & ad nodosas quæstiones solvendas efficax: cum ingenti facundia pro concione Verba facere solebat in Universitate Erfordiensi, in qua publicus fuit Professor anno 1466. Provincialis Saxoniæ anno 1480. Commissarius Generalis aliquando ad visitandum Conventum Stargartensem. Scripsit hic Quæstiones Sent. l. 1. De vitiis linguæ l. 1. Sermones de tempore l. 1. De cognitione Angelorum l. 1. Consolationum contra malum mortis l. 1. Sermones de Sanctis l. 1. (Elssius) Habemus etiam Collectaneum Concionale

nale de Festis B. Mariæ Virg. ex Sermonibus P. M. Joannis Dorsten Herbipoli, conscriptum manu propriâ R. P. Bartholomæi Usingers.

Huic in rerum peritia, scientiâ ac doctrina non minor extitit Gotschalcus Hollen, qui circa annum 1461. degebat Osnabrugi, ùt colligitur ex Libro, cui titulus: *Præceptorium divinæ legis* in Decem Præcepta Decalogi. Hujus ex hoc solo Libro, qui Norinbergæ anno 1497. impressus est, sanè pulcherrimo ac fructuosissimo, utilissimo nedum pro Theologis moralibus, sed & Concionatoribus, excellentia in Legibus Sacrorum Canonum, copia in Historiis, nucleus in Sententiis, firmitas in Rationibus abundè patescit: et legens illum hinc inde colligere potest, quæ tempora & mores percrebuerint, utique prævaricationem Universalem & eventus malorum sequente Sæculo illas Aquilonares partes invadentium jam jam præsagientes. Habemus hoc Præceptorium in Bibliotheca nostra Constantiensi, Herbipolensi, Item & Friburgensi Brisgojæ. Scripsit hic Author etiam Passionale, sive de Passione Christi. Sermones super Epistolas Dominicales per annum, in duas partes distinctos, hyemalem & æstivalem. Citat in iis sæpe Joannem Kleincok, qui in Magistrum Sententiarum scripsit, & celebris fuit Theologus de Saxonibus Nostris.

Illâ etiam ætate eminuit inter Doctos Matthæus de Corwist Provinciæ Saxoniæ, qui scripsit de triplici adventu Verbi in Carnem, Mentem & Judicium librum prægrandem. Librum de Indulgentiis super Thema: *quodcunque ligaveris*. Expositionem Symboli S. Athanasii. Tractatum magnum de S. Corpore Christi super illud: *Homo quidam*. Expositionem Orationis Dominicæ in Matth. Cap. 6. De Stephano quoque Wittenbergensi Quadragesimale magnum, Doctrinâ Sanctorum Patrum imprimis S. P. Augustini redundans illo tempore congestum fuisse, Scriptores Nostri testantur.

Porro noster Provincialis Petrus de Heydelberga, cùm pro Colloquiis Intermediis sui triennii semel Patres anno 1466. habuis-

ſet Weiſſenburgi. Et anno 1467. Spiræ. Officio ſuo reſignat anno 1468. in Capitulo Provinciali à ſe Landavium indicto: ubi in Dominica: *Reminiſcere*: anno ignoto mortuus, requieſcit in medio Chori ſepultus. (Docum. Prov.)

XXIII.

Ab anno 1461 uſque ad 1471 JOANNES BINDER de Gamundia, Vir prudens ac diſcretus, Sacræ Theologiæ Lector, Diffinitorem Provinciæ, Priorémque Conventûs Pappenheimenſis egit anno 1462. poſt hoc anno 1465. Familiæ Gamundianæ laudatiſſimo præfuit Gubernio. Electione novi Provincialis anno 1468. Landavii celebratâ, illius dignitatem digniſſimus ipſe ſuſcepit.

Præſes hujus Capituli Provincialis recognoſcebatur Henricus Deſch Lector de Moguntia. Diffinitores Daniel de Argentina ibidem Prior, Henricus Lichtſtal Prior Baſileenſis, Joannes Brück Prior Alzeianus, & Joannes Melicon Prior Wilanus.

Convocavit Joannes Binder Patres Conſcriptos anno 1469. Argentinam. Anno 1470. Colmariam, & pro Succeſſore deligendo anno 1471. Rappolswilam, ubi terminato Provinciæ Gubernio Officium depoſuit. Miſit intra hoc tempus anno 1470. ad Comitia Ordinis in Conventu Bononienſi celebrata Diffinitorem Generalem Eximium Lectorem ac Magiſtrum Danielem de Argentina. In iisdem Comitiis toti Sacro Ordini Auguſtiniano præfectus eſt M. Jacobus de Aquila, & inter cætera Acta Diffinitio de Miſſa & Proceſſione pro Defunctis facienda die Lunæ, confirmabatur. (Ex Act. General. à Limperger ſcriptis).

Sub Joanne Binder anno 1470. facta eſt à Georgio de Linſtetten venditio Decimarum ſuarum majorum & minorum in Boll ad Monaſterium noſtrum Oberndorffenſe pro 540. libr. (Benning).

De Joanne Bindero adhuc conſtat, cum anno 1474. Hagenoenſi Capitulo præſediſſe, & ad meliorem vitam evocatum anno 1475. Gamundiæ.

Optimâ notâ huc adduci meretur Joannes Ludovici de Herbipoli, illuſtre membrum Provinciæ Saxonicæ vel potiùs Bavari-

cæ

cæ ex plurima parte ad Saxones jam congregatæ. Hic ſacram Religionem Auguſtinianam Windshemii (Ang. Höggmayer in Catal. Prov. Bav.) profeſſus, Florentiæ Lectorem egit anno 1452. & S. Theologiæ Magiſter Prioratum tenuit Herbipoli anno 1455. prout hoc patet ex literis, quibus illi Conventui partem Curiæ Probſt-Gerlach: dictæ, in qua cellariæ fuerant, vendidit pro cenſu annuo utiliùs recipiendo, quem hodiedum adhuc recipimus. Habebat dictus Locus Capellam S. Jacobi, ubi certis diebus legimus Miſſas, erátque ſita prope Curiam *Freudenberg* & *Vicariam Templi* dictam. (Docum. ex Archiv. Herbip.) Optimè providus dicto Conventui, de Fundatione, quam pro obſervantia fecit Eberhardus Memelder, de quo ſupra dictum, impendit 100 Florenos pro prædiis Feudalibus in Hergolshauſen: ex quibus perpetuum cenſum accipimus in frumento, ſiligine, avena, piſis, & gallinis juxta fundationem Domicellæ Barbaræ de Grumbach factam pro Miſſa hebdomadaria Sabbathi de Aſſumptione B. Mariæ Virg. in Eccleſia S. Affræ. (Prot. Herbip.) Ex Priore Joannes iſte Regens ſtudiorum evaſit Viennæ in Auſtria, & anno 1461. Provincialis Bavariam, Auſtriam, Poloniam &c. rexit. Vir ob ſummam prudentiam & pietatem omni honore dignus: Ea propter in Suffraganeum Ratisbonenſem aſſumptus creatur anno 1468. Epiſcopus Hierapolitanus, & meritis plenus ad ſuperos migrat anno 1480. Ratisbonæ. (Höggmaier ex Herrera, & Archiv. Ratisbon.).

Vixit & floruit his annis etiam Henricus Ludovici prædicti Joannis Ludovici germanus, pariter S. T. Magiſter, Doctor, ac Regens Studii in Conventu Erfordienſi, Provincialis quoque Provinciæ Thuringo-Saxonicæ, qui diem ſuum obiit Erfordiæ anno 1488. (Ex antiquo anniv. lib. Herbip.)

XXIIII.

HENRICUS DESCH de Moguntia, pro ſtudente de Jure Provinciæ Paduam mittitur anno 1446. ibidem Sacræ Paginæ Lector conſpicuus ac Diffinitor extitit anno 1465. Præſidium Capituli Provincialis tenuit Landavii anno 1468. & in Comitiis Rappols- Ab anno 1476 uſque ad 1472

wilæ

wilæ celebratis Provinciæ Regimen suscepit anno 1471. Præsidem in his Comitiis Patres venerabantur M. Danielem de Argentina, & Diffinitores ibidem erant Lector Michaël Stüz de Argentina, Joannes Handeler Prior Thuricensis, Petrus Hübscher Prior in Fridberg, & Joannes Schüffelin Prior Lavinganus.

Felix vivebatur ætas, dum anno 1472. benedicente cælo vinum in tanta abundantia colligebatur, ut plaustrum præcipuè Constantiæ pro 3. libr. Hall. esset venale. In sequente anno prælatura omnia: jam in Februario arbores florebant, & in fine Julii ex toto vindemia erat. Cæterùm tantus passim æstus, ut nonnullis locis sponte exardescerent sylvæ (Bucelin. in Const. Chronolog.).

His annis nempè 1472. Provincialis Henricus convocabat Patres Wormatiam, & anno 1473. Landavium, completóque Regiminis triennio Provinciale Sigillum Hagenoæ resignat, posteà ad plures annos Landaviensi Conventui præpositus; ubi ad alterius felicioris vitæ regionem evocatur anno 1492. (Annal. Provinc.)

Claruit hoc tempore Vir maximæ venerationis, excellentiæ & doctrinæ Dominus ac F. Nicolaus Bick, qui sublimatus in Episcopum Rosensem, verisimiliter Suffraganeus Argentinensis Præsulis Conradi de Busnang, & Successoris ejus Ruperti Ducis Bavariæ fieri meruit; Illas etenim Alsatiæ terras incolebat, & beato fine quivit Hagenoæ: sic ibidem legi in Choro Ecclesiæ nostræ ex lapide sepulchrali prope majus Altare posito, ubi solet minister ad Sacrum flectere: *Anno Domini 1475. die 22. Septembris obiit Rdus in Christo P. ac Dominus Fr. Nicolaus Bick Episcopus Rosensis, Ord. Erem. S. Augustini R. I. P.* Habet pro insigni ex una parte lapidi incisas tres rosas, & ex altera caniculum, qui supra se portat librum.

Præstantes alios Patres Provincia tunc temporis honorabat Nicolaum Schöner de Pappenheim, qui fuit Prior Heydelbergensis, ubi etiam in Jure Canonico promovebatur anno 1469. Henricum Kage Priorem Rappolswilanum an. 1469. Joannem Distelzweig Priorem Friburgi Helvet. anno 1470. Joannem Brück Prio-

Priorem Alzeiæ anno 1469. Theobaldum Priorem Friburgi Brisgojæ, qui deinde anno 1470. Prior Moguntiæ Pelagium post Theobaldum Priorem Friburgi &c.

In partibus Franconiæ celebrem habuimus Henricum Fuel de Culmbach, qui circa annum 1472. edidit Tractatum de Passione Domini (Elssius in Encom.) Henricum Medici de Münrestatt, qui multa bona illi Conventui attribuit, & plura ædificia propriis expensis Monasterio collatis consummavit. (Ex antiq. anniv. libr. Herbip.)

XXV.

DANIEL FRIESENHEIMER de Argentina, pro studente Bononiam missus anno 1438. Diffinitor in Provincia Rheni & Sueviæ extitit anno 1456. Ab anno 1474 usque ad 1477

In Athenæo Argentoratensi primariam Theologiæ cathedram Lector ac Professor celebratissimus tenuit anno 1462. ejusdémque Monasterii Locum Priorem maximâ solertiâ, vigilantiâ, utilitate & regularitate habuit anno 1468. è Bononia, quam anno 1470. ad Comitia Generalia Diffinitor Ordinis adiit, in Provinciam rediens Vicario Reverendissimi nostri Jacobi Aquilani nomine pro Capitulo Provinciali Rappolswilam anno 1471. conscripto denominabatur Præses. Eum posteà Patres vocem habentes in locum jam Absoluti Provincialis Henrici Desch sufficiunt Hagenoæ anno 1474. Fuerunt in hoc Provinciali Capitulo Hagenoënsi Præsidens Joannes Binder Lector & Ex-Provincialis. Diffinitores L. Laurentius Mene de Hagenoa, L. Augustinus Lamperter de Argentina, L. Joannes Schüring de Gamundia, & L. Michaël Mörlinger de Spira.

Tempore Provincialatûs sui Daniel Friesenheimer Congregationem Intermediam celebravit anno 1475. Offenburgi. Quis iste locus fuerit, an ille prope Brisacum in Ortenavia? ubi tamen possessionem Nobis fuisse, nusquam adhuc legi. An in Würtenbergia? ignotum est pariter. Forsan alius Conventus de Nostris illo tempore hoc nomen habuit; vel loco Weissenburg Offenburg

Scriptum: vel denique in tertio loco Patres convenisse credendum. Quidquid demum sit: in dicta Convocatione nostræ Provinciæ incorporabatur Mons S. Angeli, sive *Engelsberg* in Würtenbergia prope Gamundiam Diœcesis Augustanæ situatus, cum addito: ut interim, quoad usque ad pinguiorem fortunam venerit, à Priore loci pro collecta dentur 2. Fl. De hoc Monasterio; Nic. Benning in Manuscriptis suis notat fuisse Bartholomæum quendam Priorem, Item Joannem Rupp, ad initium sequentis Sæculi.

Cæterùm Daniel Provincialis anno 1476. ad Capitulum Generale Romam mittit pro Diffinitore Ordinis Lectorem, sive Magistrum Michaëlem Mörlinger de Spira. In illo electus fuit Generalis P. M. Ambrosius Coriolanus sive de Chora, & inter reliqua Decretum, ut nullus studens possit promoveri ad gradus Cursoriæ, nisi fuerit in studiis annis 4. & ad gradus Lectoriæ nisi annis 6. ad gradus autem Magisterii, annis 10. aliter promoti habeantur pro non promotis sine dispensatione, quæ solùm in Capitulo Generali fieri valeat. (Ex antiq. m. sc. Limperger).

Eodem anno 1476. Domini, Velgenses dicti, Fundatores Conventûs nostri Friburgensis in Helvetia magnam de argento Monstrantiam donârunt. (Lang. in hist. theol. Helv.).

Ad idem tempus F. Joannes Conventualis Campidonensis, ejúsque Frater & Soror de Linstetten Sorori suæ Elisabethæ de Linstetten Moniali in Oberndorff partem horti tradiderunt. (M. Sc. Nic. Benning).

Eodem ferme tempore Sixtus IV. Summus Pontifex Augustiniano Ordini faventissimus, multas contulit gratias. Divorum Societati conjunctum declaravit nostrum B. Joannem Bonum Mantuæ adhuc incorruptum.

Indulgentias concessit plures ut sunt: Indulgentiæ Plenariæ omnibus Sabbathis Quadragesimæ. Item omnibus Festivitatibus B. Mariæ Virginis lucrandæ in Ecclesia B. Mariæ de Populo, quas Benedictus XIII. nostro tempore etiam ad omnes nostras Ecclesias ampliavit. Plenariæ Indulgeutiæ iis, qui manus adjutrices pori-

ri-

rigunt pro ædificatione aut restauratione Domorum & Ecclesiarum Ordinis: quos etiam participes reddit omnium BeneficiorumSpiritualium ex Peregrinationibus provenientium per Bullam incipientem: *Inter præcipuas nostri pectoris curas*, editam anno 1477. Privilegium, ut nostri Confessarii in Ecclesia B. Mariæ de Populo certo tempore absolvere possint sicut Pœnitentiarii minores deputati in Basilica S. Petri in Urbe: quod iterum Benedictus XIII. extendit ad omnes Ordinis Ecclesias. Diploma Maris Magni, quod incipit: *Dum uberes fructus*, ampliavit & confirmavit. Provincialibus concedit facultatem disponendi & dispensandi cum profitentibus Ordinem super defectum natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu & alio illicito coitu. Item facultatem dedit dispensandi cum illis, qui irregulares sunt (excepto homicidio voluntario, bigamia, mutilatione membrorum) ita ut Capaces sint Sacros Ordines recipiendi. Ut possint nostri Confessarii Eucharistiam & Unctionem conferre à se absolutis, quibus Parochi sine rationabili causâ negaverint, seu malitiosè distulerint, super quo eorundem Confessariorum assertioni stari debeat. Ut Monasteria Monialium nostrarum, quæ Sororibus destituuntur, proximo Conventui Fratrum applicentur, ita tamen, ut in Oratoriis earum adhuc Divina celebrentur Officia. Quòd illæ personæ utriûsque sexûs, quæ se in Habitu nostro sepeliri petierint, alibi sepeliri nobis invitis non possint, quamvis jam alibi suam sepulturam elegerint. Quòd Ecclesiæ Parochiales, ad quas structa sunt nostra Monasteria, gaudeant Privilegiis Ordinis. Ipse etiam Capellanus, quem eisdem præfecerint, nutu suo amovibilis, quamdiu in tali Capellanatûs officio fuerit, gaudeat Privilegiis, ac si esset professus Ordinis. Ut omnes gratiæ, à Pontificibus concessæ Prædicatoribus & Minoribus nostro Ordini communes sint &c. quæ Pamphilus in Chron. fol. 89. etiam refert.

Porro Provincialis Daniel hoc anno 1476. alteram Convocationem cogit Brisaci, & anno 1477. triennio Provincialatûs ad omnium satisfactionem transacto in Capitulo Provinciali ab Ipso

Weissenburgum indicto Officium deponit, & post triennium, ùt sequetur, recipit.

XXVI.

Ab anno 1477 usque ad 1483 MICHAEL MOERSINGER de Spirà, in Studiis Generalibus grandiores literas edoctus, easdem Fratribus cum laude & fructu prælegit circa annum 1450. Argentinæ. Prior Conventui Spirensi anno 1469. præstitutus verbo & exemplo pascebat concreditam Familiam. (Act. Prov. Cap.) Diffinitor Generalis anno 1476. Romam concedens pro electione P. M. Ambrosii Coriolani Generalis Ordinis Suffragium tulit. (antiqu. M. Sc. Limperger.) ad quævis officia Ordinis dexterrimum Michaëlem Patres de Provincia Hagenoæ anno 1477. congregati, quem in eodem Actu Comitiorum honorabant loco Reverendissimi Præsidem, elegerunt Provincialem. Assessores ibidem in Comitiis Provincialibus erant Henricus Desch & Daniel Frisenheimer Provinciales absoluti, Diffinitores Henricus Lichtstall de Basilea Prior, Michael de Argentina, Joannes Melicon de Gamundia, & Jacobus Albericus de Alzeia S. Theologiæ Lectores.

In his Actis Joannes Henseler Tigurinus optimæ indolis & doctrinæ Coloniam ad legendas Sententias & gradum Magisterii suscipiendum, audientiámque Juris Canonici, Tillmannus Limperger de Moguntia Londinum in Angliam, & Casparus Amman de Lavinga in Italiam pro Studentibus destinabantur. Convocat autem Provincialis Mörsinger pro tractandis Provinciæ negotiis Patres anno 1478. & 1479. Spiram: ubi etiam Vir Clarissimus Gervasius Girsberger Prior Friburgi Brisgojæ licentiatur ad Baccalaureatum in Jure Canonico in eadem Friburgensi Universitate suscipiendum. Tillmannus ex Anglia propter infirmitatem revocatus admittitur, ut Moguntiæ Artium Liberalium Magister valeat recuperatâ sanitate promoveri.

Anno 1480. M. Michael Mörsinger optimè decursò triennio Provinciale Munus Müllhusii capitulariter juxta Ordinis Statuta deponit, idémque sibi reimpositum suscipit

Exi-

Eximius P. M. Exprovincialis Daniel Friſenheimer de Argentina. Conſtabat V. Diffinitorium ipſo P. M. Daniele, qui è Vicario Reverendiſſimi, & Præſide hujus Müllhuſani Capituli denuo, ùt diximus, evaſit Provincialis, Diffinitoribns Joanne Henſcler de Turego S. Theologiæ Baccalaureo, Petro Hübſcher Priore Friburgenſi Nuithonum, Lectore Joanne Bödlin de Argentina & Wolffgango N. Priore in Pappenheim. Ab anno 1480 uſque ad 1483

Credibiliter Michael Mörſinger à tempore reſignationis ſui Provincialis Officii non diu ſupervixerit, utpote memoriâ in Actis ſequentium Comitiorum de hoc præſtantiſſimo Viro amplius non factâ.

Anno autem 1481. Provincialis M. Daniel Patribus colloquitur Spiræ, ubi non minoris momenti fuerit, quomodò Saxones Conventibus noſtris inſidiantes repellere poſſent. Enimverò hoc anno ab ipſomet Summo Pontifice Sixto IV. Daniel Provincialis, iſti Eccleſiæ Romanæ Præſuli, dum adhuc apud F. F. Minorum Familias degebat, à Studio, vel à Comitiis Generalibus notus, per literas monebatur, ut pro ſua Regularis vitæ obſervantia ad Reformationem inducendam in Provincia Rheno-Suevica invigilet, & alios Reformatores (Saxones nempe) ad viſitandum non admittat. (literæ Frib. Brisg.). Factum eſt nihilominùs, ut hoc ipſo anno ab Andrea Prole Vicario Generali Alemanniæ, cui in Officio præceſſerat Simon Lindner Vicarius Generalis, Wilenſis Conventus Reformationem ſuſceperit. Sic enim in ambitu ibidem aliquando legi: *Anno 1481. Conventus iſte per Andream Prolem reformatus eſt.*

Anno 1482. alterà vice Daniel Provincialis iter aggreditur ad Capitulum Generale Peruſiæ in Italia die 25 Maji indictum, ſocios itineris habens de Provincia Joannem Handeler Baccalaureum de Turego Diffinitorem, & Thomam Otto vel Aw de Argentina Lectorem ac Diſcretum. (Ex ant. l. Limperger Frib.) in his Comitiis Ambroſio Coriolano Officium prorogabatur.

Hoc anno 1482. peſtilentia totam ferme vexabat Germaniam,

 pro

pro qua avertenda Fraternitas S. Sebastiani Moguntiæ apud Nostros habuit sequente anno exordium. (M. Sc. Benning ex Docum. Mog.).

Ceterùm anno 1483. elapso secundo triennio Daniel Provincialis, cùm munus suum paternâ charitate, discretione & satisfactione obiisset, idem demittit in Capitulo à se Brisacum destinato: posteà ad decennium in bona senectute Studiorum Regentem, & Priorem Argentinæ exegit, ibidémque optimè de Sacra Nostra Religione meritus in pace quievit anno 1493. die 10 Julii (Series & Act. Prov.).

Magna etiam Conventui Hagenoënsi suis his temporibus præstitisse Fr. Laurentium Mene, ex lapide sepulchrali prægrandi, qui ibidem in medio Chori positus est, & exhibet in Habitu Augustinianum, colligere licet. Notavi ex eo sequentia: *Anno Domini MCCCCLXXXI, in die Circumcisionis obiit Venerabilis Pater ac Fr. Laurentius Mene Prior, Lector & Filius hujus Conventûs*; (nempe Hagenoënsis) hujus jam memini supra ad annum 1474. quo Hagenoæ Prior & Diffinitor Capituli Patres excepit.

Virtutibus & scientiis se atque Sacram Religionem his annis honorificavit Joannes Sculteti, dictus Gultenhaus, S. T. Lector, Episcopus Syrenensis Ecclesiæ, Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Bertholdi de Henneberg Archiepiscopi Moguntini Suffraganeus: qui diem suum obiit anno 1489. die S. Viti, sepultus in Conventu nostro Eswicensi in partibus Hassiæ. Sic perhibet antiquus Anniversariorum Liber Herbipoli. Fuit verisimiliter is ipse, quem Elssius in suo Encomiastico habet & dicit Joannem de Alen. de Lippia, ac vixisse anno 1462. quo Doctoralibus insignibus Infulam cum titulo Cyrenensis Episcopi sociavit.

Aliàs ex variis indiciis conjecturare licet, his annis ad Ecclesiarum & Monasteriorum nostrorum plurimam reædificationem ac renovationem operam fuisse impensam. Et apertè hoc constat de Landaviensi nostro Cœnobio, ubi in peristylio supra januam, quâ prius intrabatur ad locum Capituli, annus 1484. adnotatur.

Ha-

Habet ejusdem Conventûs Ecclesia in Choro magnificum epitaphium alicujus Comitis Wolfgangi de Löwenstein, qui altero Sæculo anno 1571. defunctus sepulturam apud nos elegit.

XXVII.

JOANNES HANDELER vel HENSELER de Turego, Helvetus, quem aliqui de nostris Scriptoribus confundunt cum Joanne Canzeler, atque illum pro isthoc sumunt, sed sinistrè; siquidem Joannes Canzeler Episcopi Augustani Theologus ac Pœnitentiarius Generalis de Mindelheim oriundus ad Bavariam pertinuerit, tempore etiam posterior vixerit nostro Joanne Handeler. Hic ergo cùm pietate, tum doctrinâ excelluit. Tolosæ studiis incumbens anno 1459. Domui suæ Turegensi, cui affiliatus fuerat, anno 1471. optimè scivit præesse. Sacræ Theologiæ Baccalaureus ad legendas Sententias, & pro Gradu Magisterii Coloniam missus anno 1477. ex dispositione Capituli Weissenburgensis, Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ ibi pariter sese impendit. Comitiorum Provincialium anno 1480. Müllhusii extitit Diffinitor, & sub eodem titulo interfuit anno 1482. Congressui Generali Perusino. Reducem ex Italia jubet suî loco Reverendissimus P. Generalis Ambrosius Coriolanus capitulariter præsidere Patribus Provinciæ Brisaci pro electione Prioris Provincialis anno 1483. convenientibus: Et ibidem ipse Joannes Handeler plurimorum suffragio petitur & acceptatur Provincialis. Diffinitores erant Joannes Melicon de Gamundia Prior ibidem, Augustinus Lamperter sive Lampertsheimer Prior Colmariæ, Jacobus Alberich Prior Alzeiæ, & Joannes Keller de Turego, Lectores.

Ab anno 1483 usque ad 1491

Præsens etiam fuit in hoc Capitulo, ipsúmque tam in divinis Officiis, quàm publicis Disputationibus plurimùm decoravit noster Reverendissimus Pater ac Dominus Nicolaus Friez de Brisaco, cujus erat de gremio, Episcopus Tripolitanus, & Proepiscopus Basileensis. Illustris Vir iste in Superiori Alsatia oriundus, virtutem exquisitâ eruditione excoluit juvenis, Sacro Ordini nostro datus de Jure Provinciæ altiores scientias capessebat Erfurti ad an-

num

num 1437. Et anno 1439. quò magis in sacris, æquè ac profanis evaderet absolutus, destinabatur ad Universitates Italiæ, jam anteà Cursor Brisaci. Aristotelem explanavit Heydelbergæ circa annum 1441. & Magistrum Sententiarum ad annum 1443. Lector Secundarius & Primarius Studii Generalis Argentinæ. Visitatorem in Provincia egit anno 1447. & anno 1448 Priorem Conventûs Friburgensis Brisgojæ. De corpore Diffinitorii fuerat anno 1451. Et anno 1453. Primarius Magister direxit Cathedram Argentinensis Studii. Præsidentem ipsum recognovit Capitulum Provinciale Landavii anno 1456. congregatum, in quo, ut aliàs dictum, juxta decretum Avenione in Comitiis Ordinis pro Studio Generali Conventum Argentinensem perpetuò designavit. (Act Prov.) Anno 1459 pro Suffraganeo Basileensi assumptus, Episcopus Tripolitanus creabatur die 13 Decembris teste Elssio. Anno 1479. die Pentecostes festivo apparatu iste noster Nicolaus inaugurat Casparum ZuRhein, ceu neo-electum Præsulem Basileensem coram magnifico Consessu Joannis Ostwein Argentinensis, & Davidis Zender Constantiensis Suffraganei, nec non Abbatum S. Blasii & Lucellensis. (Basil. Sacra à Colleg. S. J. Brundrud. congesta). In tali honore ac dignitate constitutus Nicolaus Friez Religionem Augustinianam tanquàm Matrem, à qua enutriebatur, minimè despexit; quin potiùs verbo & opere suppetias tulit, ac præcipuè Monasteriis nostris Basileensi & Brisacensi multa bona largitus est. Scripsit libellum de methodo concionandi, qui extat Brisaci M. Scriptus. Meritis plenus in venerabili senectute plusquàm octogenarius ad præmia æterna transit anno 1498. die 17 Julii, Sepultus in Conventu Basileensi Ordinis nostri. Potiora de his constant ex antiquo Anniversariorum Libro Brisaci ubi adhuc de anniversario, quod fundatum ab illo, singulis annis celebramus, fit mentio.

Revertimur ad Provincialem Henseler: Hic in Provincialatûs Officio triennali binas habuit Convocationes Intermedias, unam Turegi anno 1484. alteram anno 1485. Moguntiæ: in qua po-

posteriore pro studiis novem Fratres missi sunt ad præcipuos Conventus Italiæ, unus Tolosam, & unus etiam in Angliam. In eadem Convocatione Moguntinus Conventus à Spirensi pro annuo censu accepit 100 fl. cui conventioni præcitati Diffinitores subscripserunt.

Anno 1484. Sixtus IV Papa sub excommunicationis Sententia prohibet, ne fiat amplius contentio & disputatio inter Nos & Regulares Canonicos de Habitu D. P. Augustini, & sub qua forma pingi debeat, déque Ordinum hujusmodi institutione. (Pamphil. in Chronico).

Idem Summus Pontifex hoc anno ad preces Reverendissimi D. Bernardi de Breidenbach Decani Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinensis pro neo-instituta Fraternitate S. Sebastiani apud Nos (cujus ille præcipuus erat Confrater & Promotor) Indulgentias, quarum benefactores fiant participes, largitur. (Docum. Mog.).

Eadem Confraternitas erat instituta in nostra Ecclesia Turegana vel Tigurina in Helvetia sub invocatione B. Mariæ V., sicut & S. Sebastiani & S. Rochi, & habebat inter alia hoc statutum, ut in singulis Sabbathis angariarum Vigiliæ, Missæ & alia Sacra Officia pro defunctis Fratribus persolverentur. (Lang. fol. 600, l. 1.)

Cæterùm multa & gravia habuit Joannes Henseler Provincialis, quæ ageret cum Patribus de Saxonia propter introducendam reformationem & observantiam, vel potiùs absorbentiam meliorum Conventuum Provinciæ Rheno-Suevicæ. In tantum enim Andreæ Prolis Congregationis Saxonicæ Provincialis Zelus (an rectus fuerit vel distortus nolo omnino judicare) excessit, ut nedum finitimas Superioris Franconiæ regiones Augustiniani Instituti observantiæ suæ subjecerit, sed & Conventus de Provincia nostra, in specie Wilensem, Tübingensem & Eslingensem in Würtenbergia situatos omni adhibito labore in partes suas trahere fategerit. Prohibitus quidem fuit anno 1485. per Pontificium Diploma Innocentii VIII., & causa fuit commissa Episcopis Constan-

tienſi, Baſileenſi, & Abbati ad S. Gallum, nempe ut Fratres illorum Monaſteriorum non ſe impertinenter committant præfato P. Andreæ, ſed debitam obedientiam præſtent vero ſuo Provinciali Joanni Henſeler de Turego pro tempore hoc Conventibus Rheni & Sueviæ legitimè imperanti. (Auth. lit. in membrano Briſaci.) Verùm hoc non obſtante, ùt in ſequentibus magis dicetur, factum, ut dictos & alios Conventus reformatores Saxones ſuffulti favoribus Principum ſibi adunârint.

Dum diſſidia & altercationes iſtæ in Provincia noſtra moventur, in ſancta pace quieſcit Caſſiæ in Umbria noſtra B. Rita adhuc in hodiernum diem incorrupta. (Pamphilus.)

Intereà Joannes Handeler Provincialis muneris ſui triennium laudatiſſimè complet anno 1486. & pro electione Succeſſoris Capitulum agit Landavii; aſt præſidente Eximio P. Exprovinciali Henrico Deſch de Moguntia, Joanni Henſeler Officium retinere committitur. Diffinitores in hoc Congreſſu fuerunt Hartmannus de Heydelberga Prior Wormatienſis, Ludovicus Prior Baſileenſis, Thomas de Argentina, & Caſpar Prior Lavinganus. In hoc Capitulo Oberndorffenſi Parthenoni noſtro datus eſt pro Confeſſore P. Anaſtaſius Henckemair de Friburgo Briſgojæ.

Eodem anno Comitia Generalia celebrata fuerunt Senis, in quibus totius Ordinis Gubernium ſuſcepit M. Anſelmus de Montefalcone, Diffinitore ex Provincia noſtra ibidem exiſtente Jacobo Holzgeringer de Gamundia. Conſtitutum in iis fuit, ut ſingulis ſextis feriis Regula: quotidiè verò aliquid de Conſtitutionibus Ordinis legeretur; Commemoratio S. P. Auguſtini omni menſe primâ die non impeditâ fieret officio ſemiduplici. (Pamphil. in Chron.) Decernebatur etiam, quod Graduati honoris & Magiſtri facti habeant Privilegia ſolius nominis, prout ante hac Authoritate Sixti IV. Papæ injunctum fuit, quod etiam extendit ad jubilæiatos (utì vocant) qui laudabiliter vixerint in Religione per 50 annos. Privilegia autem & exemptiones conveniant iis, qui actualiter legunt, vel Senioribus, qui infirmantur; aliàs ſolum nomen habeant.

In-

Insuper statuebant, inviolabiliter observari, ut Fratres non manducent carnes feriâ 2. & 4. exceptis diebus Solemnioribus, aut rationabili de causâ. Feria 6. ita servetur jejunium, ut de sero non detur nisi potus, vel aliquid parum, ne potus noceat: nec hâc feriâ comedant caseum vel ova, nisi aliquâ necessitate rationabili urgente.

Pro nostra autem Provincia Rheno-Suevica specialiter definitum & ordinatum fuit, quòd à Festo Omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini Fratres tantùm semel in die reficiantur: itaque de sero non detur nisi potus cum frustulo panis. Toleramus tamen (ajunt) quod a Festo Omnium Sanctorum usque ad Adventum eâ unâ vice, quâ comedunt, possint carnes, ova, lacticinia comedere: ab Adventu autem usque ad Nativitatem Domini verum jejunium per omnia observetur. Mandatur ibidem ut M. Daniel Exprovincialis & Jacobus Holzgeringer Diffinitor Generalis hoc Decretum in Provincia promulgent. (Act. Capit. General. à Limperger Friburgi congesta.)

Anno 1487. Joannes Handeler Provincialis Ven. Diffinitorium convocat ad Conventum Spirensem: Ubi de negotiis Provinciæ Patribus colloquitur: Inter cætera tunc Tillmannus Limperger Prior Friburgi Brisgojæ ordinabatur in eadem Universitate omnes cursus pro Gradu Magisterii prælegere, quam facultatem ante biennium illi jam dederat P. M. Sylvester de Balneo Regio Vicarius Generalis totius Ordinis. (Act. Prov.)

Anno 1488. Alteram triennii Convocationem habuit Provincialis Handeler Wormatiæ: in qua de renovatione Studii Argentinensis juxta mandatum Reverendissimi P. Generalis Acta loquuntur, & Principalis Lector & Regens constituitur M. Daniel Frisenheimer Vir Religiosissimus & Doctissimus Exprovincialis. Secundarius, Baccal. Tillmannus Limperger. Tertius Thomas Aw vel Otto. Magister Studentium & Cursor Adam Birlinus de Wormatia.

Hoc ipso anno 1488. prout literæ sunt legendæ Friburgi Bris-

gojæ, Reverendiſſimus P. M. Anſelmus de Montefalco Generalis manu propriâ ſcribit ad Joannem noſtrum Provincialem inſinuans ei, qualiter Saxones nobilioribus Provinciæ Rheno-Suevicæ Conventibus inſidiari non deſinant. Monet ergo Provincialem Joannem, ut pro conſervatione Provinciæ ſuæ Patribus illis ſe non committat.

Anno 1489. Hagenoæ, Joannes Provincialis in Capitulo Officium, quod ad ſecundum triennium hucusque laudabiliter complevit, alteri reſignare cogitat; ſed tertiâ vice eidem illud ipſum reimponitur. Reclamabat quidem contra hanc electionem M. Daniel Friſenheimer Exprovincialis, eo quôd Pontificiæ Conſtitutioni, Provincialatûs non ultra triennium extendendi, adverſaretur: ſed diſpenſatum in eo fuiſſe, continuata Provinciæ adminiſtratio de Joanne Handeler indicat.

In iſto Provinciali Conſeſſu præſidem egit Tillmannus Limperger S. T. Baccalaureus Formatus, & Prior Friburgi Brisgojæ. Diffinitores L. Auguſtinus Lampertsheimer de Argentina, Prior Hagenoënſis & ipſius Capituli, L. Ulricus Frauenfelder de Conſtantia, L. Jacobus Alberich Prior Alzeianus, L. Wolfigangus Strölin Prior in Pappenheim.

Anno 1490. Congreſſus quidam à Diffinitorio celebratur Colmariæ, in quo mutatis quibusdam Prioribus, Baccal. Tillmannus pro Gradu Magiſterii conſequendo Reverendiſſimo P. M. Generali præſentabatur. Eodem hoc anno Innocentius VIII. Pontifex Max. concedit Fratribus Ordinis Indulgentias Stationum Almæ Urbis in quacunque noſtra Eccleſia & Loco, etiam unum tantùm Altare habente. Item Indulgentiam Septem Annorum & Septem Quadragenarum, quoties congregati poſt Solis lucem ſecundùm morem Ordinis oramus pro vivis & defunctis. Item Indulgentiam Plenariam celebrantibus in Dominicis diebus, Solemnitatibus Domini & Beatæ Mariæ, & Sanctorum Ordinis, quam & Fratribus Laicis & Monialibus concedit, quando communicant. Idem Summus Pontifex priori anno conceſſit, ut Vicarii Congre-

ga-

gationum & Visitatores possint Corporalia & Paramenta quæcunque benedicere: Missæ possint ante auroram celebrari. (Pamphilus in Chron.)

Anno 1491. Dominicâ *Jubilate* Capitulum Provinciale à Joanne Handeler Weissenburgum indicitur, in quo ille suum Officium humiliter resignat, post triennium humeris suis reimponendum. Succedit intereà Tillmannus Limperger. (Act. Prov.).

XXVIII.

TILLMANNUS LIMPERGER de Moguntia, bonis moribus, & humanioribus disciplinis optimè imbutus, ad altiora studia missus est anno 1477. Londinum. Inde verò ex accidente corporis infirmitate citiùs, quàm intendebatur, ex Anglia revocatus Moguntiam, in eadem Universitate ad Doctorales Philosophiæ gradus promovetur. Lectorem Secundarium Generalis Studii Argentinensis, Magistrum Studentium & Concionatorem famosum agit in eodem Conventu Argentinensi anno 1482. Prior cum laude præest Moguntiæ anno 1483. & Friburgi Brisgojæ anno 1485. quo posteriore in Cœnobio Acta Capitulorum Generalium & alia quædam nostræ notitiæ scripsit & reliquit. Ad legendos omnes cursus Theologicos pro gradu Magisterii Ordinis à Reverendissimo P. Sylvestro de Balneo Regio Vicario Generali destinatus in ipsa Universitate Friburgensi ob præclaram suam scientiam à literatis cum veneratione suspicitur. Comitiis Provincialibus præsidet anno 1489. Hagenoæ. Sequente anno 1490. Commentaria Reverendissimi P. Ambrosii Coriolani in Regulas tres S. P. Augustini scripta Tillmannus revidit, & revisa prælóque subjecta dedicat Reverendissimo P. ac Dno. Nicolao Friez, de quo supra locuti sumus. His & pluribus pro Ordine & sua persona gloriosè gestis Tillmannus S. T. D. anno 1491. Weissenburgi ad clavum Provinciæ regendum petitur. Complectebatur Diffinitorium cum Provinciali electo Augustinum Lampertsheimer de Argentina Præsidem Capituli, & Priorem Hagenoæ, Henricum Desch Priorem Landaviensem,

Ab anno 1491 usque ad 1494

ſem, Danielem Friſenheimer Priorem Argentinenſem, & Joannem Handeler Priorem Turicenſem, tres nempe Exprovinciales. Et Joannem Melicon Priorem Gamundiæ, Ludovicum Mann Priorem Baſileæ, & Nicolaum Cancri Priorem Spirenſem Diffinitores. Ex eodem Capitulo novem Fratres ad ſtudia miſſi ſunt in Italiam, & ſpeciatim unus Bononiam, unus Papiam, & duo Magdeburgum.

In feſto Pentecoſtes ejusdem anni 1491. Capitulum Generale celebratum fuit Romæ, in quo poſt Prioris Generalis Anſelmi confirmationem definitum eſt, ut in Veſperis, cùm dicitur verſus ille: *Sit nomen Domini benedictum*, Fratres omnes reverenter inclinarent capita. (Pamphil. in chron.) Diffinitor Generalis è noſtra provincia interfuit Joannes Stadelmann de Arbona, Conſtantiæ affiliatus, Vir Zeloſus, pius ac doctus, S. T. Lector, & Prior ſucceſſivè Friedbergæ, Wormatiæ, & Conſtantiæ.

Anno 1492. Tillmannus Limperger Congregationem Intermediam Dominicâ infra Nativitatem B. M. Virginis Briſaci inſtituit; Ubi fit mentio Monaſterii in Klingenthal, nempe illius Monialium noſtrarum apud Baſileam, quod tunc adhuc ante defectionem à fide optimè florebat. Deſtinatur ibidem à Patribus pro Confeſſore P. Nicolaus Griesbach anteà Briſaci Prior.

Non omittendum hìc, quòd ab Innocentio VIII. Pont. Max. à tribus abhinc annis nempe 1489. Conventui noſtro Memmingano Monaſterium Benedictinorum ad S. Nicolaum nuncupatum, & extra civitatem ſitum, fundatum à Duce Sueviæ nomine Wolffe, ipsâ Memmingâ antiquius, & quacunque demum ex cauſa à Benedictinis Scotis derelictum: cum appertinentiis, juribus, Cenſibus, ac redditibus fuerit traditum, & iſto tempore à Raymundo S. E. R. Cardinali & Legato à Latere illi noſtro in Civitate jam jam florenti Cœnobio tanquam Præpoſitura incorporatum: cujus verò Zwingliano-Lutheranâ nequitia & furiis usque ad fundamentum poſteà anno 1529. everſionem dolemus. (Suevia Eccleſiaſtica P. Wettenhuſ.)

Præludebatur jam tunc temporis ad ſecuturas rebelliones, quin

quin & ab avita fide ad apostasiam in terris nostris: Cùm, ùt refert Bucelinus in Chronologia Constantiensi ad annum 1488, invalescente nimiùm ex prætextu Libertatis Helveticæ, alieni appetentiâ, exemplo & forsan incitamento Helvetiorum etiam confœderati Sueviæ ejusmodi Libertatis licentiam affectare viderentur, cujus sine Religiosis, Sacerdotibus & Sacrificio vivere, solidum punctum esse sibi persuaserunt.

Cæterùm ancipite isto tempore, in pejus indies vergente, Tillmannus, cùm triennium Officii sui Provincialatûs Congressu altero Spiræ anno 1493. coacto complevisset, Müllhusii illud resignat anno 1494. elapsis posteà tribus annis reeligendus.

Celebrato igitur Provinciali Capitulo isto Müllhusii, Provinciale Munus ex electione resuscipit Joannes Handeler de Turego, Præside P. L. Ludovico Mann de Kilchem vel Kirchheim Priore Basileensi, Diffinitoribus Jacobo de Alzeia, Thoma Aw de Argentina, Casparo Ammann Priore de Lavinga, Georgio Gümel de Constantia; Tillmannus Provincialis absolutus, literarum æstimator maximus à Capitulo sub nomine Regentis & Primarii Lectoris Studiorum Generalium abit Argentinam. Ab anno 1494 usque ad 1497

Hoc anno 1494. Fraternitas Ss. Trinitatis Moguntiæ in nostra Ecclesia accepit exordium. Floret illa adhuc in hodiernum diem, etsi non in tanto splendore, quo antiquitùs, ubi nedum Aulæ Proceres, sed & Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici & Decani veluti Confratres illam Fraternitatem reddidêre celebriorem. Anno 1495. Joannes Handeler Provincialis Patribus colloquitur Argentinæ, quò, cùm etiam sequente anno 1496. Diffinitorium convocâsset, infirmitate corporis, quâ tenebatur, præsentiam ei præcludente, Vicarium sibi substituit Thomam Otto vel Aw de Argentina S. T. D. Virum tam de literatura, quàm Officiis Provinciæ per plures annos in variis Conventibus laudabiliter gestis celeberrimum. Ipse verò Joannes Henseler vel Handeler durante Capitulo ex hac vita migrat Turegi anno 1496. in die ad Dominicam: *Misericordiam Dei*: incidente. (Annal. Act. Prov.)

Obitu

Obitu Provincialis Handeler Reverendiſſimo Patri Generali intimato Rector Provinciæ denominatur Jacobus Alberich de Alzeia priùs ibidem Prior & S. T. Lector, qui eodem adhuc anno 1496. Patres Capitulariter vocat Briſacum juxta literas à Reverendiſſimo Patre Generali acceptas: quibus conformiter Congreſſum Provincialem Rappolswilam deſtinatum transfert Briſacum, intentione forſan mutatâ ob Novatorum Rappolswilenſibus ſe ſe inſinuantium molimina.

Ab anno 1497 uſque ad 1500 Igitur anno 1497. Briſaci Provinciale Capitulum celebratur, & ibi, qui præſedit, P. M. Tillmannus Limperger in Provincialem reelectus fuit, Diffinitoribus exiſtentibus Martino Speiſſer, (ab aliis M. Sc. Pfeiffer) de Pappenheim Priore, Engelmanno Glauberger Priore Friedbergenſi, Petro Speich Priore Argentinenſi, Henrico Brun vel Braun Priore Friburgenſi Brisgojæ. In eodem Capitulo miſſus eſt P. Mag. Thomas Aw de Argentina ad Lapidem B. M. V. pro Lectore, legitur etiam in Actis Prov. Matthæum Fleiſchter anno 1516. Et anno 1521. miſſum eſſe F. Kilianum de Friburgo Brisgojæ ad Lapidem B. M. V. ſive Stein: qui Conventus prope Seckingen dicitur fuiſſe Monialium noſtrarum, de quo tamen majorem notitiam non habeo.

Eodem anno Comitia Generalia habita ſunt Romæ in Conventu S. P. Auguſtini quarto nonas Maji ubi electo in Generalem P. M. Mariano de Genazano, definiebatur: ut Magiſtri Regentes in Provinciis legant, & Studentes defendant Opera & Sententias D. Ægidii Romani. Item ut Congregationes & Provinciæ utantur unis, iisdémque Ordinis Conſtitutionibus. Diffinitor Generalis de noſtra Provincia interfuit Georgius Heck Lector & Prior Landavienſis, Diſcretus Gallus Angeli ſive Engeli de Conſtantia, p. t. Lector & Prior Spiræ. (M. Sc. Limperger Friburg. Briſg. & Pamphil.)

Ipſo hoc tempore anni 1497. Alexander VI. Pontificatûs ſui anno Sexto per quaſdam incipientes: *Ad Sacram Ordinis F. F. Eremit.* motu proprio Officium Sacriſtæ Sanctiſſimi Domini Papæ ab innume-

merabili tempore Ordini nostro concessum, postquàm semel usus fuisset operâ Sæcularis Presbyteri in Officio Sacristæ, re meliùs considerata, idem pro custodia Rerum Sacrarum in perpetuum nostro Ordini S. Augustini concedit & confirmat: ut sit in præmium & incrementum proborum ingeniorum ad Urbem aspirantium (Pamphilus & ipsa Bulla).

Porro Tillmannus Limperger supra laudatam Confraternitatem Ss. Trinitatis Moguntiæ institutam isto anno 1497. ad Communionem meritorum Provinciæ recipit. (Benning ex Docum. Mogunt.) Et anno 1498. Congressum agit in Conventu Argentinensi, brevi inde post obitum nostri Reverendissimi P. ac Domini Nicolai Friez Basileensis Suffraganei 17. Julii contingentem in ejus vacantem Episcopatum & Suffraganeatum evehendus. Etenim ad finem adhuc ejusdem anni 1498. in die S. Sylvestri Pontificali mitrâ cum titulo Præsulis Tripolitani, sicut Antecessor Friez, solemni Consecratione in Urbe decoratur. Suffraganeus successivè Reverendissimorum Principum & Episcoporum Basileensium Christophori ab Uttenheim, & Nicolai de Diesbach.

In tanta Dignitate Ecclesiastica constitutus Tillmannus non dedignabatur Spiram anno 1499. convocare Patres, atque de negotiis Provinciæ agere: quin & sequente anno assidere Capitulo Provinciali Rappolswilæ coacto; ubi cum fine hujus Sæculi decimi quinti Monachalis vitæ fecit finem, posteà Canonicis Basileæ adscriptus. Eum adhuc anno 1525. vixisse, feudales literæ, quæ Brisaci servantur, quásque legi, satis claré demonstrant. Sed quantùm aliàs in benefactis laudabilis, tantò minus ab orta deformatione Helvetorum in cana senectute ob metum seditiosæ plebis & inconstantiam animi, à Scriptoribus tam Nostris, quàm extraneis est in honore. (Act. Capit. Prov. Basilea Sacra Brundrut. & alii.)

Viros primæ notæ ab annis 1480. usque ad finem hujus Sæculi, in variis Conventibus, Priores, Diffinitores & Lectores Provincia colebat Ulricum Frauenfelder de Constantia Lectorem ibidem & Priorem. Joannem Böttle de Argentina Priorem Landavii. Joannem Vogt de Friburgo Brisgojæ. Joannem Stein Prio-

rem Friburgi Helvetiorum. Joannem Risselsheimer Priorem Fridbergæ. Joannem Birlinum Priorem Colmariæ anno 1484. quo ibidem decessit ex hac vita. Burckardum Mechler Priorem Müllhusii. Joannem Flöresheimer Priorem Alzeiæ. Stephanum Linten de Tübingen Priorem Weissenburgi. Nicolaum Griesbach de Hagenoa Priorem Brisaci. Thomam Aw de Argentina Priorem Friburgi Brisgojæ. Hermannum de Heydelberga Priorem Wormatiæ. Jacobum Gottwolz Priorem Spiræ. Leonardum Pölleis de Pappenheim posteà Priorem Spiræ. Jacobum Alberich Priorem Alzeiæ. Joannem Keller de Turego Priorem Müllhusii. Wernherum Binniger de Moguntia Priorem Fridbergæ, cui successit Conradus Funckel. Ludovicum Mann de Argentina Priorem Basileæ, & posteà in Monte S. Angeli. Theodoricum Cistificis de Moguntia & ibidem Priorem. Wolffgangum Strölen de Pappenheim, quem etiam Elssius ex Herrera refert, fuisse aliquando Serenissimi Maximiliani I. Imperatoris & Regis Romanorum Capellanum, cui concedebatur à Reverendissimo P. Generali anno 1495. stare in Curia illius, & non derelicto studio Theologicæ Facultatis Jus Canonicum audire. Fuit hic Prior Constantiæ anno 1497, quem secutus est in Officio Joannes Stadelmann de Arbona eodem tempore, quo anno 1499. Turgovienses rebellantes contra Cæsarem & Imperium ipsos Constantienses dirè affixerunt, & plurimas appertinentias Helveticæ Libertati subdiderunt. Casparum Ammann de Lavinga, cujus statim fiet ulterior notitia, Nicolaum Caneri, qui Studiis in Italia absolutis fit Magister juvenum Turegi anno 1485. Discretus Generalis anno 1486 Senis, Lector & Prædicator in Pappenheim anno 1487. Spiræ anno 1499 Prior, & in Rapperswiler Confessor Sororum nostrarum anno 1502. Georgium Gümel Friburgi Helvet. & Constantiæ Lectorem & Priorem successive. Casparum Wissener Priorem Tureganum. Joannem Bender de Brisaco Priorem Moguntinum. Henricum Brun de Friburgo Brisgojæ S. T. D. & Priorem ibidem. Henricum Kalber de Wila Priorem in Monte S. Angeli. Petrum Speich Diffinitorem & Priorem Argentinæ anno 1497. Beatum Gilbeter de Brisa-

co

co & ibidem L. & Priorem anno 1494. Engelbertum Glauberger Priorem Fridbergensem anno 1494. Martinum Speisser Priorem Pappenheimensem. Joannem Niess Priorem Weissenburgensem. Joannem Franck Priorem Rappolswilanum anno 1495. Theobaldum Meiger de Hohenroden Vicarium Priorem Wilanum anno 1498. Joannem Currificis Priorem Brisacensem. Jacobum Beringer de Wormatia Priorem. Jacobum Rebe Lectorem Secundarium Argentinæ anno 1501. & tam priùs, quàm posteà sedulum Priorem Hagenoæ, de quo ibi censuales literæ mentionantur sæpiùs. De aliis quoque jam adductis antiqua scripta in variis nostris Monasteriis adhuc particularia manifestabunt.

Celebris famæ fuit hoc tempore Bernhardus Fabri de Lautenburg, Conventûs Heydelbergensis, S. T. Lector & Concionator, qui edidit librum de Passione Christi, compilatum & prædicatum per modum Quadragesimalis: qui extabat Wilæ in nostra Bibliotheca. Item Sermones in Apocalypsin B. Joannis Apostoli subtilissimè expositam in Conventu Norinbergensi anno 1490. declamatos. (M. Sc. Petermann.) Sibi etiam à pietate vitæ, conversatione ac doctrina notos fuisse circa hoc tempus nostrum Rogerium Vanray, & Joannem Lansheim de Wormatia, scribit Pamphilus: quorum posterior, nempe Lansheim de Institutione & Utilitate Fraternitatis S. Rosarii Deiparæ Virginis Mariæ, Speculum Missæ, Speculum Novissimorum, Arrham æternæ salutis, & alia scripsisse refertur ab Elssio in Encomiastico.

Apud Saxones in honore fuerunt & æstimatione Theodoricus de Porta Cæli, Deiparæ cultui addictissimus, unde & in ejusdem laudem librum elucubravit, quem Hortulum Virginitatis appellat, plenum Spiritu, scripturâ sacrâ & doctrinâ sublimi, in quo miracula & apparitiones verisimiliter sibi impensas, sub alieno nomine recenset. (Crusen. fol. 185. Monastic.) Celebris quoque fuit in iis regionibus Joannes Palz vel Pfalz de Conventu Erfordiensi discipulus Joannis de Dorsten, Doctor Sacrarum Literarum & Prædicator laudatissimus, qui circa annum 1490. prædicavit Jubilæum in Turcas.

Anno 1498. Universitatis Trevirensis Rector Theologiam publicè docuit. Mox Confessarius Archipræsulis Trevirensem Urbem doctissimis, disertissimísque concionibus in S. Religione & pura obedientia servavit. Anno 1502. composuit opusculum de 5. Foribus vel Festis B. M. V. quod incipit: *Beatus, qui vigilat ad Fores meas quotidiè.* Et aliud, quod Hortulum Aromaticum ejusdem inclytæ Virginis intitulatur. Item librum Cœlifodinam appellatum. Item Supplementum Cœlifodinæ, quam habet Bibliotheca nostra Herbipolensis.

Memoratur idem Elssius alicujus Michaëlis de Winzon, sive Windsheim, Congregationis Saxonicæ, qui anno 1485. Confessarium egit Marchionis Brandenburgensis. In eodem Conventu Windsheimensi Prior anno 1492. extitit Joannes Raufteter, ad cujus preces Reverendissimus Præsul Herbipolensis Rudolphus de Scheerenberg committit Plebano Windsheimensi Diœcesis Franconicæ, ut Indulgentias, quas Ordo ab Innocentio VIII acceperat, publicari sinat. (Ex Archiv. Herbip.) Refert etiam Onuphrius Schambach Herbipoli Priores fuisse anno 1494. Kilianum Fuchs de Ochsenfurt, qui aliquando Cursor extitit Bononiæ, & obiit peste Herbipoli in Festo S. Ursulæ. Item Nicolaum Heyden, qui Jubilarius moritur anno 1506.

Non omittendum hìc, quòd antiquæ Constitutiones anno 1656. Coloniæ impressæ referunt: In fine hujus Sæculi Provinciam Thuringo-Saxonicam in eo flore substitisse, ut in sola Misnia & Thuringia quadraginta insignia Monasteria numerari potuerint. Et Pamphilus ex Commentariis Baptistæ Alovisiani commemorat in suis Chronicis Ordinis, Monasteria Ordinis his diebus fuisse circiter duo millia. In quibus Viri Theologicâ eruditione clari, qui piè multa & accuratè ad Orthodoxæ Fidei munimentum scripsêre, centum & amplius, Sancti & Beati octoginta quinque.

XXIX.

Ab anno 1500 usque ad 1503

CASPARUS AMMAN de Loingen, vel Lavinga, pro studio literarum anno 1477. missus est in Italiam: quantum in eis profecerit,

rit, nobiles ingenii sui partus demonstrant; Linguarum enim variarum præsertim Hebraicæ peritissimus in lucem edidit Grammaticam Hebraicam in 5. libros distinctam: De literis, syllabis, & punctis omnibus l. 1. De nomine, primâ parte orationis, cum pronomine l. 2. De verbo & participio 2. parte orationis l. 3. De significativo quadruplici, 3. parte orationis, & omnium inter se trium partium constructione & regimin l. 4. De prosodia, id est, de triplici accentu & carmine componendo l. 5. (Elsius in Encom.) Sacræ Paginæ, & Pontificiorum Canonum Doctorem Nostri passim collaudant Casparum Amman,& speciatim ad Ordinis Magisterium eundem anno 1499. promotum, Acta Capitularia testantur. Præfuit is cum magna laude ac disciplinæ Zelo Conventui Lavingano semel circa annum 1485. & alterâ vice 1497. Præsidens Capituli Provincialis à Reverendissimo P. Gratiano Fulginate Vicario Generali destinatus anno 1500. Rappolswilæ, ibidem & eodem Capitulo ad clavum Provinciæ Rheno-Suevicæ regendum applicatur. Diffinitores in hoc Capitulo fuerunt Joannes Lyse S. T. D. Ludovicus Mann Lector Basileæ, qui Jubilarius è Capitulo Argentinam mittebatur. Georgius Heck, Lector & Prior Landaviensis. Jacobus Holzgeringer Lector Gamundiæ.

Convocat Casparus Provinciales Patres Diffinitorii anno 1501. Argentinam, quo tempore etiam Sororibus Monasterii nostri Giengensis, prope Lavingam situati, expedivit Obedientiales, & facultatem ad colligendum subsidium pro reparatione illius Monasterii. (M. Sc. Bening ex lit. archiv. Laving.)

Eodem anno tempore Pentecostes celebrantur Comitia Ordinis Firmi in Piceno, in quibus Prior Generalis declaratus est Gratianus Fulginas Umber. Adfuit ex nostra Provincia Rheno-Suevica Diffinitor Generalis Gregorius Lypold de Gamundia S. T. Lector (Act. Gapit.).

Anno 1502. alteram Congregationem Intermediam sui triennii Casparus Provincialis peragit Spiræ. In ea destinatur Lector Nicolaus Cancri de Müllhausen Rappolswilam pro Confessione

Sororum. (Act.) Quo autem tempore inceperit, & ubi in illo Oppido Domus Monialium fuerit, necdum ad notitiam meam venit.

In eodem Capitulo anno 1502. dispositio facta est, ut in futuris Comitiis sequenti anno Colmariæ celebrandis Disputationem primam habeat R. P. M. Joannes Lyse Lector Principalis in Studio nostro Argentinensi, respondente P. L. Gregorio Lypold de Gamundia. Item Cathedrans in secunda disputatione sit R. P. M. Mauritius de Basilea, respondens erit V. L. & Prior Petrus Käs. Primum Sermonem ad Clerum pro apprecatione Reverendissimi P. Nostri Generalis faciet V. P. Lector Gregorius Lypold. Secundum Sermonem ad Clerum pro electione V. P. Lector & Prior Petrus Käs. Tertium feriâ sextâ Sermonem ad Populum faciet V. P. Lector Matthæus Fleisch. Sabbatho post Vesperas Sermonem faciet V. P. Lector Thomas de Argentina, Dominicâ manè apud S Martinum Sermonem R. P. M. Mauritius de Basilea, & post prandium Sermonem faciet ad S. Catharinam V. P. Prior & Lector Casparus Bisner, & in secundo Monasterio Monialium V. P. Prior & Lector Joannes Berchen. Secundâ feriâ de manè Sermonem faciet V. P. Prior & Lector Wolffgangus Störlin, & post prandium Sermonem faciet R. P. M. Joannes Lyse de Argentina. Tertiâ feriâ Sermonem de manè faciet V. P. Prior & Lector Joannes Wecher.

Eodem tempore Raymundus Eccles. novæ B. M. V. Presbyter Cardinalis & Legatus totius Germaniæ Fraternitatem Compassionis vel 7. Dolorum B. M. V. cum Privilegiis & Indulgentiis nostro Conventui Hagenoënsi concedit. Propter eandem Fraternitatem Anniversarium pro Fratribus & Sororibus defunctis adhuc quotannis servatur ex ordinatione P. M. Caroli Le Clere. (docum. Hagenoënsis Conv.) De Casparo Ammannio Provinciali ulteriùs Acta Provinciæ commemorant: quòd elapso triennalis Officii sui tempore ad Successorem deligendum Vocales conscripserit Colmariam anno 1503. Et posteà ultra viginti annos Prior Lavinganum Conventum in sinceritate fidei & obedientia Romanæ Eccle-

clesiæ, ac omnis irreligiosæ laxitatis odio manutenuerit, intereà quoque reelectus Provincialis anno 1515.

Vixit ad initium hujus Sæculi Conradus Zener de Norinberga S.T. Lector & Vir boni Zeli, qui scripsit de vita Monastica. (Elssius in Encom.)

Anno 1503. feriâ tertiâ Pentecostes in Conventu Culmatensi (vel Culmbachensi) diem suum obiit magnus ille Congregationis Saxonicæ Zelotes Andreas Proles postquàm per 43. annos illam direxisset, & ampliâsset. (Joannes Palz in Cœlifodinæ Supplemento.) Scripsit is Sermones doctrinales in omnia Festa & Dominicas, quorum Collectaneum à P. Bartholomæo Usinger conscriptum habemus Herbipoli. Dicti celebris Viri operâ usus fuit Joannes de Salhusiorum Familia, Episcopus Misnensis in emendandis libris Ecclesiasticis, utpote nominato huic Præsuli à Secretis Consiliis, Ducúmque Saxoniæ Ecclesiastæ non minùs pii quàm docti. (Milensius.) Secutus est Andream resignatione Officii factâ cum consensu Patrum in Capitulo Eswigensi eodem anno paulò ante obitum ejus celebrato: (Joannes Palz cit. libro) M. Joannes de Staupiz, haud infimâ inter Saxones Familia oriundus. Fuit hic (verbis utor Milensii). in negotiis & literis ambidexter, Sermone comptus, moribus comis, indole sagax atque politicus, Religionis verò & vitæ Regularis longè amantissimus, atque Dignitatis Monasticæ propugnator insuperabilis. Sacrarum Literarum singulari suâ peritiâ magno omnium plausu meruit Tübingæ in Suevica Universitate Supremâ Theologiæ Laureâ coronari. Nedum Provinciam suam Thuringo-Saxonicam ingenti commendatione gubernavit, sed Vicarius etiam Generalis Congregationis Alemanniæ nobilissimum Cœnobium Monachense in Bavaria suo Vicariatui submisit. Tam sua igitur, quàm aliena omnino magnanimus tractavit, interdum Romam, non rarò ad suæ Nationis Principes tum Ecclesiasticos, tum Laicos pro difficillimis semper negotiis delegatus. Inter quæ illud, si non primas saltem secundas obtinet, quòd Academiam Wittenbergensem Friderico Saxonum Duce demandante

usque

usque adeò in erectione juverit, ut illius Universitatis proximè Author dici mereretur. Foribus igitur Academiæ in floridissima tunc Saxoniæ Civitate Wittenberga anno 1501. apertis Staupitius à Duce, ad Papam Orator mittitur, confirmationem petiturus & Privilegia: neque exoravit solùm, sed & quæcunque ad id concupivit, abunde obtinuit, eidémque Staupitio Cancellarii electio demandata, qui superior moderator esset, & unde Graduum Academicorum Dignitas universa exiret. Isque Româ reversus Goswinum de Orsoy hoc munere non indignum præfecit. Theologiæ verò Professoribus Hermanno Cæsari & Petro Lupino præstabat doctrinâ, loco, authoritate ipse Staupitius. Quantumcunque autem laudabilis esset Hic Ordinis honos, & in scholis dignitas; quia tamen Staupitius posteà ad annum 1508. Lutherum Erfordiâ Wittenbergam evocatum, in Philosophiæ primùm, deinde Scripturæ Sacræ atque Theologiæ Professorem Ordinarium assumpsit, in collegium cooptavit, in ea Facultate ad Doctoralem dignitatem sustulit, imò etiam in causa dissidiorum ex Reformatione Ordinis, Luthero usus fuit, ipsum anno 1511 mittendo Romam; Inde Staupitii nomen & gloria haud parum à Scriptoribus censuratur. Quamvis existimem, in hunc Zelosum Virum culpam non redundare. Eum enim simulata virtus Lutheri, antequàm à nobis exiit, decipere potuit, ut ovem crederet, quem posteà lupum indoluit & execratus est.

Ceterùm hoc tempore Deus ter Optimus Maximus, qui longanimis est, & multùm misericors, perversam vivendi licentiam in omne vitium & genus hominum effusum corrigere ac emendare voluit multis & variis modis. Scribit Bucelinus in Chronologia Constantiensi; quòd annorum sterilitatibus & variis cladibus, ad hujus Sæculi initium fames & inedia supervenerit. Et quamvis annus 1503 frugifer, simul tamen pestilenti lue tota ferme Germania fuerit infecta, atque illa potissimùm sævierit in eos, qui prodigiosis crucibus, animadversis in veste vel in pane, fuêre notati: quasi denotando (in cruce & tribulatione hac præveni-

ente

ente, ad huc salutem invenisse eos, quos Deus ante venturam defectionem à fide, ex hac mortalitate eripuit.) Annis proximè sequentibus horribiles Cometæ, graves terræ motus, aliæque calamitates adhuc majorem Germaniæ impendentium malorum tristia dedêre præsagia. Sed ad contextum Provincialium redeamus.

XXX.

SIGFRIDUS CALCIATORIS, de Kirchweiler prope Spiram ortum habens, ac propterea ad eundem Conventum Spirensem professus cum Nicolao Cancri de Spira & Jacobo Holzgeringer de Wormatia in studio literarum Italis anno 1481. concredebatur. Præclarus inde altiorum scientiarum Professor ac Magister aliquamdiu in Provincia erudivit Fratres. Conventum Alzeianum quà Prior administravit anno 1495. & Spirensem anno 1500. hoc Officium quantà sedulitate ac solicitudine perfecerit, abundè manifestant scripta & literæ in Spirensi Cœnobio relictæ; conscribi enim fecit in meris membranis omnium Privilegiorum, à Summis Pontificibus concessorum Authenticum transumptum, & quasi præscius imminentium calamitatum & periculorum, in quibus res Nostræ brevì versarentur, proprià manu jam jam anno 1499. adhuc Vicarius Prior Spirensis Conventûs congessit in librum omnes literas bonorum, possessionum ac redituum, sicuti horum quædam ipsemet legi. Certè optimus ac prudentissimus Pater, Domui suæ benè præpositus, & Loci sibi commissi curam habens, ut qui Provinciæ toti Rheno-Suevicæ solertià & viribus suis consuleret, aptissimè eligitur anno 1503. Prior Provincialis Colmariæ. Ab anno 1503 usque ad 1514

Capituli hujus Præsidem egit Joannes Lyse de Argentina Professor Primarius ibidem & excellentissimus S. T. Doctor. Assessores P. M. Casparus Amman Provincialis absolutus, & Ludovicus de Kilchheim S. T. Lector & Prior Basileensis. Diffinitores erant Mauritius Finninger de Pappenheim S. T. Doctor, Martinus de Pappenheim, Engelmannus Prior Fridbergæ, & Petrus Speich Lector de Argentina.

Anno 1504. & anno 1505. Provincialis Sigfridus cum primo-

ribus Argentinæ Congressum iniit circa dubia Provinciæ negotia consultando.

Ex mandato ejusdem Sigfridi Provincialis anno 1506. Constantiæ Renovationem propter Decimas in Ermadingen faciunt Vir optimus P. Petrus Käs S. Theologiæ Lector & Vicarius, Henricus Hertegen, Henricus Willer & Thomas Burenfind Procurator.

Item anno 1511. R. P. Henricus Hertegen Prior Constantiæ & P. Fr. Jacobus Herman Parochus in Birwincken agros in prædio Kelhoff in forma probante præsentibus etiam de Conventu Constantiensi Fr. Fr. Joanne de Winterthur, & Henrico Hohlhans de Wila curant conscribi à Notario Publico. (ex Urbar.)

Intereà habita sunt etiam anno 1505. Comitia Ordinis Perusii octavo Idus Septemb., in quibus Gratiano defuncto Prior Generalis subrogabatur Augustinus Interamnensis.

Eodem anno 1505. post longos sumptuosósque juris processus Patrum nostrorum Friburgi Brisgojæ cum Quilelmitis in Oberrieth, qui ipsi de suo Conventu habuerunt Patres & Fratres in Civitate etiam Friburgensi, circa præcedentiam in publicis solemnibus Processionibus, præcipuè Sanctissimi Corporis Christi, ita conventum, judicatum & ordinatum fuit, ut simul nempe nostri Novitii cum Novitiis Quilelmitarum, Patrésque nostri cum illis Quilelmitarum Patribus in publicis Processionibus eant. Item P. P. Augustiniani in suo Monasterio expectent Quilelmitas, qui Quilelmitæ ad P. P. Augustinianos veniant, & quod Cœnobium meliora habuerit paramenta, alteri dabit mutua pro honestiori Processionis ornatu. Subscripserunt huic sententiæ præprimis P. Sigfridus Calciatoris de Spira Ss. Theologiæ Magister, Provincialis Conventuum Rheni & Sueviæ Ord. Erem. S. P. Augustini, & Prior cum Conventu Augustiniano Friburgi Brisgojæ. Deinde P. Eberhardus Steinbach Prior Argentinæ, Provincialis Ord. S. Quilelmi ad Oberriethenses in Friburgo Brisgojæ prædicto anno 1505, die Sabba-

bathi incidente Festo Ss. Apostolorum Petri & Pauli. (ex copia vidimata in Protocollo Grableri Herbip. fol. 333.)

Notandum hic venit: quòd, quo tempore Joannes Stadelmann de Arbona Constantiæ Prioris fungeretur Officio, pulcherrima Imago vel Statua Beatissimæ Virginis Mariæ benedictam Prolem in ulnis sustinens ad excitandum cultum Deiparæ ex ligno sculpta fuerit anno 1505. de qua istud mirabile Blasius Burgknecht posteà anno 1617. Prior in suo Manuali refert; quòd licet Constansienses ad annum 1529. Lutheranâ & Zwinglianâ pravitate decepti in Sacras Imagines immani furore grassarentur, eas discinderent, atque comburerent; nihil tamen hujusmodi dictæ Statuæ contigerit, nec unquam colore vel arte renovata, tam integra manserit, ac si suâ ætate recens posita fuisset. De hac miraculosa Imagine suis temporibus præcipuè ad bellum Suecicum infra dicetur amplius.

Aliàs in Provincia nostra Rheno-Suevica Reformatio Saxonica scissuras hoc tempore adauxit. Quippe Staupitius Congregationis Lombardicæ Privilegia & suæ Alemanniæ cum illa Unionem anno 1505. à Julio II. Pont. Max. Romæ impetraverat, ita ut ei per specialem Procuratorem Curiæ causas agere liceret, atque recursus fieri ad summum Pontificem: quâ facultate usus, rebus, quæ agebantur in Conventibus Germaniæ, se se immiscuit. Dicto anno Norinbergæ in Capitulo, ubi septem S. T. Doctores ac Magistri fuerant præsentes, particulares Constitutiones, quæ tamen, uti legi, debitam Reverendissimo Patri Generali subjectionem per omnia significant, typis commisit: ut iisdem dirigerentur Conventus Reformati Germaniæ. (Milensius à fol. 214.)

Sigfridus noster Provincialis, ut debito Ordinis, subjectionis & tranquillitatis Provinciæ prospiceret, suâ parte non defuit: in causa Provinciæ contra Observantes, uti nuncupabantur, Romam concessit, propterea etiam anno 1506. Capitulum Provinciale non servatum, sed cum dispensatione Reverendissimi P. Generalis Sigfridus mansit in Officio. Ibidem in Urbe à sua Sanctitate obtinuit Bullam Indulgentiarum 100. annorum pro iis, qui ad reparationem,

conſervationem, manutentionem & munitionem noſtræ Eccleſiæ Spirenſis ſuppetias tulerint. Altaria noſtræ Eccleſiæ in Bulla ſpecificata erant: S. Annæ, S. Barbaræ, S. Sebaſtiani, Annuntiationis B. M. V. quibus Feſtis, ſicut & in Dedicatione Eccleſiæ Confeſſi, & S. Communione refecti Plenarias poterant lucrari Indulgentias. (Ex archiv. Spir.) Id prætereà Sigfridus communicatâ rerum notitiâ apud Summum Pontificem effeciſſe videtur, ut Saxonum amplior gubernandi licentia fuerit moderata ad ſuos limites: ſiquidem ipſe Julius II. per quasdam in forma Brevis, incipientes: *Nuper nobis* die 24. Martii anno 1506. declaravit: Fratres Germaniæ per Unionem factam Congregationi Lombardiæ ab obedientia Generalis non eſſe exemptos. Idem Pontifex anno 1507. Privilegia Obſervantium noſtrorum (Saxonum nempe & Lombardorum) facit Ordini communia. Addit, ut ſemel in vita quivis Frater à Confeſſore Ordinis de licentia Superioris abſolvi poſſit ab omnibus peccatis cum Indulgentia plenaria. Item anno 1508. declarat, Ordinem ſuſcipere poſſe absque recurſu ad Sedem Apoſtolicam, loca, Domos, Eccleſias etiam Parochiales, ac cujuscúnque Ordinis & conditionis. Item Indulgentias Fratribus conceſſas etiam eſſe conceſſas Sororibus & Mantellatis. Occupantes bona Ordinis, ſi à Fratribus moniti per triduum non reſtituant, excommunicat. Vult, nullum Fratrem poſſe absque licentia Prioris Generalis ad alium Ordinem etiam Mendicantium, etiam prætextu arctioris Regulæ tranſire. Irritat quoque impetrationes Sedis Apoſtolicæ ſine expreſſo conſenſu Prioris Generalis, quo iterum ordinem ſubjectionis & obedientiæ ſervandæ declinantibus commendabat. &c. (Vide Bullar.)

Intereà anno 1507. undecimo Calend. Junii Conventus Ordinis Neapoli peractus, & in eodem Prior Generalis creatus eſt Ægidius de Viterbio: inter cætera ibidem definitum fuit, ut nemo in Academiis Ordinis recipiatur, niſi Reformatè ſe publicè promiſerit victurum. (Pamphilus.)

Sigfridus Provincialis hoc anno ex Italia reverſus, & Apoſtolicâ

licâ Authoritate confirmatus in Officio permanet, revocans Fratres, qui extra Provinciam erant, ad Provinciæ suæ Monasteria per Decretum anno 1508. Colmariæ emanatum, ac Provincialis recognoscitur Hagenoæ anno 1509. & Landavii anno 1512.

Gaudebat equidem Provincialis Sigfridus anno 1508. de instituta Fraternitate S. Annæ Matris Deiparæ Virginis in Conventu Friburgensi Helvetiorum, quæ adhuc hodiernum in diem ibidem floret. Dolebat verò, quòd omni navatâ operâ dismembrationem Conventuum Wilani, Eslingani, Tübingensis, Heydelbergensis & Alzeiani, quos Saxonicæ Congregationi unitos per potentissimam Principum ac Ducum intercessionem, Secretorum Ordinis denudationem, Sæcularium Clericorum Præpositi in Stuckart vel Tübingen interpositionem, illa ipsa Congregatio suum Vicariatum Wilanum nominavit, impedire haud potuerit, hujus tamen facti ratihabitione à Reverendissimo P. Generali non secutâ; eidem interim Vicariatui per Saxones præfectus fuit Bernardus Gebhardi de Tübingen, proùt circa hoc Brisaci adhuc in Archivo habemus literas. Ut autem pacificaret Domibus suis, Sigfridus remisit etiam dicto anno 1508. ad Vicariatus suos Saxonicos, unde venerant, Fr. Joannem Rudolphi & F. Thomam hucusque Conventuales in Müllhausen, ita ut non amplius occupent terminos & loca Provinciæ nostræ.

Pro quadam tum Reformationis, tum Reformatorum Conventuum Alemanniæ notitia non ingratum erit, hic adducere Bullam Reverendissimi Domini Legati Bernardini Episcopi Tusculani &c. Memmingæ editam, quam Joannes Staupitius Vicarius Generalis per Germaniam anno 1510. ultimo Septembris (quo tempore degebat Wittenbergæ.) cum quibusdam adhuc Articulis, à Patribus in proxima Convocatione Novæ Civitatis circa Reformationis incrementa emanatis ad Magistros, Priores & Priorissas Privilegiatæ, ut ait, Unionis per Universam Germaniam misit. Tenor est iste;

Bernhardinus miseratione Divinâ Episcopus Tusculanensis, Sacro-Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis S. Crucis, Patriarcha Jerosolymitanus, per Universam Germaniam & quæcunque alia loca nos declinare contigerit, Domini Nostri Papæ & Apostolicæ Sedis Legatus.

Ad Perpetuam rei memoriam. Commissum nobis Apostolicæ Sedis Legationis Officium tunc debitè peragere non ambigimus, dum preces illas, per quas Personarum Ecclesiasticarum quarumlibet, præsertim sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium, ut in quiete prosperáque valetudine eorum vota ac laudes debitas & devotas Altissimo persolvère possint, felici statui & successui salutarique directione opportunè valeat prævideri, ad exauditionis gratiam admittimus: ac aliàs prout in Domino expedire conspicimus, Nostri Ministerii partes favorabiliter impertimur. Hanc pro parte Dilectorum Nobis in Christo Vicarii Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Regularis Observantiæ Congregationis Alemanniæ & Provincialis ac Priorum & Fratrum ejusdem Ordinis Provinciæ Saxoniæ Nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod dudum, postquàm bonæ memoriæ Augustinus Episcopus Nazariensis tunc & successivè quondam Gerardus de Arimino Priores Generales dicti Ordinis nonnullarum Domorum ipsius Ordinis partium Germaniæ ad Regularem Observantiam reduxerant, Domósque eisdem Fratribus de Observantia nuncupatis concesserant & assignaverant, ac nonnulla Statuta ac Ordinationes super hujusmodi Regulari Observantiæ honesta & utilia ediderant, & deinde bonæ memoriæ Julianus titulo Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis tunc in partibus prædictis Apostolicæ Sedis Legatus concessionem & assignationem Domorum ac Statuta hujusmodi Autoritate suæ Legationis confirmaverat & approbaverat, ac etiam præmissa omnia & singula ad Prioris Generalis Vicarii & Fratrum tunc existentium Domorum seu Conventuum Magdeburg, Portæ Cæli, Dresden, Walthreym, Künsberg, Franconiæ, Ordinis & Pro-

Provinciæ Saxoniæ prædictorum', Regularem vitam observantium, instantiam vigore quarundam literarum Felicis Recordationis Eugenii Papæ IV confirmata & approbata fuerant, ac Fratribus Congregationis Alemanniæ hujusmodi: quòd tunc Vicario ipsius Ordinis cedente vel decedente seu Officium Vicariatûs aliàs quomodolibet dimittente, alium Vicarium eligere possint, qui concorditer electus eo ipso Apostolicâ autoritate censeretur confirmatus, & Generali dicti Ordinis duntaxat obedire esset adstrictus, eâdem Apostolicâ authoritate concessum fuerat, & successivè piæ Memoriæ Pius Papa II præmissa etiam confirmaverat, & Domos seu Conventus Nürenbergensem & Goymensem ejusdem Ordinis Bavariæ & Saxoniæ Provinciarum pares in Privilegiis fecerat, & Vicario subdiderat. At postmodum etiam bonæ memoriæ Petrus titulo Sancti Vitalis Presbyter Cardinalis tunc in eisdem dictæ Sedis Legatus voluerat atque ordinaverat, quòd nulli absque licentia speciali Sedis prædictæ à Regulari Observantia prædicta recedere liceret. Ac eisdem Fratribus de Observantia, qui Domos & Fratres dicti Ordinis eorum Vicario privato se subjicere volentes liberè recipere possent, qui sic subjecti eisdem omnino Privilegiis gauderent, quibus & ipsi Fratres de Observantia gaudebant, concesserat. Ipsique Fratres de Observantia concessionis hujusmodi vigore Erfordiam, Gotam, Novam Civitatem, Salzam, Sangerhusen, Eschweg, & Monialium Sanctæ Agnetis in Mertena Conventus dicti Ordinis sub eorum cura susceperant, & subsequenter Sixtus IV prædicta omnia cum opportuna defectuum suppletione confirmaverat & approbaverat. At Heydelberg, Tubingen, Eslingen, Wylam, Monacum & Culmbach ejusdem Ordinis Rheni & Bavariæ Provinciarum eidem Vicario subdiderat, & Privilegia eidem Congregationi Alemanniæ concessa, ad eos extenderat. Et similiter recolendæ Memoriæ Alexander Papa VI Alzeiam & Monialium S. Mariæ Magdalenæ Erfordiam, Salzam, Mollbusen & Slotheym Domos præfati Ordinis eidem Vicario subdiderat, & ejus curæ plenariè commiserat: & tandem similiter bonæ Memoriæ Raymundus titulo Sanctæ Mariæ Novæ Presbyter Cardinalis in eisdem partibus præfatæ Sedis Legatus Mindelheim, Herzberg & Northusen Domos prædicti Ordinis Bavariæ & Sa-

Saxoniæ Provinciarum prædictarum præfatæ Congregationi univerat & subdiderat. Et postremò Congregatio prædicta ex concessione Apostolica Wittenberg, Harlem, Eichusen, Molicham, Sternberg & Bonnam Fratrum, ac Aurach, Wylam, Beblyngen, & Francfort conversarum Sororum, Domos dicti Ordinis construi fecerat, quibus Idem Raymundus Cardinalis & Legatus Domum Tertii Ordinis S. Francisci in Besselach aggregaverat: Sanctissimus Dominus noster Julius Papa II prædicta omnia confirmavit, & omnia ac singula Privilegia, exemptiones, immunitates, libertates, facultates, Indulgentias, gratias, concessiones & indulta Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini & Observantiæ prædictorum Congregationi Lombardiæ per Sedem prædictam concessa, ad prædictam Congregationem Alemanniæ Apostolicâ Autoritate extendit, prout in Eugenii, Pii, Sixti, Alexandri, & Julii Pontificum ac Legatorum prædictorum desuper respectivè concessis & confectis literis ac processibus desuper habitis plenius dicuntur contineri. Cùm autem sicut eadem petitio subjungebat, ipsi Provinciales, Priores & Fratres Ordinis & Provinciæ Saxoniæ prædictorum Religionis Zelo ducti cupiant unanimiter sub Observantia & institutis Regularibus dicti Ordinis Fratrum Eremitarum Altissimo famulari, dictæque Congregationi Alemanniæ Regularis Observantiæ aggregari, ac præfati Vicarius & Fratres ipsius Congregationis Alemanniæ in hoc consentiant, dummodo id fieri possit absque ipsius Congregationis Alemanniæ Divisione & Privilegiorum diminutione ac Regularis disciplinæ præjudicio, & propterea Vicarius Provincialis, Priores & Fratres prædicti inter se convenerint & ordinaverint, quòd de Domibus & Conventibus Provinciæ Saxoniæ hujusmodi, & illorum Fratribus una fiat eidem Congregationi Alemanniæ Regularis Observantiæ aggregatio, cum aperta extensione Privilegiorum in eosdem Conventus dictæ Congregationi aggregandos, in qua singulariter Conventus utriusque partis nominatim exprimantur, ne tempore procedente ab invicem cum ipsius Ordinis confusione recedere valeant, & quod unus in communi Capitulo eligatur, qui sit Provincialis Saxoniæ & Vicarius Generalis Fratrum de Privilegiata Observantia universæ Germaniæ, ac quòd in Capitulo, in quo aggre-

gregatio seu Unio hujusmodi fiet, eligatur in communem Pastorem is, qui in Regulari Observantia nutritus, & bonæ famæ apud suos existat, quòdque nemo in Provincialem & Vicarium Generalem eligatur, qui Regularem observantiam aliquo modo parvi pendere notatus sit, & quòd in aggregatione facienda sint quatuor Diffinitores, duo ex Provincia Saxoniæ & duo ex Congregatione Alemanniæ prædictis, cum quibus electus Provincialis & Vicarius Generalis sedere & diffinire habebit, quòdque dictus Provincialis sinceritatem Regulæ observari facere disponat, dimissis iis, quæ potiùs Ordo tolerando patitur, quàm fieri jubeat, vivaturque secundum Constitutiones ad prædictam Congregationem laudabiliter comportatas & examinatas. Et quòd non fiat permixtio Fratrum repentina Congregationis Alemanniæ & Provinciæ Saxoniæ hujusmodi, sed permittantur Domus seu Conventus ipsius Provinciæ Saxoniæ non satis reformati se se propositis Capitulis componere & cæteris conformare, quod si non fecerint, teneatur Vicarius & Provincialis præfatus secundùm ordinationem Capituli sive Diffinitorum prædictorum unum illorum post alium solidè & permanenter reformare, atque pro dispositione rerum personas introducere & emittere, prout in Domino conspexerit salubriter expedire.

Quòdque idem Vicarius & Provincialis non recedat ab obedientia Generalis pro tempore existentis totius Ordinis præfati Fratrum Eremitarum S. Augustini prætextu cujuscunque Privilegii vel exemptionis eundem Generalem ut Caput totius Ordinis ejusdem humiliter revereatur & colat, ejùsque servitia & contributiones consuetas integrè impendat, atque ei licita præcipienti devotissimè semper obediat, & insuper teneatur dictus Vicarius & Provincialis pro tempore electus in triennio semel personaliter visitâsse, & vidisse singulos Conventus aggregatos & unitos, nisi honesta ratio excuset, possit tamen, si illi commoditas fuerit, pluries videre visitaréque loca tam nunc, quàm antea sibi subjecta.

Et postremò: quòd in casibus arduis non concludant Diffinitores absque consilio Seniorum, & præsertim in Sacra Pagina Magistrorum. Pro parte tam Vicarii Congregationis Alemanniæ, quàm Provincialis Pro-

Provinciæ Saxoniæ ac Priorum & Fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro eorundem Fratrum Provinciæ Saxoniæ felici statu & successu, ac salubri directione & quiete in præmissis opportunè providere de benignitate dictæ Sedis dignaremur.

Nos igitur, qui circa personarum quarumlibet præsertim religionis voto adstrictarum statum salubriter dirigendum Nostræ mentis desideria sollicitis studiis convertimus, & ut Authore Domino prosperis jugiter proficiant incrementis, efficaciter intendimus, Vicarium & Provincialem, ac Priores & Fratres prædictos & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel homine quâvis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Domos seu Conventus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Provinciæ Saxoniæ hujusmodi videlicet: Alsfelt, Eympeck, Helmstadt, Quedelnburg, Künsberg in Marcia, Stargardiam, Auclan, Fridebourg, Garez, Mariatron, Kanietz, Heyligenpeyl, Roczel, Sanctæ Trinitatis, Novi Ortûs, Labosig, Herfordiam, Osnabrug, Lippiam, Dam, Appendam, Münnderstadt, Herbipolim, Smalcaldt & Zerbst eidem Congregationi Alemanniæ sub conventione & ordinatione prædictis ac sine præjudicio dicti Generalis authoritate Apostolicâ, quâ per literas præfatæ Sedis sufficienti facultate muniti fungimur, in hac parte tenore præsentium perpetuò aggregamus, appropriamus, & applicamus, ac eisdem Domibus seu Conventibus aggregatis, nec non Prioribus ac Fratribus in eis tempore degentibus, ut omnibus & singulis privilegiis, exemptionibus, prærogativis, gratiis, Indulgentiis & indultis, quibus dictæ Congregationis Alemanniæ Conventus & Fratres utuntur, & potiuntur & gaudent, ac uti potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri & gaudere liberè & licitè possint & valeant, jure tamen Parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo, eâdem Authoritate de speciali Gratiâ indulgemus, ac statuimus & ordinamus, quòd de cætero nulli Fratrum vel Domui dictæ Congregationis Alemanniæ liceat recedere ab aliis, sicut

eut præfertur, unitis & aggregatis Domibus, proùt per prædictum Petrum Cardinalem & Legatum, ut præmittitur, ordinatum extitit:

Quódque Fratres prædicti in communi Capitulo unum juxta conventionem prædictam in Vicarium & Provincialem eligere possint, qui sit Provincialis Saxoniæ & Vicarius Generalis, sicut anteà Apostolicâ Authoritate confirmatus totius Germaniæ, ac præmissa omnia & singula in dicta conventione contenta observare & facere debeat & teneatur. Et ut dicti Fratres quietiùs vota sua Altissimo persolvere possint, Dilectis Nobis in Christo Fratribus Conventualibus dicti Ordinis, & quibusvis aliis personis cujuscunque dignitatis, Status, Gradûs, Ordinis vel conditionis existentibus, ne dictos Fratres de Observantia singulorum supra nominatorum aggregatorum Conventuum de cætero quovis modo molestare præsumant, sed in suis libertatibus & privilegiis sub Regulari Observantia & obedientia Vicarii Generalis, ac ab omni Jurisdictione Provincialium exemptos vivere & Altissimo famulari permittant, Authoritate prædictâ præcipimus & mandamus, ac districtiùs inhibemus, & nihilominus omnia & singula privilegia, exemptiones, immunitates, libertates, concessiones & indulta, ac desuper confectas literas, nec non conventionem & ordinationem prædictam dictâ Authoritate Apostolicâ earundem præsentium tenore approbamus, innovamus, confirmamus ac perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus, omnésque & singulos defectus tam Juris quàm facti, si qui forsan intervenerint in eisdem, præsertim si in aliqua ex literis vel processibus prædictis non plenè expressum fuerit, quòd dicti Fratres sub obedientia Vicarii Generalis, ac Jurisdictione Provincialium exempti vivere debeant, supplemus: ac pro potiori cautela ea omnia de novo eis Authoritate & tenore prædictorum concedimus pariterque indulgemus.

Quo circa Venerabilibus in Christo Patribus Archi-Episcopo Magdeburgensi, & Frisingensi ac Babenbergensi Episcopis mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium aut alios præsentes literas & in eis contenta quæcunque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Vicarii & Provincialis ac Fratrum Regularis Observantiæ & Congregationis prædictorum seu alicujus eorum desuper requisiti

fuerint, solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, facient eos dictâ Authoritate Apostolicâ pacificâ possessione, aggregationis, subjectionis, appropriationis, applicationis, concessionis, statuti, ordinationis, mandati, inhibitionis, approbationis, innovationis, confirmationis, decreti, suppletionis & concessionis, ac aliorum præmissorum frui & gaudere, eos prædictos Fratres Conventuales seu quoscunque alios quâcunque Authoritate fungentes desuper contra præsentium tenorem quomodolibet molestantes contradictores dictâ Authoritate Apostolicâ per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac Ordinis Fratrum Heremitarum observantiæ & Congregationis prædictorum, juramento, confirmatione Apostolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscunque, aut si eisdem Fratribus Conventualibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim à dicta sit Sede indultum, quòd interdiu suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Memmingen Augustensis Diœcesis. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Septimo, Decimo Octavo Kalend. Januarii, Pontificatûs præfati Domini Nostri Papæ Anno Quinto.

Literæ istæ Reformationem Conventuum Alemanniæ plurimùm promovebant, quam & major indiès facta authoritas Staupitii adauxit. Cùm etenim anno 1512. Concilium Lateranense pro Unione Christianorum Principum celebrari cœpisset, in eodem Staupitius Vicarius Generalis Alemannicæ Congregationis & Saxonicæ Observantiæ, legatione functus nomine Leonardi Illustrissimi Archi-Episcopi Salisburgensis sequente anno Romæ pro suo Principali publicè, privatim, ubicunque opus fuerat, commissâ facultate pleniori in & extra Concilium comparuit, respondit, & causas Archi-Episcopi, ac si esset ipse præsens, egit. (Milens. in Alphab.) Quâ occasione utique cùm apud Supremum Ecclesiæ Antistitem Leonem X, recens hoc anno 1513. electum, tum apud Reve-

verendissimum P. Generalem Ægidium Viterbiensem amplianda Reformationis causas proferre, ac pro animi sui virilitate, morigerata proponendi familiaritate, atque sagaci in rebus tractandis diligentia optimè & ad vota expedire potuit.

Inde videtur evenisse, quod Leo X. Papa Episcopo Basileensi, Præposito S. Margarethæ in Waltkirch Constantiensis, & Decano Colmariensis Ecclesiarum per Breve quoddam commiserit; quatenus intersint, ut introducatur Reformatio per Patres de Vicariatu Saxoniæ in Conventum nostrum Rappolswilanum, & hi Nostri Reformatorum Fratrum Provinciæ Saxoniæ Vicario subjiciantur. Cujusmodi Breve datum anno 1514. die 23. Aprilis habent Nostri Rappolswilæ. Illic deinde constituit Priorem Joannem Rucker, qui post sexennium piè mortuus, in Ecclesia in lapide sepulchrali sequentem habuit inscriptionem: *Joanni Ruckero Priori (qui primus hoc Cœnobium ad Regularis vitæ Sanctimoniam redactum studiosissimè excoluit, Fratres moesti posuerunt. Vixit annos 76. obiit anno 1520. Idibus Februarii.* (M. Sc. Benning.)

In causa Conventûs Eslingensis tamen, quem Saxones Vicariatui suo jam jam aggregaverant, ùt supra dictum, Sigfridus hoc evicit, ut anno 1512. in Capitulo Provinciali Landavii celebrato R. P. M. Mendel ab incorporatione Conventûs Eslingensis absolutus, & Conventus iste per gratiam Reverendissimi P. Generalis nostræ Provinciæ iterum reincorporatus fuerit. (Act. Prov.)

His, alisque cum exigua sua consolatione animadversis, quòd ipsemet Provincialis Sigfridus pro inducenda Reformatione sufficeret in sua & nostra Provincia, extraneorum auxiliis impertinenter sese ingerentibus ad requiem properat anno 1514. in festo S. Agathæ (ex serie Prov. Brisaci) credibiliter Spiræ sepultus.

Rectorem Provinciæ post se reliquit Exprovincialem M. Casparum Amman. Iste ipso anno 1514. primam denuo Convocationem Patrum egit Argentinæ, in qua sequentem studentium promotionem factam legi. (M. Sc. antiq. in Conv. Frib. Brisg.) Admit- Ab anno 1514 usque ad 1518

timus F. Conradum Torniatoris vel Tregarium (de quo plura dicentur.) Priorem Friburgi Helvetiorum ad Lecturam Bibliorum & Sententiarum. Item promovemus & consentimus, ut V. Cursores F. Melchior Rotelius (de quo etiam recurret mentio) & Mathias Kleindenst de Friburgo Brisgojæ, nunc actu in Studio Parisiensi (ad quod missi fuerant jam ab anno 1507. in Capitulo Spirensi) agentes secundùm formam ejusdem Studii gradum Lectoratûs incipiant.

In eodem Capitulo Argentinensi 1514. committebatur disputatio vel controversia Conventûs Rappolswilani in singulis occurrendis & expediendis R. P. M. Mauritio Finninger Priori Basileensi & Vicario Provinciæ districtûs superioris. Item disputatio Conventûs Fridbergensis in singulis expediendis. V. P. Lectori Joanni Becken Priori Moguntinensi & Vicario Provinciæ districtûs inferioris. In iisdem Comitiis Studium Generale Provinciæ nostræ solemniter & firmiter in Conventu Argentinensi ex mandato Reverendissimi P. Generalis manere statuitur.

Anno 1515. Casparus Amman Rector Provinciæ Capitulum pro electione novi Provincialis indixit Weissenburgum, & ipsemet denuo Provincialis pro residuis Conventibus Rheni & Sueviæ proclamatus est. In hoc Capitulo reversales de accepta certa pecunia à Conventu Moguntino ad necessitatem Provinciæ pro annuo censu subscripserunt M. Provincialis Ammannius, M. Hieronymus Candelphius de Constantia Diffinitor Generalis, Jacobus Holzgeringer Prior & Lector Weissenburgi, & Andreas Lehemann Prior & Diffinitor Provinciæ. In his Actis solùm de nostra Provincia septem studentes generales, præter alios aliarum Provinciarum Fratres Argentinam destinabantur. Et de studio Papiæ Petrus Wirffler revocatus & missus est Moguntiam pro Cursore & Magistro Juvenum ibidem.

Aliàs anno 1515. Leo X. facientibus Orationem, quæ fieri solet singulis diebus de sero in Ordine nostro, pro felici statu Pontificis & Ecclesiæ, concedit septem annos & totidem quadragenas de Indul-

dulgentia: quam ibidem extendit etiam ad infirmos & illos, qui hospitibus inserviunt. Idem Pont. Max. jam priùs anno 1513. confirmavit Privilegia nostra. Decrevit irritum esse & inane, quidquid à Sede Apostolica sine consensu Generalis impetraretur, quod Juribus Ordinis, legibus quoque Regulæ, Constitutionibus & Ordinationibus adversaretur. Ut omnes nostri Ordinis tam res, quàm personæ sint immediatè sub Apostolica Sede. Ut nullus nostri Ordinis Frater ullâ occasione ab alio extra Ordinem absolvi possit, nisi de licentia Generalis aut Provincialis, cui subditus erit. (Pamphil. in Chron.)

Eodem anno 1515. post nostrum Provinciale Capitulum Conventus Ordinis 6. Cal. Junii habitus est Arimini; In quo Ægidius Prior Generalis confirmabatur. Profecti sunt eò de nostra Provincia Hieronymus Candelphius de Constantia S. T. Magister Diffinitor Generalis, & Conradus Tregarius Discretus, qui de Statu Germaniæ Reverendissimo Patri dedêre optimam notitiam. Inde forsan evenit, quòd, ut ipsemet narrata videret, arduisque rebus occurreret

Anno 1516. Memmingana nostra Familia, quo tempore ille Conventus tanquam adhuc Generalis immediatæ directioni Reverendissimi nostri subjectus fuerat, gratiam habuerit, in Visitatione Regulari præsentialiter venerandi præfatum P. M. Ægidium de Viterbio. Conventum istum Memminganum post quinque annos nempe anno 1521. deinde Gregoius Heefs resignavit cum omnibus Privilegiis & exemptionibus per Sixtum IV. acceptis, & submisit Provinciali Bavariæ Nicolao Stenderle. Tandem circa annum 1563. nostræ Provinciæ Rheno-Suevicæ fuit incorporatus. (Documenta Memming. Conv.)

Annus erat 1517. quo Ægidius Generalis numero Cardinalium à Leone X adscitus, ab eodem Summo Pontifice mittebatur Legatus ad Hispaniæ Regem, aliósque Principes: ut suâ eloquentiâ illos excitaret ad bellum junctis viribus ineundum contra Selymum Turcarum Imperatorem, qui Victoriâ à Persis relatâ tu-

timens, contra Christianum Nomen quasi radicitùs illud extirpaturus, insolescebat.

Cúmque ad avertenda mala & conterendos Ecclesiæ hostes Summus Christi in terris Vicarius Indulgentias publicandas misisset in Germaniam, easdem verò ad publicandum Wittenbergæ in Saxonia commissas fuisse Joanni Teckio Ord. S. Dominici, Martinus Lutherus vidisset, séque magnum & gratum Ecclesiasten posthabitum: ambitione & furore percitus invehi cæpit in Indulgentias, & pejor in dies factus post salutaria & paterna Ipsius etiam Summi Pontificis monita, non reversus, nec errores corrigens excommunicatus exiit à Nobis, quia non erat de Nobis, factus Hæresiarcha abominabilis. (Historici passim.)

Et quoniam Saxones propinquos nostræ Provinciæ Rheno-Suevicæ Conventus, uti ex præmissis literis de augenda Reformatione constat, sibi attribuerant, ex turpissima Lutheri deformitate, quâ sectariis viam in omnia bona Sacra & Ecclesiastica aperiebat, cámque sub potente sæcularium præcipuè Principum tutela latam, laxam & facilem dabat, inde posteà complures illorum Conventuum perdidimus, iniquissimè ac sacrilegè à Nobis raptos & sæcularisatos.

Neque propterea in Ordinem Sacrum redundat infamia: *nam si* Lutherus *fuisset ex nobis, permansisset utique nobiscum.* (S.P. August. in 1 Joannis 2.) *pravis moribus & exitu monstravit, quod nunquam fuerit verè de Corpore vivo & sancto vivum & sacrum membrum.* Jam pridem humillimus noster Fundator Augustinus contra obtrectatores suam sibi scripsit apologiam: (in ps. 111.) *Quapropter etiam non contristamur de aliquibus purgamentis, consolamur tamen etiam de multis ornamentis: Neque mihi arrogare audeo, ut Domus mea sit melior quàm Abrahæ, in qua Isaac & Ismaël, aut Domus Isaac, in qua Esau & Jacob, aut Domus David, in qua Absolon & Salomon, aut quàm habitatio Christi, in qua undecim boni perfidum & furem Judam toleraverunt, aut melior sit quàm cœlum, unde angeli ceciderunt.*

Stau-

Staupitius intereà rebus circa Lutheri resipiscentiam infeliciter gestis cœpit stomachari illum & abominari; quin imò Saxoniam ipsam relinquens in Salisburgensem Principatum se recepit: ubi à Cardinali Archi-Episcopo perfamiliariter fuit susceptus, & aliquamdiu à Consiliis; Donec celeberrimi Monasterii Ord. D. Benedicti ad S. Petrum Salisburgi anno 1522. Abbas à Monachis postulatus, cum inexplicabili lætitia Cardinalis Archi-Episcopi confirmaretur. Præfuit autem annis tantùm duobus: in Festo Ss. Innocentium anno 1524. mortuus. Corpus ejus in Sacello S. Viti, ubi alii Abbates illius Cœnobii sepulti, terræ datum est, hoc octasticho inciso in lapide sepulchrali:

Aspice mortalis præsentia busta jacentûm:
Quid valeat fastus, divitiæque vide.
Arida comperies exhaustis ossa medullis,
Videre quid possis, ipse videre potes.
Quem probitas, quem cana fides, quem cinxit honestas,
Qui tenuit, quidquid Pagina Sacra docet,
Abbas Staupitius tumulo requiescit in isto,
Sit precor huic requies in regione poli. (Milens. in Alphab.)

Scripsit illustris Staupitius libellum, quem de Executione æternæ prædestinationis intitulavit. (habetur Herbipoli in Opusc. Usingi contra Sophistarum impietatem in 4to) anteà per adventum Norinbergæ Civitate tunc adhuc Catholicâ prædicatum, & ibidem impressum anno 1517. Item alium de amore Dei (Elssius.) Quæ hucusque dicta sunt de Staupitio & scissura Provinciæ, Religiose Lector, ad Ordinis despectum te non commoveant. Erat, ùt ex omnibus de præclarissimo Viro residuis scriptis collegi, intentio Reformationis optima, etiam ab aliorum Ordinum ac Statuum Religiosorum Zelatoribus isto sæculo laboriosè pro restituendo vel conservando vitæ Regularis vigore quæsita, Constitutiones, quas Staupitius cum aliis Patribus Norinbergæ divulgavit, & quarum habemus exemplar Herbipoli, sunt optimæ, saluberrimæ, & nequaquam declinantes à subje-

ctione Reverendissimo Patri Generali exhibenda, immò verò, is ipsemet Pater Generalis Ægidius Viterbiensis sequentibus verbis in epistola ad Staupitium data laudat illius Zelum: *Tu post longos labores in Urbem ad omnia componenda & pacanda non sine Tuo quàm maximo incommodo Te conferre curâsti. Vidimúsque, quantum laboris, quótque incommoda passus sis, dum hæc agitares, & animum promptissimum Tuum, ad ea omnia peragenda, quæ paci & quieti omnium conducere viderentur; Quâ quidem ducti spe, ut id efficacius atque ardentiùs aggredi possis, per has literas Nostras Te Provincialem Saxoniæ, & Vicarium Congregationis Alemanniæ decernimus, declarantes, Te potiri utrâque auctoritate ac potestate, sicut hactenus tam Provincialis prædictæ Provinciæ, quàm Vicarius prædictæ Congregationis potiti sunt. In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti Amen. Mandantes omnibus tam Provinciæ quàm Congregationis ejusdem Patribus ac Fratribus sub pœna rebellionis ac privationis activæ & passivæ vocis in perpetuum, ut in omnibus, quæ Tibi ad pacem, quietem, salutem & Religionis honorem pertinere videbuntur, tanquam personæ Nostræ obediant. Significamus tamen Tibi, quatenus curam illorum quinque Conventuum* (hi sunt nempe Conventus Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ Alzeianus, Eslingensis, Heydelbergensis, Tübingensis & Wilanus) *de quibus lis erat, Nobis usque ad determinationem causæ reservavimus. Hortamur Te, ut alios omnes omni, quâ poteris prudentiâ, severitate ac charitate emendes, reformes & regas. Et spei de Te Nostræ quàm maximæ, ut expectamus, optimè respondeas. Datum Suriani die 26 Junii anno 1510.*

Sic adhuc duas epistolas Reformationem introducere commendantes, Staupitio misit eodem anno Idem Reverendissimus P. Generalis, prout habentur in libro R. P. Bartholomæi Ussinger in quarto circa finem annexæ Herbipoli. Quòd ergo tam viriliter se impenderit Staupitius pro Reformatione, is bono Zelo fecisse, probè judicandus est; & vel maximè pro incremento Ordinis cessit, quòd Unioni suæ novas Domos vel Monasteria, uti in specie circa Sueviam nostram nominantur in Bulla Bernardini

Car-

Cardinalis supra posita: Aurach, Wila & Beblingen in Würtenberga conversarum Sororum construi fecerit, verisimiliter eas sibi comparando, dum Tübingæ docebat, & insignia Magistralia ibidem suscipiebat. Quòd verò tam bona intentio pessimam habuerit post breve tempus executionem, deformationem ac defectionem nedum plurimorum Deo Sacratorum à Religione, sed etiam à fide, adscribimus perversitati Hæresiarchæ Lutheri potentibúsque ejusdem fautoribus & sectatoribus: non autem Zelo Joannis de Staupiz.

Anno 1518. Provincialis Ammanius officio suo satis laborioso & his temporibus inquieto lubentissimè renuntiat in Conventu Spirensi, & gravis ætate adhuc anno 1524. Prioratum Lavinganum in vera obedientia ac fidei sinceritate retinuit, ibidem, antequàm Lutheri secta infecerat Lavingam, ab humanis miseriis ereptus. (Act. Cap. Prov.)

Vixit circa hæc tempora Theobaldus Vögelin Lector & Prior Zelosus, qui Conventui Colmariensi dum præfuit, multùm profuit plura bona eidem comparando: ad studia missus est anno 1487. Bononiam, deinde Lector & Prædicator Colmariæ anno 1492. & anno 1509. Diffinitor, posteà Prior. Caveam vinariam construi fecit anno 1517. Bibliothecam erexit præclaros comparando libros, ob antiquitatem non parvi æstimandos, inter quos etiam sunt multa Patrum nostrorum Manuscripta. Postquàm verò ille lubricis istis temporibus prædictum Colmariensem Conventum velut alter Restaurator plures per annos religiosè manutenuisset, ibidem exspirat & sepelitur in Ecclesia prope majus Altare in medio Chori. Lapis ejus sepulchralis exhibet volucrem pro insigni. (monumenta Conv. Colm.)

Doctrinâ & pietate hoc tempore etiam claruit in Palatinatu inferiori Augustinus Lupf, in Academia Heydelbergensi Professor, & Verbi Divini Præco egregius, quo vigilante & latrante hæresis nunquam illas Ditiones invasit. (Crusen. in monast. fol. 193.)

Hâc quoque ætate excelluit Joannes Kruss, Conventûs Tübin-

bingensis Prior, Ss. Theologiæ Doctor, ejusdem Universitatis Tübingensis anno 1515. Rector Magnificus, præcipuum Religionis ornamentum, quem Elsfius in suo Encomiastico refert. Ubi & meminit alicujus Joannis Pistorii de Provincia Saxoniæ S. T. D., quem habet anno 1511. creatum fuisse Episcopum Tricalensem, & Domini Osnabrugensis Principis Vicarium in Pontificalibus. Item Nicolaum Schomberg anno 1517. floruisse, cujus operâ usus fuit Leo X. Pont. Max. cui & gravia sæpe negotia cum Carolo V. Imperatore, apud quem ille valebat plurimùm, tractanda commisit.

Ex antiquis literis denique legi, Andream Hoffrath Priorem Münrestadii per districtum Franconiæ Vicarium Provincialem & insignem S. T. Lectorem ac Professorem fuisse anno 1519. quo tempore hic in causâ alicujus Fratris ægrotantis epistolam paternâ solicitudine & dilectione plenam scripsit ad Venerab. Priorem Herbipolensem Petrum Wergler.

XXXI.

Ab anno 1518 usque ad 1540 CONRADUS TREGARIUS, ab aliis TORNIATORIS latinè, germanicè TREER dictus, de Friburgo Helvetiorum, studiorum causâ Parisios missus anno 1509. mansit ibidem ad triennium, tam vitæ sanctimoniâ, quàm doctrinæ præstantiâ extitit commendatissimus: anno 1514. ùt jam superiùs memini, ad Lecturam Bibliorum & Sententiarum promotus, in Provincia inter cæteros Doctorali Laureâ insignitos patres eminuit. (Act. Prov.) Discretus Generalis anno 1515. adjungebatur præclaro P. Magistro Hieronymo Candelphio Priori Constantiensi & Diffinitori Generali ad expediendas Provinciæ causas apud Reverendissimum P. Gralem, & ubicunque necesse fuerat. (ex lib. Friburg. Brisg.) Priorem Locum in Conventu Friburgensi Helvetiorum tenuit anno 1514. & anno 1517. verbo & exemplo in eodem Prioris officio Argentinensem Familiam direxit, simul ibidem Studii Generalis Magister Regens; exinde proximo anno Provinciæ Rheni & Sueviæ gubernium suscepit; ita enim in antiquo libro Fri-

V.
R. P. Conradus Tregari, Hel-
vetio Friburgensis S. T. D. Provincialis
Per Rhenum Sueviam Ord. Erem. S. Augustini
Hyppor. assertor doctissimus fidei orthodoxae
[illegible] monstri in Helvetia [illegible]
[illegible] obiit non sine
Sanctitatis opinione
anno 1592.

Gutwein sculp. Wirceb.

Friburgi Brisgojæ legendum: Anno 1518 Dominicâ *Jubilate*, celebratum est Capitulum Provinciale Spiræ Vicario Reverendissimi existente Eximio ac R. P. Sacræ Paginæ Magistro F. Gregorio Lippoldi de Gamundia, electus est Provincialis Conradus Tregarius de Friburgo Uchtlandiæ, Prior & Regens Studii Argentinensis: Diffinitoribus existentibus P. Henrico Brun de Friburgo Brisgojæ S. T. Doctore, & Joanne Beck Priore Moguntiæ, & Valerio Priore Hagenoæ S. Paginæ Lectoribus. Assessoribus autem existentibus RR. PP. F. Casparo Amman antiquo Provinciali & F. Mauritio Finninger & Joanne Mendel S. Canonum Doctoribus, & F. Jacobo Ernst Priore Spirensi ac S. T. Lectore.

In his Actis mittitur F. Nicolaus Oberheim ad Tübingense studium pro forma Parisiensi, vel ut gradum accipiat. In Diffinitionibus revocabatur in memoriam, ut cultus Divinus legaliter, rotundè & distinctè persolvatur diu noctúque.

Potiores ex his Patribus ultimum Argentinæ, quæ nobilissima Civitas brevì ab Orthodoxa fide defecerat, Congressum Provincialem agebant anno 1521. & inter cæteros prædictorum Patrum etiam adfuerunt Engelmannus Glaubiger, Petrus Braun & Mathias Limperger Ss. Theologiæ Lectores ac Diffinitores, Conrado Treer in Provinciali munere reelecto ac stabilito. Speciale decretum de anno 1521. erat, ut Priores adhibitâ omni diligentiâ juvenes ad Ordinem recipere curent, & susceptos per se, vel per alios in bonis moribus & literis instruant, ne S. Ordo omnino decrescat. In rescriptis Actorum Capituli confirmatoriis Reverendissimus P. Generalis Patres nostros animavit, ut horrendum impietatis simulacrum Lutherum ejúsque falsa dogmata opprimere conniterentur.

Intereà anno 1519. Synodus Ordinis coacta est Venetiis, in qua Prior Generalis in Ægidii Viterbiensis locum sublegatur Gabriel à Volta Venetus.

Inter alia multa constituebatur ibi, ut Provinciales Ultramon-

montani intra duorum mensium spatium per Priorem Generalem se se confirmandos curent. (Pamphilus) Cujusmodi Confirmationem utique Conradus Treer pro se obtinuisse, colligitur ex certis adhuc Brisaci servatis literis, quêis juxta rescriptum Summi Pontificis Leonis X ad preces Ægidii pro tunc nostri Protectoris Cardinalis demandatur Alberto Archi-Episcopo Moguntino Augustinensibus nostris Familiis in Heidelberg, Tübingen, Eslingen, Wila & Alzeia insinuare, ut sese committant in Reformatione Provinciali Rheno-Sueviæ, qui erat Conradus, nulliter verò ac nequaquam Vicario Congregationis Saxoniæ. Profectò misertus est nobis Dominus infausto hoc tempore, quo Sacra profanis, profana Sacris ubique ferè in Germania miscebantur, perversæ libertati fræna laxabantur, disciplinæ moderationem laxi aversabantur, variorum errorum, sectarum & hæresum monstra orcus proferebat, Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ ex omni vix non parte angustiatæ donando, & inter corporis & animæ pericula plurima conservando Conradum Tregarium. Quem jure merito fidei Zelatorem Gabriel Venetus tunc Ordinis Generalis, Theologum eximium Pamphilus, Patrem Venerabilem Hoffmaisterus, vacillantis Ecclesiæ Fulcrum Mgr. Arpe appellare, non dubitârunt.

Zwinglius Tockenburgicus Presbyter ob infanda scelera expulsus Glaronâ, Virus suum anno 1519 evomuit, nulli non licentiæ juxta diu quæsitam libertatem, Helvetis viam aperiendo sacrilegâ is oratione, quâ Tigurî non solùm auctoritatem Romani Pontificis & cæterorum Præsulum quasi tyrannicam asseverabat, sed & omnes Regum, Principum, ac Magistratuum pensiones tanquam inhonestas, sanguinarias & exitiales damnabat, id affecutus est: ut incredibili populi plausu pro magno Propheta deinceps suspiceretur, ejúsque verbis tanquam novo Evangelio fidem darent Tigurini anno 1525. & Constantienses anno 1526. (Bucelin. in Chronolog.)

Hunc Helvetiorum Anti-Apostolum, ejus sectarios atque nefarios illorum errores pessumdare Conradus strenuissimè allabo-

boravit, contra enascentem hæresin statim scribendo librum, cujus titulus erat: *Paradoxa centum de Ecclesia Conciliorúmque authoritate*: Reverendissimo & Illustri Principi Fabiano de Monte Falcone Episcopo Lausannensi dicatum. Contra quem pessimi Novatores in lingua germanica evulgabant libellum anno 1524 ad omnes Cantones in quo plurima Hussiticæ falsitatis dogmata regerebant, & Conradum Helvetis præcipuè per impactas calumnias abominabilem reddere conabantur. Adversus istum sacrilegum, mendaciisque plenum librum pariter in lingua vernacula scribit Conradus, hostésque Ecclesiæ refutat in libello cui titulus: **Vermahnung Bruder Conradß Treger Augustiner-Ordenß durch hohe teutsche Land Provincial an eine löbliche gemeine Eydgnossenschaft vor der Böhemische Retzerey: und Antwort auf ein lugenhaft, Gotteßlästerisch Buch von etlichen, so sich Diener deß Wortß heissen, an eine gemeine Eydgnossenschaft dieß Jahr ußgangen anfangß deß Mayen.** M. D. XXIIII. In hoc libello statim contra Hæresiarchas edito & quidem Argentinæ, ubi tunc infensissimi Ecclesiæ Romanæ hostes insultabant, Tregarius Spiritum fortitudinis, quo stetit imperterritus, ostendit. fol. & lit. B. III, his verbis protestatur: Damit ihr aber sehen, daß ich gar kein scheuen und schröcken trag ab ewren hohen großen Kunst, erbeút ich mich hie mit dießen meinen schreiben, willig und bereit zu seyn, alßo mit eúch zu disputiren, daß ein feúer zugegen gemacht werde, und welche Parthey unrecht zu haben erkannt, und von solcher irrthum abstohn nit wöll: mit ihr gehandlet werde wie recht: damit fürder der unwissend nit betrogen und verführt werd.

Doch daß solches geschah vor gelehrten unpartheyschen Richtern: dan allein vor denen zu disputiren die ihr mit ewer Geschwatz verführt und verwehnd haben, ist nit fast sicher, darzu ohne frucht. Item fol. & lit. C. II. apostolicis verbis ita protestatur: Ehe ich zu euch in die stinckende Böhemische Ketzerey tretten will, bin ich nit allein bereit, Straßburg und Teutschland zu meyden, sondern Leib und Leben zu verliehren. GOtt der HErr wöll mir durch sein Barmhertzigkeit sein

gnad

gnad verleihen, daß ich um der Warheit und seines Hlgen glaubens willen geschickt und würdig werde zu leyden. Meminit etiam in ista apologia, quòd Constantiæ quendam de Primoribus (forsan Ambrosium Blarer Præpositum ad S. Stephanum) jam hæreticâ labe infectum monitis suis curare ac reducere in viam veritatis studuerit, minimè tamen ab ipso exauditus. Improperabant Antagonistæ, quò magis odium adversùs Tregarium incendere possent, quòd is Constantiæ laudabilem Magistratum Argentinensem vilipenderit, & vituperaverit, Constantiæ'que schismata fundârit. Quàm falsæ autem istæ imposturæ, ad oculum demonstrat, larvâsque eorum tam sapienter detegit, ut meritò erubescere debuerint. Et hæc scriptura causam dedit, cur Vir bonus Conradus noster Argentinæ detruderetur ob veritatem dictam sicut olim Joannes in carcerem, è quo tamen post longas macerationes & ærumnas à Patriotis Cantonibus in vera fide Orthodoxa adhuc firmiter stantibus, & pro liberatione Argentinam scribentibus solutus fuit. Earum literarum transumptum de verbo ad verbum Lectori exhibeo, uti sequitur:

Unser freundlichen Grueß, willige Dienst, und waß wir ehren, liebs und guts vermögen, allzeit zuvor, frommen, fürsichtigen, fürnehmen und weißen, sonder Liebe und gute Freund.

Wir werden durch den frommen, fürsichtigen und weißen Schuldheißen und Rath der statt Fryburg in Üchtland unser getreuen lieben Eydgenossen Raths-Bottschaft, so auf diesen tag bey uns geweßen, bericht, wie daß Ewer fürnemmen Weißheit den Hochgelehrten Ehrwürdigen, Geistlichen Herrn Conraden Prior deß Gottshauß in Ewer statt, und Provincial am Rhein, Augustiner Ordenß, aus ihrer statt bürtig, in ewer gefängnuß haben sollet, von wegen etlicher Disputation, so er mit etlichen gethon, betreffent den jetzigen ewren Glauben, und als er sein Wider-Partey zu zweenmahlen überwunden, und demnach ihn auf einen Reichstag, so zu

zu Speyer auf ietzt St. Martins-Tag gehalten werden soll, gewiesen und bescheiden , , darzwischen solcher seiner Widertheil zu gefahren, ihn gewaltiglich gefanglich angenommen, und verstand doch auch darbey, daß derselb Provincial ewer fürnemmen Weißheit am meisten überantwortet seye, den also zu behanden bis auf obbemelten Reichs-Tag, und auf Ansuchen und anruffen der gemelten unser lieben Eydgenossen von Fryburg; so ist an ewer fürnemmen Weißheit unser trugentlich und ernstlich bitten, mit höchsten Fleiß wir immer mögen, dieselbe woll uns zu ehren den gemelten Herrn Provincial solcher Gefängnuß ledig lassen: so wird er sich auf angezeichten Reichs-Tag zu Speyer, wie sich gebühret, verantworten. Dieselb Ewer fürnemmen Weißheit wolle sich hierinn bewissen, als wie deroselben daß auch aller ihren und guths sunderswohl getrawen, und die gemelten unser getrewen lieben Eydgnoßen von Fryburg mögen befinden ihnen unser Fürdernus erschossen seyn, dan ihr möget ermessen, was denselben, oder dem ihren widerwärtigst zustehet, daß unß gleich wie ihnen zu Hertzen gehet. Daß wölle umb dießelb eüre fürnemmen Weißheit und die ihrige in solchen, minderen und mehreren Sachen, wo sich daß immer begiebt, vergleichen und beschulden. Und wie wohl wir uns deß Abschlags nit versehen, so begehren wir doch ewer verschreiben Antwort, die den Raths-Botten, so von bemelten unsern lieben Eydgnoßen von Fryburg, so bey euch ist, zu überantworten.

Datum unter unsers Landt-Vogts zu Baden deß frommen weissen ~~Geistlichen~~ Fleckensteinß deß Raths zu Lucern Insiegel, in unser allen Nahmen beschlossen, Sambstag nach Mathæi Apli anno 1524 von Stadt und Landten gemeiner unser Eydgnossenschafft Räth und Sandbotten der Zeit zu Baden im Ergaw bey einander versamblet.

Extra literarum inscriptio:

Den frommen, fürsichtigen, fürnehmen und weißen Ammeister und Rath der Stadt Straßburg unsern lieben und guten Freunden.

E carcere ergo ab Argentinensibus dimissus per multa viarum pericula petiit Friburgum Uchtlandiæ non cessando jugiter decertare pro Ecclesia Sancta Dei, indictis publicis disputationibus Badæ Helvetiorum contra falsa Zwinglii dogmata anno 1526. quo cum etiam ibidem contra Oecolompadium viriliter se opposuit noster Augustinus Marius pro tunc Concionator Cathedralis Basileæ, uti habet Lang in Hist. Theol. Helv. fol. 692. Et quando iterum indicta fuerat Catholicorum cum Zwinglianis disputatio in Civitate Bernensi anno 1527. *Nullus*, sicut scribit de illo laudabiliter Surius, *nullus*, inquam, *Catholicus Doctor præter unum F. Conradum Tregarium ausus fuit comparere:* qui velut alter Athanasius solus causam Dei & Ecclesiæ cum evidente vitæ discrimine acriter defendit, in carceribus hac de causa Argentorati multùm, sannis & sarcasmis ex odio Hæresiarcharum Zwinglii & Buzeri petitus supra modum, stercore turpatus, & pugnis fodicatus; cùm Bernæ ultimam Concionem Catholicam diceret, hæretici præcipitium è cathedra eidem comminabantur. Joannes Hoffmaisterus refert in Epistola dedicatoria sui libri: *Verbum Dei Caro factum*; quòd Conradus noster inceperit piam & doctam dissertationem scribere de Sacrificio Missæ, quam tamen ob plurimos labores ac senium posteà complere haud potuit.

Habemus etiam literas Friburgi Helvetiorum datas ad ipsum R. P. Conradum Tregarium Argentinæ anno 1525. à F. Stephano, qui illum è carcere dimissum etiam Friburgi Uchtlandiæ pro patria fide Catholica laborantem de quibusdam gestis circa Religionem informat. Meminit Milensius alicujus Stephani, qui hoc tempore vixit, & tanquam excellens Concionator floruit, & præclarè scripsit, poterítque esse Stephanus Klein, qui de Argentina scribitur anno 1515. cum Joanne Zeit de Fridberga missus pro Studio in Italiam. (Act. Prov.) Item aliæ literæ, quas Conradus scripsit ad R. P. Melchiorem Rodelium Priorem Friburgi Brisgojæ propter negotia Provinciam concernentia. (ex protoc. Friburg. Helvet.)

Anno

Anno 1534. Conradus noster à Carolo V. Imperatore obtinet ad supplices suas mandatum pœnale contra Wormatiensem Magistratum, ut, qui jam anno præcedente ibidem mortuo Priore Conventûs nostri cæteros Fratres amplius relinquere, & alium in defuncti locum Superiorem admittere ac tolerare detrectabat, amplius non vexet, sed quietè servare curet, nec Privilegia nostra turbare ausit, aliàs taxatâ mulctâ puniendus. Hujusmodi mandatum copiatum in Archivo Herbipolensi adhuc habemus. Sed quantùm quantùm Conradus nitebatur, quò Provinciam servaret incontaminatam atque illæsam, specialiter quoque in Convocatione Spiræ habita anno 1538. cum reliquis Patribus inter cætera decreta gravissimè prohibendo, ne quis de Lutherana factione suspectus aut apostata ad Colloquia admittatur. (Act. Prov.) proùt ante octennium in Comitiis Generalibus Tarvisii pro toto Ordine & singulis Fratribus etiam interdictum fuit, ut nemo Lutheri libros apud se retinere audeat, multò minus legere vel defendere. (Pamphil.) Invalescentibus tamen Sathanæ ministris circa Rhenum, Sueviam & Helvetiam impedire non potuit, quin plures antehac florentissimos Conventus Sacrilego Acatholicorum ausu deberet lugere ereptos.

Cùm enim Magistratus Sæculares Privilegia Clericorum & Regularium sensim vellicâssent, in Ecclesiasticas Fundationes falcem mittere, ac Nobilibus licitum esse hujusmodi pingues portiones demetere, à Martino Luthero prædicaretur; Rusticis nulli potestati ac Principi subditos esse, sed tanquam Christianis libertatem omnem competere, Thomas Münzerus in Sundgavia divulgaret: Clericos nubere, Monachos à votis deobligari ùt honestum & verum falsissimi deceptores venditarent Ulricus Zwinglius in Helvetia, Andreas Carolostadius in Würtenbergia, Philippus Melanchton in Suevia. Inde rapinæ, cædes, sacrilegia, apostasiæ & adhuc graviora mala oriebantur, quæ Sacras Domos, Monasteria, Ecclesias, Fidem & vitam, si non æternam, saltem temporaneam, immò in plurimis utramque auferebant.

Edictum Cæsareum à Carolo V. Imperatore solertissimo Wormatiæ jam anno 1521. emanabat pro manutenenda Re Catholica, sed contra Cæsaris mandatum Bernenses Conciliabulum anno 1526. die 6. Januarii convocârunt: cui adsuère Tiguro Zwinglius, Basileâ Oecolompadius apostata ex Ordine S. Birgittæ, Argentinâ Martinus Buzerus fugitivus ex Ordine S. Dominici, Constantiâ Ambrosius Blarer priùs ad S. Stephanum Præpositus, & alii ejusmodi farinæ nequissimi Socii: Agitatâ 20. dierum disputatione Bernenses Missam abrogabant, & sublatis Imaginibus novam ad lubitum cudebant Religionem. Quod etiam Tigurini ad suggestionem Zwinglii fecerant. (Basilea sacra.) Publico igitur Catholicæ Religionis exercitio in præfatis Helvetiorum locis, immò & omnibus ferè Imperii Civitatibus sublato, via lata & spatiosa fuit aperta: dum cunctis Religiosis utriusque sexûs, qui in civitatibus heterodoxorum manere vellent, mandatum, ut sacro habitu excusso profanum induerent: licere adhuc Cœnobium incolere, & suis inde alimentis vivere, modò fiat sine offensione neo-introductæ Religionis, quibus verò allubesceret, matrimonium fore licitum. Tunc Principes, Nobiles & Magistratus Sæculares optimas quasque Monasteriorum possessiones, bona & thesauros sibi aut Civitatum usui successivè tribuebant. Et sic de nostra Provincia Rheno-Suevica Conventum Bernensem, Basileensem, Müllhusanum, Tigurinum, Constantiensem, Rappolswilanum, Argentinensem, Weissenburgensem, Heidelbergensem, Alzeianum, Pfortsheimensem, Tübinganum, Eslingensem, Angelimontanum, Pappenheimensem perdidimus: Solis Friburgensibus tam Helvetiæ, quàm Brisgojæ, Brisacensi, Hagenoënsi & Moguntino servatis. Alii enim Conventus, Colmariensis, Landaviensis, Wilanus, Gamundianus, Lavinganus, Spirensis, Wormatiensis, Fridbergensis, Oberndorffensis posteriori tempore etiam aut omnino nobis erepti, aut saltem mutilati fuère in spatiis & reditibus, prout in sequentibus passim dicetur. Memminganum & Mündelheimensem tunc ad Bavaros

per-

pertinentem, sæculares pariter receperunt in sua. Uttenwilanus tunc adhuc Conventus Generalis, utcunque servabatur. Erfurtense Cœnobium ad Saxones Lutheranos rapiebatur. Münrestadianum expilavit & evertit rusticana rebellio, Herbipolense unicum remansit è floridissima Thuringo-Saxonica Provincia.

Celebrabatur quidem anno 1529. Spiræ Conventus Ordinum Imperii de expeditione in Turcas & pace Religionis, ubi quoad Religionem decretum fuit: ut edictum Wormatiense de anno 1521. observaretur; sed contra illud Joannes Elector Saxoniæ, Philippus Landgravius Hassiæ & alii Principes solenniter protestabantur; Unde & Protestantium usque hodie nomenclatura. (Spontan. Auctuar. in annal. Baronii.) Insuper hi Principes Lutherani Augustæ in Comitiis Confessionem suam anno 1530. offerunt, quibus anno 1534. Dux Würtenbergiæ Ulricus, obtentâ victoriâ prope Lauffen, anteàper 16. annos exul, Ducatui restitutus, abactis omnibus Religiosis fœdera jungit.

E rebus his ac temporibus perturbatissimis tacenda non est boni Viri Joannis Oster Prioris Memmingani constantia, qui ab anno 1523. usque ad annum 1531. tam blanditiis, quàm minis angariatus fuit à Magistratu, ut venderet cederetque Jura Monasterii, & cum suis Confratribus ad nuptias transiret; Stetit autem, ac steterunt cum ipso etiam juniores Conventuales fortiter adversùs carnem & mundum, civitatémque primitùs sectæ Zwinglianæ, dein Lutheranæ sese subscribentem secuti sunt minimè. Quas propterea injurias, quæ opprobria, quam famem, tribulationes & angustias sustinere debuerint, scriptotenus Memmingæ reliquit ipse Joannes Prior, ex quo ista refero. Viri sanè ob continuam & tot annorum luctam plus quàm Martyres, ideóque perenni memoriâ digni! Præter Joannem Oster Priorem vocabantur Bartholomæus Rottenberger, de quo inferiùs recurret mentio, & Christianus Steckenrieth, Conventuales ambo. Durante hâc persecutione à Magistratu Memmingano sub prætextu hostilis in-

festationis metuendæ Monasterium nostrum ad S. Nicolaum extra Civitatem reclamantibus Patribus in direptionem datum, temerariè effractum, Sacris vasibus & campanis expoliatum, & in Cœmeterium Lutheranorum commutatum fuit anno 1527. Erat in illius loci Ecclesia erectum sarcophagum & ossa S. Godhardi, Chorus dedicatus S. Michaeli Archangelo, Sacellum habuit B. Mariæ Virgini sacrum, Altaria fuerunt S. Galli, S. Catharinæ, & S. Crucis. In eversione ista magnum thesaurum inventum sustulerunt aggressores. Ecclesia in longitudine habuit pedes geometricos 134. multi Nobiles ibidem jacebant tumulati, erátque Parochia Præposituræ seu Monasterio incorporata. Dirutâ hàc Præpositurâ, Priorem & Conventuales potenter tentârunt ad extradendas claves, Templíque pretiosa cimelia & Monasterii utensilia; sed Sacer Cœtus flecti nescius iniquissimâ tandem violentiâ spoliatus & dissipatus est anno 1531. (Suevia Ecclesiast. & Protoc. Memming.) Exules Ottenburi apud RR. PP. Benedictinos, quibus fœdere certorum in morte Fratris Suffragiorum juncti sumus, latitâsse, traditur. Ibidem fortè obiit Venerabilis P. Joannes Oster ad requiem & præmia æterna, perseverantibus in bono, promissa.

Alios de nostris Patribus complures, sicut oves in medio Luporum ac hædorum vixisse, in aliis quoque hæresi jam infectis Civitatibus manutentæ nec derelictæ possessiones Conventuum, ut sunt Landaviensis, Spirensis, Colmariensis, Fridbergensis, &c. haud parum innuunt. Etsi ob plurimas temporum injurias ex devastationibus, expilationibus, combustionibus, bellorum furiis, si quæ Scripta de his etiam posteritati commendata fuissent, è Conventibus perdita iêrint.

De Constantia Nostra id ferme contigit, quod de Memminganis Nostris, summa enim inedia vexati ab hæreticis compulsi sunt ire ad Franciscanorum Conventum, ut sic saltem se conservarent unitim. (Chron. R. D. Bidermanni) Et ajunt, Patrum nostrorum quendam post defectionem Civitatis illius à fide Catholi-

li-

licâ aliquamdiu adhuc latitâsse in domo Bezerina Franciscanorum Ecclesiæ contigua: quem deinde, quòd falsis dogmatibus timerent contradicentem, atque fidem avitam si non palam, saltem apud bonos privatim deprædicantem, contumeliosè fecerint è Civitate extorrem. Potuit iste verisimiliter fuisse P. Jacobus Ludwig, de quo in Capitulo anno 1548. fit mentio incorporationis P. Jacobi Constantiensis ante annos tredecim factæ ad Conventum Colmariensem, in quo posteà adhuc Officium Prioris tenuit. Pauca autem quædam de Paramentis Ecclesiæ Constantiensis Stockachii servata fuisse à Nostris, documenta ibidem perhibent.

De Lavingano nostro Cœnobio, quod cum omnibus proventibus anno 1540. Senatus Lavinganus sibi attraxit, habemus: qualiter ad alendos Patres adhuc superstites, Georgium Fronmüller, Nicolaum Rous, Simonem Froner quousque vixerint, promissio facta sit, sed in Religionis odium illos suffocatos, ossea cadavera Religiosum habitum adhuc induta, & in latrina post restitutionem Monasterii inventa, non obscurè probant. (Suevia Eccles. Petri Wettenhus.)

In Spirensi Conventu tantæ pietatis exemplo, & literarum peritiâ excelluisse Nicolaum quempiam, affert Herrera citatus ab Elssio, ut adhuc anno 1529. die 7 Aprilis Episcopus & Suffraganeus Spirensis creatus fuerit, & quia Nicolaus Schimer Spirensis Conventûs Prior anno 1526. extitisse, in quodam contractu ad dictum annum Wessenburgi confecto, legitur, hic ipsus vel Nicolaus Schomberg, de quo supra mentionem dedimus, erit, quem Pontificalis Mitra ornavit.

Duos specialiter adhuc memorari oportet, qui generoso Spiritu robur Zelúmque suum sanctum contra Hæresiarchas hujus temporis fecerunt commendabilem. Primas tenet ætate & Magisterio Bartholomæus Arnoldi, de Usingen oriundus, cujus præconium Joannes Curio epistolâ præfixâ ad Epitomen totius Philosophiæ naturalis editione secunda, facta Erfordiæ anno 1543

ad

ad R. D. Nicolaum Hopfnerum Abbatem Homburgensis Cœnobii refert his verbis: *Vir in nullo non disciplinarum genere exercitatissimus, & in conciliis prudentissimus, adeò, ut à Summis Christiani Orbis Monarchis sæpius gravissimis negotiis discutiendis adhibitus fuerit. Pietas verò, sanctimonia vitæ, & morum probitas in eo, dum viveret, tam illustres extiterant, ut modò hâc vitâ corporali functus, Divorum Catalogo adscriptus credatur. De multijuga eruditione hic, quod attinet, dicere! cui illa ex pluribus ejus operibus cùm Sacris (erat enim Theologiæ Professor) tum profanis adhuc extantibus non manifestissima? benignitas verò in juvandis & provehendis ingenuorum puerorum studiis non obscura, sed cuivis obvia & exposita &c. quo studio ejus opera à Bibliopolis coëmpta & divendita, ubi primùm fuêre edita, ita ut compendium Philosophiæ, cujus prodierunt ultra 2000 exemplaria, nullum brevissimo tempore esset comparabile?* Hucusque prædictus Curio. Totis nempè triginta annis in floridissima tunc Academia Erfordiensi se versatum fuisse, ipse Bartholomæus in libris suis testatur. Scripsit ibi regulas & figuras constructionis cum vitiis Grammaticalibus. Libellos Scholasticos, Logicæ totius compendium, quod habemus Herbipoli. Parvulum Philosophiæ naturalis, sive interpretationem per figuras & tabulas in Epitomen Physicæ tribus tractatibus absolutum &c. Dum Lutherus à veritate Catholica declinâsset, calamo & linguâ primus Hæresiarcham persecutus est. Inde versus de Usingo aliquandò Herbipoli apud nos ad ejus effigiem in Refectorio positam legendi erant:

Olim me Luther sit Præceptore Magister,
Fit simul & Frater Religione mihi.
Deseruit sed ubi documenta fidelia Doctor,
Detexi Primus, falsa docere Virum. (Milens.)

Scripsit propterea librum 1. de falsis Prophetis tam in persona, quàm in doctrina vitandis à Fidelibus. De Prædicatione Evangelii, quibus scilicet conformiter debeat Evangelium prædicari. De Cœlibatu Sacerdotum Novæ Legis contra sacrilega Sacer-

R. P. Bartholomæus Arnoldi
de Usingen, Ord: Erem: S. Augustini famo-
sus Erfurti S. Theol: professor, primus Lutheri
et Sectariorum ejus tam ore, quam Calamo
Antagonista. Obiit septuagena-
rius Herbipoli Ao. 1532.

cerdotum connubia. De merito bonorum operum. De tribus necessariis ad vitam Christianam, scilicet de gratia, fide & operibus. De purgatorio per scripturam & rationem probato, & de liberatione animarum ex eo per suffragia vivorum libellum Herbipoli anno 1527. impressum. Refutationem eorum, quæ scripsit Lutherus in rebaptizantes Coloniæ anno 1529. impressam. Opus insigne de Missa stabilienda. De invocatione Sanctorum. Confutationem Serm. Lutheri de Nativ. B. M. V. Confutationem Serm. Lutheri super *Salve Regina.* Confutationem Serm. Ægidii Mechler Franciscani apostatæ. Librum, in quo respondet nebulis Culsameri apostatæ, quondam Parochi in Gogsheim prope Schweinfurth. Collectanea duo Sermonum in omnia Festa B. Mariæ Virg. & Dominicas. De Sacramentis librum polemicè scriptum in 8vo. Item l. in 4. libr. Sentent. necdum impressum. De his & aliis ejus libris Bibliotheca nostra Herbipolensis magnum habet thesaurum. Anno 1522. ipso Festo Petri & Pauli Apostolorum Sermonem habuit Usingius Erfordiæ in monte S. Petri de Ecclesia Catholica. Thema fuit: *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam,* Matth. 16. Sermonis erant duæ partes: 1ma, quòd Ecclesia sit Congregatio fidelium in recta fide & Sacramentorum Societate. 2da, quod Petra, super quam dixit se ædificaturum Ecclesiam, sit Petrus. Hunc sermonem Forchemius juvenis, ingratus Usingi discipulus, audax Prædicans mox alterâ die è suggestu convitiis & furiosis calumniis tentavit refellere ad ravim usque: qui autem post paucos dies ad reddendam rationem morte abreptus est.

Anno 1523. dum in monte B. M. V. Erfurti concionabatur, in cujus Collegiata Ecclesia diu tanquam Ordinarius è Cathedra dixit, acriùs invectus est in conniventiam utriusque Magistratûs Ecclesiastici & Sæcularis, atque in perfidiam apostatantium & sacrilegè nubentium Clericorum & Monachorum, afferens factum de vitulo, qui dicto anno monstrosè cum cucullo lacerato nascebatur, ipsumque in concione apostatis applicabat.

Prædixit jam illo anno, quantam jacturam suâ conniventiâ & cunctatione Præsides, Principes & Magistratus inferant Reipublicæ Christianæ, cui serò suppetias ferre frustra conabuntur. Prædixit & Rebellionem Rusticanam pro libertate suscitandam, quæ non post longum temporis intervallum erupit in flammas. Culsamerus, Mechlerus & Langus apostatæ volebant illum de ponte in fluvium Geram projicere. Solicitabant eum, ut consentiret factis eorum, sed in consilium malignantium venire noluit. Multi utriusque sexûs (ut ipse scribit) lapides & stercora minati sunt ei, ut à prædicatione Verbi Divini absterrerent, sed ipse non timuit contemni, contumelias pati, persecutiones sustinere, immò & sanguinem fundere pro Fide Catholica & Ecclesia Sancta Dei.

Ita fortiter perstitit Vir jam sexagenarius annorum, quâ ætate vegetiorem se Dei beneficio & Sanctorum intercessione vivere in quodam Sermone contra Monachos nubentes testatur, quàm dum fuerat quadragenarius. Erat nempe populo Dei adhuc necessarius. In gravi hac ætate sine remuneratione, & adhuc durè habitus, gratis per tres annos Verbum Dei prædicando, Novatoribus obstitit, uti testatur ipse in refutatione Culsameri. Hannerus Noricus Præsuli Herbipolensi molitus est anno 1526. de Conciliis & Ecclesia Orthodoxa falsa quædam persuadere; Usingus Erfurtum relinquens Franconiæ succurrit, illius technas detegit, libellum adversus Novatorem scribit, ac dedicat Principi & Episcopo Herbipolensi Conrado de Thüngen, quem libellum Author ita concludit: *Hæc semel dixisse satis est, nihil amplius addam. Anno 1526. die Mercurii post Matthiæ pridie Calend. Martias, quo die maxima inundatio Mogani apud Herbipolenses.* Habetur hic descriptus & compactus in octavo nondum impressus, alii autem in 4to sunt Herbipoli, Erfordiæ impressi per Joannem Canappum. Scripsit etiam ibi Concionale anno 1529. in omnia Festa & Dominicas per annum: quod opus, sicut & de cæteris præcitatis plures elucubrationes typo tradere ob temporis bre-

vi-

vitatem & laborum copiam non potuit. Ipsum Bartholomæum Usingium in visitatione omnium Cœnobiorum Diæceseos Herbipolensis adhibitum fuisse, Sermones propriâ ipsius manu conscripti & Herbipoli extantes testantur. (M. Sc. Petermann.) Augustinus Marius enim Pro-Episcopus Herbipolensis ad illud munus Usingium quondam Magistrum suum ex pietatis ac fidei Zelo, prudentiæ judicio, & rerum agendarum peritia aptissimum fore agnovit, cui etiam post obitum gratitudinis causâ in antiquo Refectorio Herbipoli effigiem pro memoria pingi, ac poni curavit cum subscriptione: *Bartholomæo Arnoldi Usingo Augustiniano Theologo, Augustinus Marius Theologus, Doctor, Saloniensis Episcopus p. p. p. p. discipulus.* Quæ quatuor p. Milensius in suo alphabetho optimè interpretatur significare: *propter pietatem pingi præcepit.* Piam autem & fidelem animam exhalavit Bartholomæus noster Herbipoli, ubi in antiqua nostra Ecclesia ante ejus renovationem ad Altare S. Nicolai Tolent. erectum habuit lapidem, cui hæc insculpta: *Mnemosynon Religiosi Patris Bartholomæi de Usingen, Theologi integerrimi, Ecclesiæ contra Lutheranos invicti propugnatoris, hic locatum anno 1532.*

IHS. MRA.

„Anno 1532. quinto Idus Septembris mortem obiit Eximius „Vir Bartholomæus Arnoldi de Usingen, Sacræ Theologiæ, „atque Augustinianæ Religionis Professor, acerrimus hâc tempestate adversus Catholicam Religionem sentientes impugna„tor, cujus anima requiescat in pace. Amen. (Milensius in „Alphab.)

Usingo fortitudine, constantiâ & assiduitate contra quoscunque fidei adversarios pugnandi, minor non fuit jam prælaudatus Augustinus Marius, Sacrarum Literarum versatissimus, antehac Usingi discipulus, & Lutheri condiscipulus. (Crusenius in Monast.) cujus damnatas novitates detestans, infinitis laboribus ac periculis tuendæ veræ fidei & Religionis causâ se devovit: dignis-

gnissimus & aptissimus, quem Pastorali Pedo munitum pro servandis ovibus & abigendis lupis optimi Præsules Herbipolensis, Frisingensis & Basileensis Philippus de Gundelsheim Franco in variis fidei concertationibus Luthero, Oecolompadio & Zwinglio opposuerunt. Creatus enim à Leone X. Episcopus Saloniensis successivè trium Herbipolensis, Frisingensis & Basileensis Diœcesium egit in Pontificalibus Suffraganeum. Certè, quantùm Providentia Divina consolata est Ordinem Augustinianum in supremo mœrore ex tot Religiosorum & Monasteriorum damnis & ruinis, quas passus est in Germania, & posteà in Anglia: dum non solùm eodem die & anno, quo scelestissimus Lutherus Monachum exuit, Venerabilem Thomam Villa-Novanum, Virum consummatæ virtutis per Sacram Professionem, Augustinianæ Familiæ consignare voluit, (Crusen. in Monast.) sed etiam in vicem totius ferme Septentrionis hæreticæ pravitati cedentis, ad Regna Mexicanum, Peruanum, Hispaniam novam, aliàsque tam Indiarum Occidentalium, quàm Orientalium Regiones ferventissimos sui Divini Verbi Præcones Ordinis nostri illuc ex Hispania & Lusitania destinavit, quorum fervore & labore sancto ædificatis novis & plurimis Cœnobiis Eremitico-Augustinianum Ordinem magis ibi reflorescere fecit, quàm in Germania perdidit. Tantùm honoris reddidit Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ, cùm Augustinum Marium S. T. Doctorem jam anteà Frisingensem Pro-Episcopum substituisset Basileensi Pontificali Officio & Canonicorum ibidem Collegio, de quo Tillmannus Limperger Episcopi Basileensis Suffraganeus, & antehac Provincialis Rheni & Sueviæ, modò juxta annorum computationem prope septuagenarius, anno 1526. fuerat expunctus. (Basilea Sacra à Brundrut. Coll. S. I. congesta) Istum porro Augustinum Marium tanquam Suffraganeum Herbipolensem in hac Franconiæ Metropoli mortuum, & in Cœnobio Cellensi S. Norberti sepultum jacere, certum est. Scripsit Illustris iste Marius adhuc Prædicator Basileæ libellum contra rebaptizantes germanico idiomate, quem habemus

Her-

Herbipoli in parvo 8vo. R. P. Ignatius Gropp in ſua collectione Scriptorum & rerum Würceburgenſium fol. 301. refert: Auguſtinum Marium fuiſſe Ordinis Canonicorum Regularium S. P Auguſtini. Quod probat ex libro, qui habetur in Monaſterio Cellæ Dei ſuperioris, in quo verſus legendi:

Lothera quem gignit, quémque educat Ulma puellum,
Venga facit Sacrum Religione Virum.
Erudit, inſignémque videt quem docta Vienna,
Quique Ratisbonæ ſemina ſpargo Dei;
Hoc tibi deſcribor dubio pictasmate Lector,
Unica cui Chriſtus, cætera vana, ſalus.

Ex his deducit: Auguſtinum fuiſſe Canonicum Regularem Wengenſem in Civitate Ulmenſi. Verùm, quia iſti verſus vix ab ipſomet Auguſtino Mario ſcripta fuerint, eò quòd Vir tam pius & prudens non ſibimet ipſi propriam laudem *Inſignis* dederit. Et noſtri Scriptores Hiſtorici ſint antiquiores; immò Milenſius jam illum inter Noſtros ponat, qui Alphabetum Ordinis edidit ad initium Sæculi decimi ſeptimi, & vix à quinquaginta poſt obitum Marii annis: certúmque habeatur ex effigie & ſuppoſitis à Mario, quòd fuerit Uſingi Diſcipulus, verbis, quæ Milenſius priori ſæculo propriis oculis Herbipoli in Icone vidit & legit; ideò celeberrimum Marium Ordinis Confratrem fuiſſe, meritò cum noſtris Scriptoribus conſentimus. Nec obſtat, quòd ſepulturæ corpus ſuum non dederit ad Eccleſiam noſtram, ſicut tamen fecerunt Bertholdus Epiſcopus Zygenſis & Joannes Epiſcopus Tycopolenſis, pariter Confratres & Suffraganei Herbipolenſes. Nam etiam Nicolaus Friez Epiſcopus Tripolitanus & Suffraganeus Baſileenſis ex Ordine noſtro, quem honorabat uſque ad mortem, attamen corpus ſuum non in Noſtra ſed in Eccleſia Cathedrali Baſileenſi voluit ſepeliri. Et conceſſo quòd primitùs fuerit Marius Regularis Canonicus, potuit mutâſſe, ùt tunc ſæpe fiebat, vitam pro ſtrictiori obſervantia: nam etiam ipſe illius Mgr. Uſinger, anteà jam Clericus, ùt teſtatur in lib. 3. contra Nebulas Culſameri,

in senecta vitam nostram Monasticam de observantia ingressus est.

Conradus Treer autem intereà ut nihil omitteret, quo suæ Provinciæ auxiliaretur, conscripsit Capitulum anno 1538. Spiram: in quo, ùt supra memoravimus, cum Patribus Lectoribus & Prioribus Michaële Dilweg, Joanne Hoffmeistero ad hoc Capitulum speciatim vocato, & Joanne Griswein Priore in Fridberg ad memoriam revocavit, ut Cultus Divinus juxta Sacræ Romanæ Ecclesiæ Ordinationem, & Horæ Canonicæ tam diurnæ quàm nocturnæ cum cursu B. Mariæ Virginis statutis horis distinctè, legaliter ac devotè persolvantur. Item ne suspecti de Lutherana hæresi ad Colloquia permittantur. Demum Conradus post durissima quæque certamina pro Christi nomine, pro Ecclesiæ pace, pro Sedis Apostolicæ firmitate, atque Ordinis & Provinciæ Statu perpessa Friburgi Helvetiorum Sexagenario major ex Patria terrestri ad æternam evolavit anno 1543. die 25. Novembris. Et passim dicitur obsessos à Dæmone ad Sepulchrum illius, quod in medio Chori Ecclesiæ nostræ ad speciem marmoris tanto Patri confectum est, stare non posse. Lapis iste sepulchralis hanc inscriptionem habet: *Conradus Tregarius Prior Provincialis, Theologiæ Doctor, hujus Conventus filius obiit 1543.* Insignia ejus sunt Calix cum patena & Hostia erecta, infra calicem tria corcula. Hujus celeberrimi Viri effigiem antiqua pictura bellè repræsentat Friburgi Helvetiorum & Moguntiæ in Provincialatu subscriptos habens versus:

Quam vocat ad fidei pugnam, mox passa ruborem
Tregario palmam Zwinglia Berna dedit.
Risit Friburgum, quòd Religionis avitæ
Romanæ reduci fœdera sacra dicat.

Suam nempe Friburgum Uchtlandiæ cum vicinis Oppidis conservationem in Catholica Fide Tregario nostro adscribunt. (Nostri passim.) Quamvis eidem post triginta & ultra annos pro roborandis & confirmandis in fide Helvetis Friburgensibus haud segni-

ſegniorem fuiſſe, immò verò laboràſſe ſtrenuiſſimè Petrum Caniſium S. I. facilè conſentiamus. (Bucelin. in Chronol.)

Intereà Ordinis Comitia celebrata ſunt anno 1538. Veronæ, ubi Gabriele Veneto defuncto in ejus locum Prior Generalis ſuffectus eſt Joannes Antonius Veronenſis. De noſtra mutilata Provincia nullus intereſſe potuit.

Anno 1539. Joanne Antonio Veronenſi Officium ſuum poſt ſeptem menſes complente, Neapoli in Generalibus Comitiis pro Capite Ordinis eligebatur Hieronymus Seripandus; ubi teſtante Pamphilo aderant plùs quàm mille & centum Ordinis Patres. Et tamen ex tota Germania, proùt ex aliis non levibus cauſis conjecturari licet, vix unus aut alter illuc acceſſerit. Unde colligendum, quantùm Clementiſſimus Dominus Deus Auguſtinianum Ordinem in India & nova Hispania repullulare fecerit.

Aguntur iterum Comitia Ordinis anno 1543. Romæ, in quibus Hieronymo Seripando in aliud quadriennium Magiſtratus prorogatus eſt. In hoc Conventu actum fuit de revidendis & examinandis antiquis Conſtitutionibus, quæ non videbantur his noſtris temporibus convenire: Ad hoc munus obeundum deputati ſunt tres de Italia, unus de Gallia, & unus de Hispania. (Pamphil. in Chronicis Ord:) De Germania nullus ſpecificatur à præmentionato Pamphilo. De noſtra Provincia mirum non eſt neminem illis Comitiis Ordinis interfuiſſe, dum vix paucas adhuc Poſſeſſiones manutenere potuerant pauci reſtantes Patres; inter quos tamen præcipui nempe Conradus Tregarius, Melchior Rodelius, & Chriſtophorus Fiſcher alternis vicibus, quantùm per paupertatem & adverſantium ſæcularium dubiam ſecuritatem fieri licuit ac potuit, colloquebantur in Congreſſibus ſæpiùs habitis, ne penitus Provincia interiret: cui principaliter quoque aſtitit Joannes Hoffmaiſterus nunc laudandus.

XXXII.

IOANNES HOFFMAISTERUS Alſata Colmarienſis, Juvenis admodùm voto Religionis Auguſtinianæ ſeſe obſtrinxit. Hunc Ab anno 1540 usque ad 1547.

me-

meritò post Tregarium immediatè ponimus Antistitem Provinciæ Rheno-Suevicæ, quòd is & non alius intermedius ab ipsomet Reverendissimo P. Generali Seripando constitutus legatur Provincialis. Quamvis enim Melchiorem Rubelium anno 1527. in Capitulo Colmariensi tunc temporis celebrato, Vicarium Provincialem ac Rectorem positum fuisse imò usque ad annum 1538. quo Conradus Tregarius Officium reassumpsit Spiræ, Vicarium permansisse computus Provinciæ, quem de paucis adhuc restantiis dedit Melchior Rubelius, probent; idémque demonstrârint fenestræ antiquæ, quas suâ ætate post sesqui Sæculum Conradus Wagenhauser in Prioratu Friburgi Brisgojæ, repræsentantes figuram Eximii P. M. Melchioris cum illa titulatura, & anno 1531. subsignato, adhuc habuit; attamen quia Seripandus Generalis in literis ad nostrum Hoffmaisterum datis die 13. Februarii anni millesimi quingentesimi quadragesimi tertii scribit, nullam Provinciæ Rheno-Suevicæ apud Ordinem memoriam per decennium & amplius extitisse, (Milensius in alphab.) sic fieri quidem potuit, ut Melchior Röttelin vel Rubelius tanquam Vicarius Provincialis, ipso Tregario anteriore Provinciali pro Universæ Ecclesiæ bono in Germania labores suscipiente, intereà parvum restantium Fratrum gregem servare in Fide & Monachismo curaverit, nullâ hujus Vicarialis Officii insinuatione Seripando factâ. Proinde post obitum Tregarii notitiam modò iterum hic Seripandus acceperit per Eximium P. Joannem Hoffmaisterum de Statu, paucísque reculis Provinciæ Rheno-Suevicæ, cui propterea respondens adhuc gratulatur, quòd eâ tempestate, quâ Lutherus cucullo abjecto vel suos fecit, vel palantes monachos, superesse quidquam de dicta Provincia intellexerit. Eam igitur ex Decreto Capituli Generalis de illo anno 1543. declarat, esse absolutam à Collecta solvenda, cujus absolutionem ob injurias temporum, & egestatem Conventuum forsan Hoffmaisterus in literis ad Seripandum Generalem datis petiit. Fuisse autem jam antea Hoffmaisterum Provincialem, testatur præcitatus Milensius, dum pauca de Rheni & Sueviæ Provin-

vincia fol. 263. refert in ſuo Alphabeto. Ætate præmaturâ & anno obtentæ Præfecturæ incerto, certa dedit Hoffmaiſterus maturæ Sapientiæ, pietatis ac Zeli ſui indicia, Doctor & Concionator eruditione ac facundiâ præſtantiſſimus. Is, cùm præter Magiſterium Provinciæ Catholicus Præco Summi Templi Cathedram Wormatiæ tenuiſſet, impetravit anno 1545. die 18. Maji à Carolo V. Imperatore Decretum conſervatorium Ordinis D. Auguſtini Provinciæ Rheno-Suevicæ, quo decreto ſub interminatione disgratiæ & pœnæ 50. marcarum puriſſimi auri Auguſtiſſimus mandabat, ut, ſi quæ Monaſteria ſive per defectionem, ſive emortiſationem, ſive alio titulo in noviſſima Rebellione Ruſticana vel alia Religionis ſecta Ordini adempta eſſent, denuo reſtituantur, diruta Monaſteria reparentur ac reædificentur, Novitii, quos Sectarii ab ingreſſu Monaſteriorum abſterrebant, recipiantur. Mandatum Cæſareum eſt tenoris jam ſequentis:

Wir Carl der fünffte von GOttes Gnaden, Römiſcher Kayſer, Mehrer des Reichs in Germanien, zu Hiſpanien, beyder Sicilien, Jeruſalem, Hungarn, Dalmatien, Croatien ꝛc. ꝛc. König, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgund ꝛc. Graf zu Habsburg, Flandern und Tyrol ꝛc. ꝛc.

Entbiethen allen und ieden, Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen Prälaten, Frauen, Freyen, Herrn, Rittern, Knechten, Hauptleuthen, Land-Vögten, Vicedomben, Vögten, Pflegern, Verweſern, Ambtleuthen, Schuldtheyſſen, Bürgermeiſtern, Richtern, Räthen, Bürgern, Gemeinden, und ſonſt allen andern Unſern und des Reichs Unterthanen und Getreuen, in was Würdten, Standtß oder Weſen ſie ſeyn, den dieſer Unſer Kayſerlich Brief, oder glaubwürdig Abſchriffe davon zukommt, oder damit vermahnet und erſucht werden, Unſer Freundſchaft, Genad und alles Gutes.

Hochwürdig, Ehrwürdig und Hochgebohrn, Lieb, Freund, Neven, Ohaimen, Churfürsten und Fürsten, Wohlgebohrn, Edel, Ehrsam, Lieb, Andächtig und Getrewen.

Uns hat der Ehrsam, gelehrt, Unser lieber andächtiger Johann Hofmaister Lehrer der Heiligen Geschrifft, Provincial St. Augustini Ordens im Land zu Schwaben und am Rhein, für sich selbst, und von wegen aller anderer jetztgemelts seines Ordens-Prälaten und Prälatin mit Klag fürgebracht, wie daß bißher seines Ordens-Clöstern im Land zu Schwaben und am Rhein bey jetzo langher gewesenen sorglichen und gefährlichen Läufften, und insonderheit der schwebenden Irrung halben unseres heiligen Christlichen Glaubens allerley Beschwörungen begegnet seyen, und noch täglich zuständen, also daß demselben Mann, und Jungfrauen Clöstern an stattlicher oder doch notthürfftiger Besatzung oder Erhaltung ihres und seines Ordens, an Auffnehmung Junger Ordens-Leuthen und anderer Personen nit geringer Abgang und Mangel, und daraus etwa erfolgte, daß die gemelte Ordens-Personen gar aussterben, die Gotts-Häuser und Clöster öde und in Abfall gerathen und kommen, zudem auch nit wenig Ursach gebe, daß man seines Ordens-Clöster deßgleichen derselben Traidt, Gebäw, notthürfftiglich durch die Ordens-Personen oder ihre Befehlhaber zu erbauen, einzunehmen mit kauffen, verkauffen, und zu verkauffen, oder in ander Weg zu ihren Nutz anzuwenden, nit allwegen gestatten, noch ihre Clöster Renthen, Gülten und einkomen folgen, und sie derselben niesen und gebrauchen wöllen lassen, darzu wiewohl etliche derselben Clöster, in jüngster bawrischer Empörung mit villen Beschwerdten belegt, und ihnen ihre Register, Rottel, und Zinß-Brieff entwert, beschädiget, und vil derselbigen Clöster ohne daß gantz arm seyn, so werden ihnen doch offtermahls frembde Personen in ihrer Kost und Liefferung zu unterhalten auferlegt, welches alles denselben seines Ordens-Clöstern zu nicht geringer Beschwärdt, Nachtheil und Verderben reichte, und Uns darauf demüthig angeruffen und gebetten, daß wür ihme und seinem

Or-

Orden hierinn mit Unser Kayserlichen Hülff zu erscheinen gnädiglich geruhet.

Dieweil Uns dann als Römischen Kayser Obersten Vogt, Handhaber und Beschürmer der heiligen Christlichen Kirchen, und alles Christlichen Standts, billig Einsehens und Handhabung hierin zu thuen gebührt und zustehet, deß auch gäntzlich gemeint seyn;

Demnach so haben wür mit wohlgedachten Muth, guten Rath und rechten Wissen erklärt, gesetzt und geordnet, erklären, setzen, ordnen und thuen daß hiemit von Römischer Kayserlicher Macht wissentlich in Krafft dieses Briefs, also daß nun hinfüran die obgenanten Provincial, Prälaten, Prälatin, und ihr Nachkommen, deßgleichen ihres Ordens Mann- und Frawen-Clöster, wo und an welchen Orthen und Enden die gelegen seyn, und sonderlich im Land zu Schwaben und am Rhein, in dieselben ihr Clöster ihrer Gelegenheit und Nothdurfft nach Ordens-Personen aufnehmen, und wo derselben Clöster eins oder mehr ausgestorben oder sonst in Abfall kommen wäre, daß oder dieselben wiederumb mit Ordens-Personen ersetzen, auch dieselbe ersetzten und alle andere des gedachten Ordens Clöster und Leute solche ihre verfallene oder zerstörte Clöster wiederumb aufbawen, dieselbe samt ihren Gezirckh und Begriff, so ferne sich die erstrecken, ohne männiglich Verhinderung zu haben, bewohnen, geruehiglich dabey bleiben und gelassen, auch denselben Clöstern und ihren ordentlichen Prälaten und Prälatin, oder wen sie an ihrer statt verordnen, alle derselben ihre Clöster, Rehnten, Zinß und Gülten, auch Ober- und Gerechtigkeiten, wo und an welchen Orth die allenthalben gelegen, und ihnen von Alters und mit rechten Titeln zugehörig, und sie deren in possession vel quasi gewesen und noch seyn (unangesehen daß sie die Zinß-Brieff, Register und Rottel, so ihnen, als obstehet, in jüngster bawrischer Aufruhr entwert seyn) von männiglich einfordern, empfahen, einnehmen und damit ihres Gefallens und Nothdurfft nach handlen, deßgleichen auch der gedachten ihrer Clöster, liegende Güetter, durch sich selbst, oder die ihren bawen einbampschen, verwalten, und mit den und allen andern ihren Gütern ihrer Notthurfft und Gelegenheit nach mit Kauffen, Verkauffen, Verän-

ändern, und in ander Weg, wie solches ihnen von gemeinen beschriebenen, geistlichen und weltlichen Rechten, auch ihres Ordens Satzungen und Statuten, und nach laut und Vermög derselben erlaubt und zugelassen ist, handtlen, thuen und lassen, auch aller und jeglicher Beschwerden und Bürden, so ihnen in jüngster bayrischer Auffruhr aufgetrungen seyn, nun hinfüran gäntzlich enthebt bleiben, und mit diesen auch anderen Beschwerden, frembde Personen in ihrer Kost und Liefferung zu unterhalten nit belästiget, noch die anzunehmen schuldig seyn, auch darzu nicht getrungen oder gehalten, noch hierüber durch jemands beschwert werden sollen in keine Weise.

Und gebiethen demnach euch allen, und einen jeden insonders, so mit diesen Unsern Brieff oder glaubwürdiger Abschrifft davon, ermahnt und ersucht werden, von Römischer Kayserlicher Macht bey Vermeydung Unser und des Reichs schweren Ungnadt und Straff und darzu einer Pön, benantlich fünfftzig Marckh löthiges Golds Unshalb in Unser, und deß Reichs Cammer, und den anderen halben Theil gedachten Provincial, Prälaten, Prälatin, Ordens-Leuthen und Clöstern, so hiewieder beleydigt oder beschweret würden, ernstlich und vestiglich mit diesen Brieff, und wöllen, daß ihr und ein jeder diese unser Erklärung, Ordnung und Satzung alles ihres Innhalts, steth, vestiglich, und unverbrechentlich haltet, und gedachten Provincial, Prälaten, Prälatin und Ordens-Leuthen zu ihrer Gelegenheit, Ordens-Personen in ihre Clöster aufnehmen, die Clöster so ausgestorben, oder in Abfall kommen seynd, wiederum mit Ordens-Leuthen besetzen, dieselbe ersetzen, und alle andere ihres Ordens Clöster und Gottes-Häuser erbauen, und mit allen ihren Bezirckh und Begriff bewohnen und innen haben, den ordentlichen Geistlichen Prälaten und Prälatin oder ihren Befelchhabern aller ihrer Clöster-Renthen, Zinßen und Gülten, auch Ober- und Gerechtigkeiten, wo und an welchen Enden die allenthalben gelegen, und ihnen von Alters und rechtmäßigen Titel zugehörig, und derselben in possession oder quasi gewesen und noch seynd, unangesehen daß sie ihr Brieff, Rottel und Uhrkuhndt darüber sagend, so ihnen, wie obstehet, entwendt worden, nit darlegen könten, ohne alle Entgeltnuß

nuß und Abgang zustellet, einantwortet, reichet und folgen lasset, und solches alles bey den euren zu geschehen verschaffet, auch dieselbe Ordens-Leuth ihrer Clöster liegende Gütter, durch sich selbst oder andere ihre zugehörigen zu bauen, innhaben, zu besitzen, und mit denselben auch anderen ihren Güttern, Renthen, Zinßen, Gülten und Einkommen ihrer Nothdurfft und Gelegenheit nach, und wie ihnen solches Vermög der Rechten, und ihres Ordens Statuten und Satzungen vergünnt und zugelassen ist, zu handlen, zu thuen, und zu lassen gestattet, die auferlegte Beschwerung der bawrischen Aufruhr, auch frembder Personen halber, die mit Atzung oder Liefferung zu unterhalten, gäntzlich abschaffet, und hinführan mit solchen, noch anderen dergleichen Beschwerungen und Bürdten nit bemühet, belästiget, noch beschweret, noch jemandts anderen zu thun gestattet, auch euch in diesen allen nit ungehorsamb, säumig noch anderer Gestalt erzeiget und haltet, als lieb einem jeden sey obberührte Pön und Straff zu vermeiden. Daran thun Ewer Freundschafft, Lieb, Andacht und Ihr Unser ernstlich Meynung.

Geben unter Unseren Kayserlichen aufgetruckten Insiegel in Unser und des Reichs Statt Wormbs am achtzehenden Tag des Monats May nach Christi unsers HErrn Geburth ein tausend fünff hundert und im fünff und viertzigsten, Unsers Kayserthums im fünff und zwanzigsten, und Unserer Reich im dreyßigsten Jahr.

Habentur hæ literæ Herbipoli in pergameno, sigillatæ & subscriptæ ab ipsomet Imperatore Carolo V., qui Hoffmaisterum ibi suum appellat Concionatorem Catholicum. Necesse fuerat, implorare Imperatoris subsidia & protectionem hoc tempore, quo nullum habuerunt Neoterici respectum ad Summum Pontificem, cujus Authoritatem potiùs ridebant, exsibilabant, & pessundare, si potuissent, non cessassent. Unde in Germania nostra simile Diploma sacrilegos ausus, si non omnino sustulit, saltem ad modum quendam restrinxit. Sic etiam

Illustrissimi Comites de Zimmeren plus æquo se rei domesticæ Oberndorffensis (tunc adhuc Monialium) Conventûs no-

ftri ingefferant, quibus fe viriliter oppofuit Joannes Hoffmaifterus, & Cæfareo mandato evicit, atque permovit eos, ut ab actionibus in damnum & præjudicium dicti Monafterii cedentibus defiiterint. (Authent. lit. Archiv. Herbip.)

Celebravit Hoffmaifterus Provincialis Capitulum Provinciale anno 1547. Hagenoæ, ubi reelectus faluberrima cum Patribus emanavit Decreta, inter cætera decreta funt, ut (verba Hoffmaifteri refero) Cultus Divinus à Ss. & doctiffimis Patribus noftris Prædeceſſoribus inftitutus more Eccleſiæ, adeóque juxta Ordinis præfcriptum fummo ftudio, humilfque devotione locis & temporibus debitis celebretur. Item ut omnes & finguli Conventus Juvenes bonæ fpei fibi affumere contendant, ipfósque in rebus puræ pietatis & bonæ fcientiæ fimul fic inftruant, ut Nomen Domini propter illos bene audiat, & Ecclefia Catholica de talibus Miniftris meritò fibi gratulari poffit. (Act. Provin.)

Sed audiamus, quæ de ipfo Hoffmaiftero palam fecit idiomate germanico Leonardus Hallerus Epifcopus Philadelphiæ, Suffraganeus Eiftadienfis, & Libro ejusdem Hoffmaifteri Poftillarum appofuit. Latinè ex Milenfio funt fequentia:

„Amice, Chariffiméque Lector! Toti Superiori Germaniæ „notum eft, quæ dona in prædicando, Deíque Verbo annuntiandò „ex Divinæ Benignitatis thefauro fortitus fuerit p. m. Reverendus „atque devotus Pater Joannes Hoffmaifterus, Ordinis Auguftini„ani quondam Provincialis, & Prior Conventûs Colmarienfis: „qui etiam hujuscemodi talentum non ficut inutilis fervus in fu„dario repofuit, aut in terram defodit, fed ufus illo eft juxta facul„tatem fuam & intellectum ei à Domino Deo datum, non propriò „tamen motu, fed in iis locis, ad quæ rit: vocatus, idque exercere „miffus fuerat. Teftes hujus rei funt unà cum Civitate Colmari„enfi, loco nimirum propofitæ fibi manfionis & quietis, etiam „multa alia loca, ac præfertim duo Imperialia Comitia, quæ proxi„mis annis quadragefimo quinto, fextóque Wormatiæ & Ratisbo„næ celebrata funt. Ubi ipfe in confpectu Imperatoriæ Majeftatis

Cle-

„Clementissimorum Dominorum nostrorum, nec non Sacri Romani „Imperii Comitum Palatinorum, Statuúmque atque innumerabilis „pene populi, commisso sibi Officio Prædicationis amplissimè functus est: adeò ut non modò Romanæ Ecclesiæ subditi, verùm „etiam contrarii singularem quandam jucunditatem & delectationem inde hauserint. Hinc multi permoti allaborârunt, quatenus fidelem illum, diligentem, promptúmque Ecclesiæ Christi Ministrum (tam enim promptus erat, ut uno sæpe die bis, térve „concionaretur) tum ad suam ipsorum, tum etiam subditorum „suorum utilitatem animæ'que salutem, ad se trahere possent. E „quibus Serenissimus Catholicus & Ecclesiæ Romanæ fidelis „Princeps ac Dominus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni, utriusque Bavariæ Dux, Clementissimus Princeps, ac Dominus meus „unus fuit, qui supra memoratum Patrem Joannem Hoffmaisterum pro Concionatore Principalis Urbis suæ Monacensis tandem „nactus fuit: ubi & ipse Hoffmaisterus quasdam è suis habitis concionibus germanicè imprimendas, & in lucem edendas curavit. „Quamvis autem tunc temporis exactis quibusdam hebdomadibus „exinde Colmariensem suum repetiêrit Conventum, quo molestias itinerum paulisper vitaret, ac domi in proprio Monasterio „Concionibus atque etiam lectioni, scriptioníque (id quod requiem arbitrabatur) vacare vellet, hâc tamen charâ sibi requie „frui minimè permissus fuit. Postquam enim Catholicæ Romanæ „Imperatoriæ Majestatis rebelles ex campo se subduxêre, Cæsareáque Majestas Ulmam se confestim contulit, Reverendissimus Pater ac Dnus Dnus Otto, Sacro-Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli S. „Balbinæ Presbyter Cardinalis ac Episcopus Augustanus, Clementissimus Dominus meus Hoffmaisterum eò permovit, ut Suggestum Ulmensem susceperit regendum, cui etiam quibusdam „mensibus non absque fructu & lucro animarum multarum, ut à „Deo sperandum, laudabiliter præfuit. Tum denique, cùm per „ejusdem Sacræ Cæsareæ Majestatis victrices manus memorato „Clementissimo Domino meo Episcopo Augustano Civitas sua Dil-

lin-

"lingensis, quæ à rebellibus ad sex menses occupata tenebatur, re-
"stituta fuit, Illustrissima sua Celsitudo supra dictum Hoffmaiste-
"rum eò vocavit ad eradicanda recenter orta Zizania novi do-
"gmatis, quæ per rebelles tempore suæ tyrannicæ occupationis
"in Civitate Dillingana fuerant disseminata. Id quod dictus fide-
"lis Pater Joannes Hoffmaisterus alacriter præstitit, sicque ali-
"quando ambas Civitates, Ulmam scilicet & Dillingam alterna-
"tim Divini Verbi Ministerio administravit. In illis tamen labo-
"ribus nequaquam verba sua aëri mandavit, neque solùm Audi-
"tores suos his erudivit, verùm etiam Conciones suas diligenter
"latinâ linguâ conscripsit, & postmodùm magnam illarum par-
"tem, nempe Dominicalium Evangeliorum ab Adventu usque ad
"Pentecosten ipsemet in Germanicum transtulit, ut idiomate pa-
"triæ quoque suæ consuleret. Ii quoque, qui ejus illas concio-
"nes audivissent, easdem denuo ruminando transcurrerent, qui
"non audivissent, iisdem minimè defraudarentur. Cum verò
"Deus Omnipotens ipsius molestias, diligentiam, ac fideles de-
"mum labores remunerare, atque à Sæculo hoc nequam tempe-
"stivè satis evocare vellet, Ulmæ tandem gravi morbo correptus
"fuit. Qua de causa Hoffmaisterus ad Monasterium Seflingense,
"Civitati proximum, se recepit: Verùm morbo paulisper in-
"gravescente, ulteriùs Günzburgum usque deportatus est, ubi
"aliquot septimanis morbi vim & molestiam cum omni humili-
"tate patientissimè sustinens, sæpiúsque iterum Deum interpel-
"lans illis S. Martini verbis: *Domine, si adhuc populo tuo sum neces-
"sarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua.* Ibidem Günzburgi
"22. Augusti proximè lapsi anno Domini millesimo, quingentesi-
"mo, quadragesimo septimo, rationis pleno usu præditus, piè
"in Domino obdormivit, & ad æternam vitam (uti omnino spe-
"randum) feliciter migravit. Datæ Eistadii anno 1548. Hæc
ille, cui ùt Episcopo & impartiali, pio ac docto Viro fides omni-
no adhibenda. Addam & ejusdem Hoffmaisteri Epistolam præ-
positam latinæ editioni ejusdem Postillæ, ad Serenissimum Hun-
ga-

gariæ atque Bohemiæ Regem, Archi-Ducem Austriæ Ferdinandum: in qua candidè & ad rem de se ipso, & pro illo tempore in hunc modum:

„Ea est hoc nostro Sæculo calumniæ vis atque tyrannis, ut „nihil à quoquam in publicum proferri possit, quamvis eximium, „quod non illa virulentis morsibus arrodere præsumat, & quasi „devorare conetur. Hinc est Serenissime Rex, quòd non pau„ci, bonorum etiam librorum Authores plus operæ interdum cō„gantur apologeticis quibusdam præfationibus contexendis, qui„bus & se purgent, suásque vigilias lectoribus commendent, quàm „operibus ipsis conscribendis. Ego verò piorum judicio & Tuâ „Authoritate, quâ nulla mihi potest esse antiquior, contentus, ca„lumniatorum injuriis nunquam eò commovebor, ut has meas „chartas, Veræ Religioni consecratas, longiori proœmio onerem „magis quàm adornem. Novit enim Serenissima Tua Majestas, „quâ occasione hoc quidquid est operis, instituerim. Nam cum „proximè elapso anno in celeberrimo Principum totius Romani „Imperii Conventu Wormatiæ, Cathedralis Ecclesiæ Conciona„torem agerem, Tuaque Serenissima Majestas ita meis conci„onibus esset addicta, ut nullam pene illarum negligeret, tandem „eum erga me favorem concepit, tantâque gratiâ & benevo„lentiâ me prosecuta est, ut nihil enixiùs tunc à me cupere vide„retur, quàm ut posthabitis aliis omnibus officiis & negotiis „me quàm primùm ad Serenissimæ Majestatis Tuæ Aulam con„ferrem, ibique Verbi Divini Ministerio præessem. Quod cùm „facere non possem, meæque excusationis causas justas & gra„ves protulissem, cœpit Serenissima Tua Majestas vel hoc à me po„stulare, ut non solùm eos Sermones, quos tum à me audierat, sed „totum etiam opus Homiliarum, & hoc primo quoque tempore „concinnarem atque ederem. Quod cum tanto Principi nega„re non auderem, pollicebar meam operam, & me quàm primùm „illud facturum seriò recipiebam. Eo itaque die incepi conscri„bere Homilias in omnia Evangelia, quæ vocant Dominicalia, &

„in non pauca, quæ Festis diebus leguntur, easque addidi illis,
„quas tum in tam frequenti auditorio Wormatiæ habueram. Cæ-
„terùm, cùm jam rediissem ad Colmarienses meos, inter alia ne-
„gotia, quibus tantùm non enecor, revocavi Homiliarum opus
„sub manus meas, ut ea, quæ Wormatiæ inceperam, Christo for-
„tunante, perficerem. Atque non ità multò post, præter omnem
„opinionem ab Invictissimo Imperatore vocor ad Colloquium
„Theologicum Ratisbonam, sicque rursus cogor telam meam re-
„linquere. Postquàm verò eò ventum est, ecce instant vehemen-
„ter V. Canonici Superioris Collegii rogantes, velim munus Con-
„cionatoris suscipere. Quod cùm non temerè meo quidem ju-
„dicio denegarem, illi tandem in præsidium vocatis Principibus
„Viris & quorum jussa capessere fas est, hoc effecerunt, ut iterum
„me periculosissimo mari committerem, quantum enim periculi
„habeat, eo in loco, tantis Auditoribus, & talem hominem, qualis
„ego sum, concionari nemo non novit, nisi qui non intelligit,
„quid sit, lupum auribus tenere. Divinâ igitur voluntate & pro-
„videntiâ, nam de hoc non dubito, factum est, ut hi mei Sermo-
„nes rursum inciperent augeri, paulatímque crescerent: ita ut
„in ipso opere nihil ferè sit, quod non in Comitiis Principum à
„me publicè in frequentissimo Auditorio dictum sit. Inde etiam
„est, quòd nihil eorum, quæ dixerim in concionibus, in hoc scri-
„pti genere mutare voluerim, nam si secus fecissem, possent mi-
„hi tam Catholici, quàm Adversarii vitio vertere, quasi multa di-
„xissem apud paucos, quorum me apud multos puderet. Aliàs
„non illibenter quædam, quæ tempus illud, ut præterirem silen-
„tio, non patiebatur, vel mutâssem, vel penitus sustulissem. Pro-
„inde si quæ videntur in hisce meis Homiliis duriora vel acerbi-
„ora, ea magis locorum & temporum injuriis, quàm meis affecti-
„bus tribuenda sunt. Et cogitandum est, multùm referre, apud
„Principes ne quis, an apud plebejos concionetur. Et in tanto
„Conventu sic mihi moderandus fuit sermo, ut neque nostris a-
„dulari, neque Adversarios odio prosequi viderer. Quod certè
co-

„conatus sum, an verò hoc ipsum assecutus sim, aliorum esto ju„dicium. In altera verò post illam, quam Deo annuente & Serenissimâ Majestate Tuâ jubente, componere aggrediar, sic me in„tra limites continebo, ut in spem veniam, neminem piorum non „ingrato animo accepturum, quod daturus sum. Tollam enim, „quæ minùs amica videntur, ut plebeji non odium, sed amorem „potiùs ex meis scriptis imbibant, spero enim brevi fore, ut tali„bus contentionibus & glossomachiis, quibus hactenus nimiùm „occupati fuimus, nullus neque locus, neque necessitas relinqua„tur. Porro aliorum Homiliis, quæ profectò innumeræ extant, „tantùm abest, ut aliquid derogem, ut etiam illorum & verba & „sententias non rarò ponam. Nec de solis Catholicis loquor Ho„miliastis, sed etiam de Adversariis, qui, si quid alicubi boni ha„beant, non dubitavi in has meas transferre. Nec admodùm „mihi placet, tot postillationibus pios Pastores obtundi: & meo „quidem judicio præstaret certas habere postillationes, à doctis „& piis Viris conscriptas, examinatas & probatas, quæ à mi„nùs eruditis Pastoribus plebi Christianæ ex præscripto & ad ver„bum prælegerentur, quàm sic sursum, deorsùmque circumcursi„tare, & nihil, quod proponant, solidi habere. Nam ùt rectè D. „Augustinus Meus scribit in lib. 4. de Doct. Christ. cap. 29. *Sunt „quidam, qui bene pronuntiare possunt, quod autem pronuntient, exco„gitare non possunt: quod si ab aliis sumant, eloquenter sapientèrque „conscriptum, memoriæque commendent, atque ad populum proferant, „si eam personam gerunt, non improbè faciunt; Sic enim (quod profectò „utile est) multi Prædicatores veritatis fiunt, nec multi Magistri, si unius „veri Magistri id ipsum dicant omnes, & non sint in eis schismata:* hæc ille. „Ad quam commoditatem, si his meis lucubrationibus vel modi„cum prodesse possum, est, cur Ecclesiæ Christi & mihi gratuler. „Præterea non habeo quod cupiam, nisi ut Serenissimam Tuam „Majestatem rogem, ut hanc meam operam, ad quam Ipsa me invi„tavit, boni consulat, & me, meósque omnes commendatos habere „velit. Deus Optimus Maximus Serenissimam Tuam Majestatem

„cum Sereniſſima Regina & Liberis, verè Regiis, in multos annos „ſervet incolumes. Datæ Ratisbonæ Anno Salutis Milleſimo, „quingenteſimo, quadrageſimo Sexto, Calendis Septembris.

Ex allatis colligere licet, quantùm laboraverit in vinea Domini, quàmque acceptus fuerit Hoffmaiſterus noſter Imperatori Carolo & Ferdinando Regi Romanorum. Sed & plurimùm æſtimabatur ab Ordinis Generali Priore Hieronymo Seripando, qui in eo uno ſpem mutandarum rerum labefactati Ordinis in Germania collocaverat, cui non immeritò utriusque Germaniæ gubernaculum commiſit, & ideò frequentes ad illum dedit epiſtolas, quarum hanc unam ad Hoffmaiſteri gloriam recitabo ex Milenſio:

„Literis tuis, quas VIII Idus Quintilis accepimus, animi tui, ad „Religionem Noſtram ſublevandam, propenſionem cognovimus & gaviſi „ſumus: Sic Deus det tibi vires, ut, quod in animo eſt, & ſupra mo„dum optamus, perficias. Vicarium Noſtrum, ut ex patentibus literis „cognoſces, in tota Germania te inſtituimus, ut Provinciis, quæ ſuper„ſunt, opem feras, & Nos aliqua ex parte tuo ſtudio leves. Si Coloni„niam te adire contigerit, viderisque ibi locum inſtruendis juvenibus „commodum, Venerabilem Provincialem, Virum integrum & erudi„tum Noſtro Nomine alloquaris: ad eum enim, ut te audiat, tecùmque „ſit in omnibus, ſcripſimus; Et Noſtrâ Poteſtate, quam tibi præbuimus, „uſus, nihil eorum, quæ ad juvenes inſtruendos attinere cognoveris, præ„termittas, juxta tenorem literarum Noſtrarum, quibus te Vicarium in„ſtituimus. Hâc enim viâ (Deo, qui dat velle & perficere pro bona vo„luntate, in his te adjuvante) ſurget, quæ ſedebat, aut potiùs reſurget, „quæ ſepulta jacebat in illis partibus Auguſtiniana Familia. Si te Ratis„bonâ, Actis Colloquii nondum typis excuſis, abire neceſſe fuerit, mandes „Venerabili Magiſtro Joanni Mugnatoni, Concionatori Cæſareo, ut Acta „illa cùm impreſſa fuerint, per tabellarium ad Nos tranſmittat. Lite„ras, ut annuis, ad Patres Provinciæ tuæ datas, legi in Provincia cu„rabis, omnèsque & ſingulos monebis, ut & ſuo quiſque fungatur Offi„cio, & opere faciat, quod habitu præ ſe ferre videtur. Vale in Do-

mi-

„*mino. Tridento, die IX Julii M. D. XLVI. Hieronymus Seripandus*
„*Generalis, m. pp.*

Multa & Magna, quæ Hieronymus iste de Joanne Vicario suo Generali super Germaniam expectabat, integrè non potuit Joannes Hoffmaisterus præstare Ordini. Neque alteram consummare postillam, quam in literis ad Ferdinandum Regem datis promiserat; citiùs enim à laboribus volente Deo ad requiem vocatus est. Postillam tamen vel Predig über Sonn- und Feyertäg ex Manuscriptis Hoffmaisteri post obitum præclari Viri typo datam scimus & habemus in variis Bibliothecis nostris. Inter alia etiam, quæ scripsit, legi opus ab ipso emanatum Wormatiæ anno 1545. cujus titulus est: *Verbum Dei carnem factum. h. e. Jesum Christum Servatorem nostrum, Ecclesiæ suæ unicum Propitiatorium ac perpetuum Sacrificium.* Assertio nempe Sacrificii Missæ, quam non solùm repudiabant illius temporis hæretici, sed & nomen irridebant. In hujus operis dedicatione ad Reverendissimum P. ac D. Otthonem S. R. E. Cardinalem & Episcopum Augustanum directa meminit Author Hoffmaisterus, quòd Reverendissimum P. Fridericum Nausea Episcopum Viennensem habuerit Præceptorem suum sibi perpetuò observandum, quem Moguntiæ Missam pro Concione interpretantem audiverit. Ibidem refert, Conradum Tregarium nostrum, cùm Dissertationis de Missa primas lineas adumbrâsset, inopinatâ peste ereptum ac cœlo redditum, opus perficere non potuisse.

Item meminit in eadem dedicatione, quòd, cùm Rudolphus Abbas Murbacensis propè Colmar, pueros suos, utì vocat, sub ferula ipsius Hoffmaisteri piè educari, & ad Sacros Ordines promoveri voluerit, is Hoffmaisterus illis Sacrum sacratissimum pro virili explicaverit, &c. In eodem opere in 4to, proùt habetur Constantiæ in nostra Bibliotheca & alibi, est etiam *Expositio precum ac cæremoniarum, quarum usus in quotidiano Sacro.* Incipit: *Sacerdotem sive Liturgum nostrum.* Ubi Lutherum, Zwinglium, Bullingerum, Melhoferum, aliósque illius temporis lucifcos dogmaticè perstringit & illuminat. Idem opus continet:

Canones sive Claves ad interpretandum Sacras Bibliorum Scripturas Theologis tam utiles quàm necessarias. Prælo hoc opus dabatur Moguntiæ ad S. Victorem in officina typographica Francisci Behemi. Scripsit idem Hoffmaisterus librum, cujus titulus: *Hæreticorum malæ artes à Sanctis Patribus descriptæ*, incipit: *Usque ad tempora illa.* (Milens. in alphab.) Librum adversùs Confessionem Augustanam, & specialiter Moguntiæ, de Articulis Fidei Augustæ Cæsari exhibitis judicium. (Arpe in Pantheo.) Dialogorum libros duos. Sermones controversisticos & commentaria complurium Librorum Canonicorum, in specie: In Tobiam, in Evangelium D. Matthæi, Marci & Lucæ, in Acta Apostolorum, in Epistolas ad Corinthios. (Pamphil. Chron. in fine libri) quæ & alia ejus monumenta Colmariæ, Gamundiæ & in pluribus nostris Conventibus asservantur.

Postquàm igitur Hoffmaisterus tam linguâ, quàm calamo pro Sacra Romana Ecclesia contra Lutherum, & alios istius Sæculi Hæresiarchas, perfecto odio persequens iniquos, certâsset, & ideò etiam vulgariter anthi-Lutheri agnomen sibi vendicâsset, morte succumbit in florida ætate, cùm nonnisi annum trigesimum octavum adimplêsset. Arpe in Pantheo scribit, ex veneno ab hæreticis occultè propinato fidelem animam exhalâsse, supradictis anno 1547. die 22. Augusti Günzburgi. Ubi in Ecclesia Parochiali corpus sepultum in Choro sub insigni lapide, cui figura illius in habitu Augustiniano, & in dextera manu tenentis librum incisa est. Ad latus in pariete scripti erant versus cum subsequentibus cifris & literis:

Sedulus æterni Verbi fuit ille Minister,
Doctis Teutonico natus in orbe Viris,
Dictus Joannes Hoffmaisterus Prior: atrum
Augustini habitum cui dedit Ordo Sacer.
Christi Evangelium populo dum prædicat Ulmæ,
Schismaticum errorem persequiturque docens.
En validos subitò depascitur arida febris
Artus, os, guttur, vòxque sonora silent.

Huc

Huc vectus curru pervenit debilis, astris
Reddidit hic animam, & membra sepulta dabant.

1547. A. V. S. E. O. Quas literas ad sensum complendum ita explico: *Ad Urnam Sorores Ejusdem Ordinis.* Moniales enim, quæ ibi Günzburgi nunc Regulam S. Francisci profitentur, antehàc conformiter ad Ordinem Augustinianum vivebant. Hoffmaisteri effigiem habemus in Conventûs Moguntini & Oberndorffensis Cella P. Provinciali destinata. Seriosum fuisse, facies ejus ostendit. Aliqualem idæam illius lectori & inspectori hìc præsento.

Eodem anno 1547. diem suum obiit multùm Venerabilis Pater Jacobus Leypolt Lector & Prior eo tempore Herbipoli, quo ex Rusticana Rebellione, Schmallcaldico fœdere, & vita nefariè licentiosa Civitas illa supra modum affligebatur. Cùm ibi orphanizato Grege & Filiis Provincia Thuringo-Saxonica jam jam caduca Patrem ac Pastorem Ordinarium, qui visitaret, ampliùs non haberet, Præsul Herbipolensis Melchior Zobel de Guttenberg pro Clero & Religiosis suæ Diæceseos servandis vigilantiam adhibuit, & in visitatione nostri Cœnobii Herbipolensis per suos Deputatos Ecclesiasticos præter alias, quasdam determinationes antefatum Jacobum in Officio Prioris confirmavit. (ex Archivo Herbip.) Secutus est hunc Jacobum in Prioratu R. P. Michaël Forchtenberger, qui ex hac vita migravit anno 1553. (ex anniverſ. lib.)

Meminit Pamphilus ad hæc tempora in suis Chronicis Ordinis Guilelmi Alazhem, quem Coloniensem fuisse scribit; forsan quòd Vir doctus, sapiens & eloquens in Provinciali Concilio Coloniæ per Adolphum Archi-Episcopum celebrato, prudentiâ & eruditione adfuerit. Eum autem de nostra Provincia Rheni & Sueviæ Alzheyensem fuisse origine, & posteà Coloniam studiorum causâ venisse, non improbabile est.

XXXIII.

XXXIII.

Ab anno 1547 usque ad 1549. CHRISTOPHORUS FISCHERUS de Spira, Sacro-Sanctæ Theologiæ Lector egregius tanquam Vir fervens Zelo fidei Religiosæque Observantiæ valde cupidus laudatur ab Elsſio in Encomiastico. Is priùs Conventum Moguntinum cum omni honestate gubernavit, postquàm in Capitulo Friburgi Brisgojæ celebrato evaserat anno 1549. è Præside Capituli Prior totius Provinciæ. Sic acta Provinciæ Herbipoli à Schambach conscripta perhibent; quamvis credibiliùs existimem, hunc Eximium Christophorum isto anno 1549. & anteà partem Provinciæ Inferioris Rheni vigilantiâ & solertiâ suâ manutenuisse: Superioris autem Rheni restantes Conventus post Hoffmaisteri obitum Melchiori Rubelio permansisse dirigendos. Etenim Acta Provinciæ desuper Scripta Friburgi Brisgojæ Melchiorem dicto anno 1549. Provincialem electum fuisse commemorant. Porro alia specialia de spectabili Viro Christophoro sub oculum non venère, nisi quòd ipso anno 1549. die 31. Decembris Christophorum Provincialem mortalitate exutum referat citatus Elsſius.

Anno autem præcedente scilicet 1548. in Comitiis Augustæ Vindelicorum, cùm Imperator Carolus V. Statibus Imperii Formulare Religionis vulgariter: *Interim* nominatum, constituisset: quòd ubique locorum in Imperio, donec Concilium Patrum Tridenti congregatorum, jam ab anno 1545. inceptum, finiretur, Sacro-sanctè haberi & servari mandaverat, Protestantes hoc *Interim* pessimè abusi sunt, Catholicorum pias & Religiosas Fundationes occupando ac diripiendo pro libitu pravitatis suæ.

Eodem anno 1548. Ferdinandus Rex Romanorum cum copiis Hispanicis Constantienses refractarios eò permovit, ut in fidem Cæsaris facilè concesserint, & Civitas eorum anteà Imperialis, ex nunc Austriacæ Potestati sub certis conditionibus subjecta, abjuraverit Zwinglianam Sectam, cui ultra viginti annos adhæserat. (Bucelin. in Chronolog. Constant.) Factúmque brevì, ut ex mandato Cæsareo Ecclesiæ ac Monasteria Religiosis redderentur, atque

it.

in pristinam possessionem nos quoque ibidem reciperemur. De qua tamen, exceptâ Ecclesiâ, in ædificio vix quidquam, uti anteà Patres reliquerant, inventum: quippe anno 1545. aream Templi sive Cœmeterium dirutis Defunctorum pulcherrimis monumentis in speciem ampliandæ Urbis non absque injuria parentum & majorum suorum malitia Novatorum destruxit, & dormitorium Fratrum applicavit pro frumentario: vel, uti nunc est locus ille, armamentario. (Bucelin præcit. & documenta Convent. ibid.) De aliqua tamen satisfactione, quæ præstita nobis est, dicetur in sequentibus.

Non omittendum hic: qualiter ad Patrem Provincialem Rheno-Sueviæ (nomen non est additum) anno 1549. Soror Margaretha Bemlerin Mater vel Priorissa in Urach vel Aurach in Würtenbergia non procul à Gamundia vel potiùs Tübinga submissæ Obedientiæ & Filialis Confidentiæ ex Offenhausen dederit literas implorando subsidium, ut restitui possit in Conventum Auracensem. Meminit devotissima Deo & Superiori Ordinis Venerabunda Sanctimonialis in istis literis (quæ cum aliis & variis Auracensibus habentur in Conventu Gamundiano) qualiter anno 1537. expulsa fuerit cum 4. suis Sororibus ex dicto Conventu Auracensi eam ob causam, quòd Sacrum Ordinis Habitum deponere, ad Lutheranismum transire, & Sæcularem Vitam amplecti noluerit. Lamentatur, quòd sæcularis potestas rapuerit Literas Censuales, Documenta & Urbaria, ejecerit fideles Animas extra Domum, & concesserit solùm, ut tollentes grabatum suum ambularent ad vicinum Conventum Monialium S. Dominici non procul ab Aurach situatum, ubi & 12. Annis charitativè sustentabantur. (forsan hic locus erat Offenhausen, ex quo has literas scripsit.) Quia verò Dux Würtenbergiæ Cæsareum formulare, *ut interim* permaneant bona Religiosorum in suo statu, acceptârat, existimavit Religiosa Mater restitutionem suam in Domum & bona relicta se obtenturam, sicut & propterea institerat apud Aulæ Consiliarios tribus Vicibus: Sed loco restitutionis impetrandæ responsum accepit, ut Domum sive

Conventum cederent Principi ac Duci Würtenbergiæ, à quo ad dies vitæ suam sustentationem indubitanter essent obtenturæ. Obtestans Priorissa penes ipsam non esse, nec velle cedere Locum & Bona utpote Sacro Ordini propria; repetebant illi Consiliarii, ut darent Conventum ad habitandum Falconario Principis: sicut etiam jussu Principis factum, quòd is cum Uxore & liberis illum incoluerit non sine maximo dolore & luctu Sororum nostrarum, quæ in multis tribulationibus & tentationibus usque ad mortem constantes in Fide ac Religione permanserunt. Cæteroquin Civibus Auracensibus ex Vitæ Regularis conversatione placentes, displicebant unicè Principi, quòd noluerint cedere hæreditatem, ab ipso vel prædecessoribus ejus Ordini non datam, minùs justè rapiendam. Certè nihil laboris ac studii omisit, ut manutenere posset Fundationem Sacram dicta Mater vel Priorissa, scribendo etiam Moguntiam, Colmariam, Rottwilam, ne contra dictum *Interim* Habitatio transiret ad alienos. Quo tamen tempore propter perversitatem Novatorum & malignantium, in illis literis prædominantium, nihil à nostris Superioribus effici potuit. Dignetur autem nunc, dum lumen fidei denuo lucet in Principe territoriali, Deus ob Sanctimonialium Fidem, Obedientiam, pietatem, & constantiam misericorditer Ordini restituere, ut honori & cultui suo iterum serviant, quæ per duo Sæcula hucusque serviebant profanis recreationibus.

XXXIV.

Ab anno 1549 usque ad 1560.

MELCHIOR RUBELIUS, vel ùt alii scribunt, RÖTTELIN aut RODELIUS de Friburgo Brisgojæ professus (cujus jam in superioribus mentionem feci) Concionator celeberrimus, & Sacrarum Literarum Professor excellens, cum Mathia Kleindenst Cursorem primò, dein Lectorem in Studio Argentinensi egit ad annum 1514. Hunc inter hactenus nominatos illius Studii Generalis Magistros ultimum lego, qui Supremam Cathedram ibidem eruditione suâ direxit, & juxta formam Parisiensem Doctorali Laureâ insignitus est. Cùm verò Primores Nobilissimæ Civitatis Argen-

gentinensis relictâ verâ Religione ad fallacias Martini Buzeri transiissent, nostrúmque ibi Monasterium cum reditibus pro diversorio miserorum **Elendter Herberg**, in quo per annum teste Herzochio in Chronicis Alsatiæ, multa millia hominum transeunter hospitabantur, anno 1530. applicâssent, Melchior inde se Friburgum Brisgojæ recipiens, ibi in Civitate sincerè & constanter Catholica Priorem illius Conventûs nostri dignitatem ita subiit, ut nihil eorum intermitteret, quæ tam pro conservatione sui Conventûs, quàm manutentione vel receptione aliorum de Provincia facere poterant. Quod ad perennem suæ paternæ ac sanctæ solicitudinis laudem cedit: Melchiori cæteroquin Studiorum Magistro pro illa tempestate, quâ tum ob frequentes rebellionum incursus, cùm ob intentatum à Novatoribus Romanæ Ecclesiæ, Sacerdotii & Monachismi contemptum & exitium rarus erat juventutis Sacram Religionis vitam amplectentis accessus, studiorum vigor & conservatio pro educandis juvenibus in Conventu Friburgensi Brisgojæ adscribitur. Ipsius enim suasu & motu pauci Patres de Provincia superstites in Conventu Friburgensi Brisgojæ anno 1548. Capitulariter congregati renovârunt Decretum, quo in memoriam revocantur Diffinitiones tam Generales, quàm Provinciales de Novitiis educandis, ne NB. penuriâ personarum Monasteria deserere cogamur.

A tempore, quo Conradus Tregarius & Joannes Hoffmaisterus communi EcclesiæRomanæ, Catholicæque Fidei utilitati serviebant, Melchior sub nomine aut Vicarii aut Rectoris Provinciæ prospicere fategit. Specialiter autem eundem in Capitulo Provinciali anno 1549. Friburgi Brisgojæ coacto electum fuisse Priorem Provincialem antiqua manuscripta de Capitulis testantur Friburgi Brisgojæ. Diffinitores interenant Bartholomæus Ulrici Prior Hagenoënsis, Andreas Papus Prior Landaviensis, Antonius Bach Prior Brisacensis, Jacobus Ludovici Prior Colmariensis, Assessores verò Joannes Wallrapp Prior Moguntinus, & Joannes Gilt Prior Wormatiensis.

Sub hoc tempore, cùm Fridericus Secundus Comes Palatinus & Elector Imperii jam anno 1546. ab avita fide ad Sectam Lutheri defecisset Heidelbergæ, Monasteria in Palatinatu sita mox penitus interitura plorabantur; lætiori autem vicissitudine Carolus V. Imperator exules Augustinianos reducit, & intromittit in Constantiam & Memmingam.

De Memmingano Conventu documenta perhibent, quòd anno 1551. die 22. May. Bartholomæus Rottenberger viginti annis à Conventu isto extorris, per Reverendissimum Principem & Abbatem Campidonensem Wolffgangum in pristinum Conventum illum Memminganum restitutus fuerit, cui ad aliqualem saltem pro damnis illatis satisfactionem Laud. Magistratus Memminganus in specie pro Molendino 500. Fl. & pro venditis nostris rebus utensilibus reddidit 600. Fl.

Eodem anno & mense in Ecclesia reconsecratis Altaribus Constantienses Sacra facere iterum ceperunt. (Bucelin.) Melchior Provincialis apud inclytum Magistratum Constantiensem plurimùm hoc tempore sollicitat, ut, quemadmodùm ille pro antiqua nostræ Ecclesiæ Constantiensis possessione à Nobis recipienda ad Cæsaream resolutionem difficilis haud fuisset, ita & reliquas appertinentias atque jura vellet Conventui restituere. Verùm Conventione ad aliquod annos dilatâ, interim anno 1556, cum Birnwinkensibus circa Decimas majores novus erigitur contractus. (documenta Constantiens. Convent.)

In sequente anno 1557. Melchiori adhuc ad clavum Provinciæ sedenti Religiosa Domina & Soror Anna de Feringen Monasterium Monialium pro Nobilibus Oberndorffii fundatum, Sororibus cæteris morte jamjam sublatis, & Junioribus in locum mortuarum non supplantatis, tradit imposterùm jure ad nos devoluto Monachis Viris incolendum. Ipsa autem secessit in Monasterium Kilberg, quosdam cum literis reditus ac bona Kilbergensibus Monialibus pro sustentatione sua attribuens. Cætera verò cum ruinoso ac pene collabente Claustro Fratribus usque in hodiernum diem pro Divino cultu & sustentatione relinquebat.

Circa

Circa res nostras Münnerstadii documenta ejusdem Conventûs perhibent: anno 1550. Kiliano Schul Viro bono ac fideli Priori in Münnerstadt paramenta, clenodia & literas Fundationum in præsentia Caroli de Schaumberg Herbipolensis, & Michaëlis de Schneeberg Hennebergensis Satrapæ à Joanne Götz p. t. Consule Münnerstadiano fuisse retraditas, procul dubio in Bello Rusticano anteà nobis sublatas. Iste Kilianus Ultimus Prior Münnerstadii, in venerabili senectute posteà Herbipoli ex hac miseria transiit anno 1561. ad meliorem vitam; cùm ob continua bella partim ab insultante Alberto Marchione Brandeburgico, partim à tumultu Grumbacensi oborta Münnerstadii consistere prohiberetur. Sic hæreditas nostra Münnerstadiana derelicta usque ad tempus, quo ex inito quodam contractu Zelosissimus Lancillotus succurrit Nobis, ob penuriam hominum & bellorum furias versa est ad extraneos præcipuè sub Regimine Episcopi Julii ab Echter. (Docum. Münnerstad.) De cætero, quantumvis periculosa & plena miseriis fuerint tempora; pro bono tamen Ordinis & Provinciæ Melchior Provincialis Patres ad Congressus iteratò determinavit anno 1551. Colmariam, & Brisacum anno 1553.

De hoc posteriore Capitulari Congressu inveni Decreta sequentia. 1mò Monasterium Fridbergense gubernare antiquo Priori (nomen ejus non specificatur) ut hactenus, committimus. 2dò P. Joannem Wallrapp nunc Priorem Moguntiæ facimus Priorem Wormatiæ. 3tiò Constantiæ in Vicarium loco Prioris (fuit autem Georgius Blarer, qui Urbarios, uti vocant, ibidem Libros studiosè à Sæcularibus recuperavit, & 46. annis in Sargantz Capellaniam egit (docum. Constant. ex urba.) ordinamus P. Rudolphum Balduff. 4tò Si quid ex Ordinationibus pro inferiori Germania positis augendum, diminuendum, aut tricandum fuerit, id committimus R. R. P. P. Bartholomæo Ulrici Vicario Monasteriorum nostrorum inferioris Germaniæ, & Joanni Wallrapp Priori Wormatiensi. (Acta Capit. Friburg. Brisg.) Ex quo colligitur, Superioris Germaniæ Conventus, scilicet utriusque Friburgi, Con-

ftantienfis, Brifacenfis & Colmarienfis quo ad curam manfiffe Melchioris Provincialis, cæteros verò ad Moguntiam propiores vigilantiæ prædictorum duorum Patrum commendatos.

Anno 1555. Arimini Comitia Ordinis celebrantur. In quibus ob penuriam Patrum & paupertatem Conventuum de noftra Provincia nemo interfuit, ficut nec anno priùs 1551. quo Chriftophorus Patavinus primò eligebatur Bononiæ totius Ordinis Prior Generalis (Pamphil.).

Pergit intereà omni furore & violentiâ belli Marchio Brandeburgicus Albertus etiam inferiorem concutere Germaniam; quâ tempeftate Conventus circa & ad inferiorem Rhenum fpoliis, Lutheranæ perfidiæ & omnimodæ deletioni fubjiciebantur: & quamvis anno 1557. per mortem Alberti quaffatio ceffaffet, atque Gallis per Virtutem Hifpanicam fuperatis flamma furoris nonnihil remitteret versùs Orientem, vehementior & ferocior tamen erupit ad Occidentem. Cum Regina Angliæ Elifabetha Crudelitatem ac perfidiam Henrici VIII. imitata, anno 1559. Religiofos aut ejiceret, aut interimeret. Quo ex trifti eventu pofteriori tempore Optimi Viri ab illa Regione ad terras Noftras emigrabant.

Dicto anno 1559. Patres Provinciæ, poftquàm à fexennio remoris belli, aliifque periculis impediti Conventum celebrare non poterant, denuo tandem congregantur Colmariæ, & Melchiore in Munere confirmato, pro neceffitatibus, convenientiis, ac reflorefcentia Provinciæ faluberrimas congerunt Sanctiones. Interfuit huic Conventui Eximius Pater Jacobus Müllenbach, per plures annos Friburgenfis noftri Afceterii in Helvetia Prior, eâ pietatis & doctrinæ præftantiâ confpicuus, ut anno 1578. à Ciftercio Altrippenfi Abbas fuerit poftulatus. De quo paulò inferiùs adhuc dicam.

Denique Melchior Provincialis plurimis & maximis pro Ordine ac præcipuè Provinciâ exantlatis laboribus, Senioque exhauftus vitâ & Officio piè ac laudabiliter defungitur anno 1560. Friburgi Brisgojæ, Corpore in Choro prope lapidem Joannis Epifcopi fepultu-

turæ dato; anima ejus Deo vivat, & memoria illius sit in Benedictione. (Act. Capit. Friburg. Brisg. & Series Provincial. Brisaci.)

Annotandus hic venit Vir boni Zeli Andreas Sigisfridus, qui pulchras fecit annotationes in Epistolam S. Pauli 1. ad Timotheum. Item reliquit librum in folio scriptum, qui de Sacramentis tractat, post quem sequuntur enarrationes in 15. Psalmos Graduales, & ultimò variæ Theses, quas successivè pro Gradu Cursorio, Lectorio, ac Baccalaureatûs defendit, prælectas Coloniæ cum Facultate Theologica anno 1550, ubi etiam Baccalaureatûs Gradum suscepit. Extant manuscripta in folio Herbipoli. Item tres tomos Concionum m. sc. & alios in Magistrum Sententiarum. Fuit Is Herbipoli in Summo Templo sicut modò R. R. P. P. Societatis famosus Ecclesiastes, ac sedulus Prior ibi de Conventu comparavit Bibliothecæ Herbipolensi multos antiquos libros, inter quos sunt libri Eximii Patris Bartholomæi Usinger. Migravit Herbipoli anno 1562. ad æternitatem, in antiquo Choro sepultus, in medio lapidis ob Lectoriæ & Prædicationis excellentiam obtinuit insculptum Librum, & hinc inde literas sui nominis A. S. P. anno 1562. ad Posterorum memoriam. (antiq. anniversf. libr. Herbipoli).

Maximè hic etiam decet adducere eos Patres, qui, licèt in Provincia nostra, cujus seriem gestorum hucusque prosecutus sum, haud floruerint, in maxima tamen calamitate, quâ Sacrosancta Ecclesia Romano-Catholica in Germania nostra ob hæreticorum insultus premebatur, adeò, ut Navis Petri pene submergi videretur, Legationibus, Sermonibus sive Concionibus, operâ & studio per 18. annos, quousque Concilium Oecumenicum Tridenti duravit, fideliter ac viriliter successivè illud adjuvârunt, & ornârunt. Præcipuum veneramur Hieronymum Seripandum Neapolitanum, qui è totius Augustinianæ Religionis Priore Generali S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Susannæ & Archiepiscopus Salernitanus Præsidens Concilii & Legatus Summi Pontificiis Pii IV. eidem interfuit. Alii sunt Joannes Jacobus Barba S. T. D. Neapolitanus, Episcopus Interamnensis. Joannes Mugnatonis S. T. D.

Prius

Priùs Concionator Cæſareus, de quo ſupra in literis ad noſtrum Hoffmaiſterum datis Seripandus mentionem fecit, poſteà Epiſcopus Segobienſis & Albarazienſis. Eugenius Piſaurenſis celeberrimus tempore Quadrageſimali Præco, poſteà Epiſcopus Smirnenſis. Franciſcus Richardotus Burgundus, ſcriptor famoſus, Epiſcopus Nicopolitanus & Suffraganeus Veſuntinus. Gaſpar Caſalius Luſitanus, qui ſemel à Luſitano Rege miſſus eſt tanquàm Legatus & Orator, & alterà vice, cum jam eſſet Epiſcopus Leirienſis. Ægidius Piſaurenſis, Sacriſta, Bibliothecarius, & Confeſſarius Pii IV. Chriſtophorus Patavinus Generalatûs ſui tempore præſens Concilio. Alexius Saradellus Procurator Ordinis, & ſuo tempore Concionator præcipuus Italiæ. Adamus N. Secretarius Ordinis, qui cum Eminentiſſimo Cardinali Madrutio nomine ſeptem Cantonum Helveticorum Catholicorum, & eorum Oratori Melchiori Equiti Aurato aſſiſtebat, ac nonnunquam ejus vices geſſit in Concilio. Adeodatus Senenſis, Ægidius Volaterranus, Ambroſius Veronenſis, Gabriel Buratellus Anconitanus, Andreas Volaterranus, Antonius de Mondulphio Reverendiſſimi D. Epiſcopi Pragenſis Orator. Auguſtinus Moreſchinus. Aurelius Coronaltenſis cum Domino Oratore Helvetiorum. Aurelius Patavus Provinciæ Terræ Sanctæ Viſitator. Balthaſar Maſſanus. Cherubin Lavoſus de Caſſia. Caspar Siracuſanus. Gregorius Patavinus Socius Seripandi adhuc Generalis. Guilelmus Bononienſis. Paulus Senenſis. Joannes de Oreguera curatorio nomine ab Archiepiſcopo Mexicano miſſus. Joannes Paulus Mezzaferri Recanatenſis. Leonardus Aretinus. Marianus Roshe Faltrenſis Prior Tridenti ad S. Marcum. Nicolaus Sentellius. Rogerius Juvenis Belga Flandrus unà cum Doctoribus Lovanienſibus. Sebaſtianus Brolius, aliàs Ammianus Fanenſis. Simon Prazzolatus Patavinus. Simon Florentinus Provinciæ Piſanæ Antiſtes. Thaddæus Guidellus Peruſinus. Lippus Aurelius &c. quos Elſſius in ſuo Encomiaſtico ſparſim refert. Sed ad noſtram redeamus Provinciam.

XXXV.

XXXV.

BARTHOLOMÆUS ULRICI de Hagenoa, Cursor Sacrarum Literarum, ac deinde juxta Ordinis morem Lector, Monasterii Hagenoënsis possessionem fatali illo tempore nedum servavit, sed quibusdam etiam bonis ac reditibus adauxit. In Prioris officio ultra decennium ibidem constitutus. Diffinitor intereà anno 1549. in Capitulo Friburgensi Brisgojæ, Provinciæ vix non ad incitas redactæ, pro sua prudentia consuluit. Huic Bartholomæo tanquam Vicario suo inferioris Germaniæ Conventuum nostrorum causas & curas commisit Melchior Rodelius, quem in officio Provincialatûs sequens, laboriosum ac planè difficile onus in se suscepit anno 1560. Siquidem residuos Provinciæ Conventus regere, possessos conservare, alienatósque requirere deberet tempore, quo hæretici Novatores iniquissimâ factione majora in dies mala excogitabant.

Ab anno 1560 usque ad 1581

Hoc ipso tamen anno 1560. Bartholomæus Ulrici cum Priore Constantiensi, qui fuit Andreas Rosnagel, à Joanne Speth de Zwifalden antiquissimæ Nobilitatis Heröe, Urbis Constantiensis Præfecto Reversales obtinuit pro aliquali bonorum, redituum, & appertinentium, tempore defectionis à fide alienatorum, satisfactione, ac in specie Laudabilis Magistratus Constantiensis reddidit octingentos florenos pro abstractis majoribus capitalibus, censibus, hortis, sylvis ac vineis. Item in locum eversi Dormitorii, quo nunc tanquam armamentario utuntur, Domum Regiam vulgò das Königs Sigmund Hauß nobis dederunt in stabilem possessionem ac dominium, de quo contractu plura legenda sunt in Urbario lit. D. Constantiæ.

Anno 1563. Bartholomæus Ulrici Synodo Patrum Brisaci congregatorum præfuit, ubi tamen ad electionem alterius Provincialis non procedebatur. Hoc tempore Conventus Memminganus Provinciæ Bavaricæ, ac deinde Saxonicæ Reformationi unitus, incorporatus est Provinciæ Rheno-Suevicæ; & acta Synodi præfatæ Vicarium eidem Domui Memminganæ destinârunt

Georgium Saliret, vel ùt alii ſcribunt, Salvetium cum addito, ut, cùm mortem oppetiêrit prædeceſſor ſuus Bartholomæus Rottenberger ſupra jam laudatus, ille ſtatim in officio Prioris & manutentione loci ſuccedat. (Acta Capit. Provinc.) Vitæ curſum poſteà hicRottenberger feliciter ac fideliter conſummavit anno 1575. Sic enim teſtatur ejus lapis ſepulchralis ad latus Evangelii in Choro Memmingæ, in quo circa extremitatem inſculpta legi; *Anno Domini 1575. die 26. Martii obiit V. in Chriſto P. ac Dominus Bartholomæus Rottenberger Prior & Reſtaurator hujus Monaſterii.*

Rurſus Provincialis Bartholomæus anno 1566. Capitulum conſcribit Friburgum ad Briſgojam. Verùm ob inteſtina bella, ſicuti ſtatutum fuerat, celebrari non potuit. Annus iſte 1566. infeliciter luxit Cœnobio noſtro Wormatienſi, propè portam S. Martini, dum ultimâ Octobris (an incuriâ Wendalii Prioris parum à Lutherano Wormatienſi Magiſtratu laudati, an igne ſtudioſè immiſſo, ut Conventu incinerato faciliùs acquireret pro Civitate illa reditus noſtros, quêis anno 1533. juxta ſuperiùs memorata jam jam inhiabat, ſuſpendo judicium.) horribile incendium Habitationem noſtram abſumpſit. Per literas hoc infortunium ſtatim Bartholomæo Provinciali notificat Senatus Wormatienſis, prætexens, non eſſe ampliùs in exuſtis habitaculis ſubſiſtendi locum, nec reædificandi ſpem reſiduam ob Monaſterii pauperiem, vi Privilegiorum Cæſareorum Magiſtratui competere dirutarum ſive Eccleſiaſticarum, ſive Sæcularium domorum ſpatia, per incendium graviſſima civibus damna eſſe illata, quêis reſarciendis impar foret tota Rheni & Sueviæ Provincia, per mandata ac tributa nobis impoſita, per clientelas, advocatias, aliòſque ſubjectionis ac jurisdictionis actus dominium in Noſtros ſe ſe priùs uſurpâſſe. Unde ad damna reparanda, & alias vexas evitandas exigebat Civitas Wormatienſis Locum noſtrum, & ſuperſtites reditus; Ad quas remonſtrationes (certè præſumptuoſas, falſas & irritas) crebriùs tam ſcriptim, quàm perſonaliter factas, Provincialis anguſtiis undique circumplexus, dum aliud medium non ſupereſſe illi vide-

debatur, nisi cedere locum amicè, quem aliàs inimicè rapuissent, prudenter hanc conditionem traditioni anno 1567. factæ annexuit, ut nempe Magistratus Wormatiensis ex bonis & reditibus nostris, quos Hospitali adjecerunt, transeuntes Fratres Provinciæ Rheno-Suevicæ juxta condignitatem Personarum in victu ac diversorio hospitaliter tractet, si NB. ad cessionem hanc datus fuerit & accesserit consensus Reverendissimi P. Generalis. Quem sequi haud posse, jam præscivit Provincialis Bartholomæus.

Cùm verò Wormatiensis Magistratus absolutum dominium nedum loci, sed & redituum exinde sibi acquisitum tenuisset, cessionem priùs à Provinciali initam P. P. Capitulares in Comitiis Provincialibus Hagenoæ anno 1569. celebratis annullabant, asseverantes, frivolas fuisse informationes, & tam Juri Ecclesiastico, quàm Privilegiis Cæsareis adversantes, literásque refutatorias & protestatorias ob cessionem combusti Monasterii Wormatiensis ad Magistratum ibidem dederunt, & subscripserunt iisdem, nominatim Rudolphus Zabele Procurator Provinciæ, Laurentius Forst Prior Colmariensis & Vicarius per Alsatiam, Georgius Saliretus Prior Memminganus, & alii præsentes. (ex Archivo Herbip.)

Cæterùm, quæ de cessione dicti loci Wormatiensis argui possent contra Bartholomæum Provincialem, tam parum afficiunt hunc virum aliàs in officio suo certè laboriosum, quàm parum derogat famæ V. P. Conradi Tregarii, quod Weissenburgensem Conventum anno 1526. Præposito Cathedralis Ecclesiæ ibidem, & quàm parum studiis M. Henrici Lancillotti nocet, quòd altero Sæculo ad annum 1622. Münnerstadium nostrum Reverendissimo Episcopo ac Principi Herbipolensi sub certa conditione concesserint. (docum. istorum Conventuum.) Serviebant enim & accommodabant hi Patres se tempori, & ut cætera majoris momenti servarent intacta, minora ad tempus malevolum relinquebant, feliciori sidere affulgente repetenda.

Porro Bartholomæus Ulrici, quantùm in viribus habebat, pro conservatione Ordinis impendit, Privilegiorum confirmatio-

Cc 2 nem

nem ab Augustissimis Imperatoribus Ferdinando I. anno 1559. & Maximiliano II. anno 1570. gratiosè impetrando, proùt hujusmodi Diplomata in Originali habentur Herbipoli in Archivo.

Ut ùt verò Privilegia, exemptiones, & immunitates nostras Diplomata ista Cæsarea roborant, nihilominùs Senatus Spirensis Civitatis perhibebat ab ipso Cæsare Maximiliano II. concessum fuisse, ut acatholicas Conciones & Ceremonias in inferiore parte Ecclesiæ nostræ tolerare deberemus: Quæ concessio (si tamen in veritate subsistit) multas tricas & querimonias sequentibus temporibus causabat; cùm enim formalia, ùt ajunt, sint: Das Lang Hauß der Kirchen unterhalb des Chorß solle der Stadt Speyer zu ihrer Predig und Ceremonien gegand (NB. idem ac vergünstiget) seyn, und solches nit länger, als bis auf eine Christliche General-Reformation. Quæ, cùm in Concilio Tridentino non obstante reclamatione Sectariorum facta sit, jure merito Civitas Spirensis intactam debuisset relinquere possessionem nostram, neque clamoribus suis novis antiquam dehonestare Ecclesiam.

Sed hanc adversitatem, de Lutherano exercitio in nostra Ecclesia extra Chorum tolerando, Provinciali Bartholomæo Deus aliâ compensavit felicitate, quòd Monasterium Uttenwilanum per continuos annos 26 acephalum, & partim à RR. PP. Benedictinis Zwifaldensibus, partim à Clericis Sæcularibus quoad Parochialia administratum, denuo Augustinianis, & quidem ex illo tempore Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ per illustres Bertholdi de Stein Successores anno 1572. accesserit. Primum tunc ex nostra Provincia Priorem egit Uttenwilæ P. Caspar Holl professus de Conventu Moguntino, qui multas tribulationes innocens sustinere debuit à Jacobo L. B. de Stein, de quo & Conventu Uttenwilano plurima conscripsit ex Documentis P. Onuph. Schambach ad Protoc. Prov. Herbip. Casparo successit P. Jacobus Raibel, qui ex Uttenwilensi deinde Memminganus Prior post obitum anno 1607. epitaphium Memmingæ meruit in lapide ad latus Epistolæ prope majus Altare posito, cui incisus Religiosus in habitu nostro, biretum super ca-

caput, & rosarium cum Breviario in manibus habens, ut ipse vidi.

Contigit autem successio & receptio Conventûs Uttenwilani ad nostram Provinciam hoc modo: Cùm Joannes Ludovici Ss. Theologiæ Doctor & Provincialis (de quo plura retuli superiùs suo tempore) in Convocatione Monachii anno 1465. habitâ, Monasterium prædictum tanquam Conventum Observantiæ Provinciæ Bavaricæ incorporâsset, eidem R. P. Henricum Stirer Vicarium Priorem præponendo: secutus est istum R. P. Erhardus Glinghard, qui anno 1475. Molendinum pro dotatione emptum acquisivit 141. Fl. Post quem Andreas Kindich Conventui præfuit utiliter, comparando Sylvam Bußerholz, Lausholz & Lausweyer multásque controversias dextrè composuit usque ad annum 1506. Balthasaro Müller aliquamdiu deinde Priore, suum officium resignante, elegit anno 1521. Conventus Priorem R. P. Joannem Kindich & hucusque in Fundatione stabiliter viximus; Cùm verò Joannes Sartoris Prior etiam Ordinis nostri ægerrimè adhuc viveret anno 1542. & post aliquot annos ex hac vita decessisset: ad Prioratum anno 1546. ex Imperiali Monasterio Zwifalden Ordinis S. Benedicti (quia Abbatialem Infulam portabat quidam ex Nobili Familia de Stein) assumptus est R. P. Gregorius Gnoll sive Magnus, à cujus tempore cepit Conventus fieri parvus; cessavit enim ad tempus Augustinianum Regimen, & translatum fuit ad extraneos usque ad annum 1572. Mortuo Priore Gregorio subrogatus est Prior ex eodem Zwifaldensi Cœnobio R. P. Laurentius Frey à Nobili D. Joanne de Stein postulatus anno 1560. sed nomen Frey diu non habuit; etenim à malevolis apud dictum Nobilem diffamatus, quasi dissiparet bona hujus Monasterii, ab eodem injustè ac impertinenter an. 1564. incarceratus fuit, ad annum 1567. modò liber dimissus; Hunc Laurentium verò tutatus est Marcus Sitticus S. R. E. Cardinalis & Episcopus Constantiensis, Nobilem de Stein & adjuvantes ad incarcerationem iniquam incidisse in excommunicationem declarans. Intereà anno 1564. R. P. Gregorius Staurer vel Storer, qui ex eodem Imperiali Monasterio assumptus

eſt pro Priore, ne inclementiam Dynaſtæ experiri cogeretur, maturè reſignavit officium, & rediit ad ſuum Cœnobium. Ne autem omnino vacaret Fundatio, Prioratus, & Parochiæ adminiſtratio, D. D. Barones de Stein ſe converterunt ad Clericos ſæculares, & hos pro adminiſtratione Prioratûs & Parochiæ inſtituerunt, ſperantes haud dubiè meſſem uberiorem. Itaque Primus de Clero anno 1566. Prioratum unà cum Parochia adminiſtravit R. D. Michael Unger ſecum habens cooperatores unum Sacerdotem Profeſſum Auguſtinianum Michaëlem Mercle & duos Clericos. D. Michaëli ſucceſſit R. D. Jacobus Schmidt anno 1570. Quo vel ſequenti anno mortuus eſt Nobilis Dominus Joannes de Stein. Conjecturaliter autem tam hic quàm Filii ejus, ac præcipuè Tutores Nobiles à Roth conſultàrunt rectiùs, ac reſolverunt æquiùs, ad ſuam Fundationem revocare & reintroducere Patres Auguſtinianos, quibus illa primitùs facta fuit. Et notanter relictâ Provinciâ Bavaricâ agere ceperunt deſuper cum Patribus Provinciæ noſtræ Rheno-Suevicæ; Id quod in ſua adhuc præſente epiſtola ad Dynaſtiæ præfectum transmiſſa expreſſit, forſan Memmingâ hàc tranſiens R. P. Laurentius Forſt Prior Conventûs Colmarienſis & Vicarius Provinciæ Superioris anno 1571. in qua epiſtola commemmorat, quòd res cum Gratioſo D. Barone de Roth actas circa Monaſterium Provinciali detulerit: è quibus hic magnum concepit gaudium, ſtatímque mentem eò intendit, ut de idoneis Patribus Monaſterio provideret; Quia verò ob nimias perturbationes variáque negotia Provinciæ intentum expedire haud potuit, proviſionem de Perſonis diſtulit usque ad annum ſequentem 1572, in quo ex Capitulo Spiræ celebrato deſtinavit Priorem Casparum Holl. Et ex iſto tempore licèt in multis tribulationibus & controverſiis usque ad modernam ætatem poſſeſſio Monaſterii & Parochiæ ſubeſt Provinciæ Rheno-Suevicæ (prot. Prov. Herb.).

Circa Erfurtenſem noſtrum Conventum hìc ſilentio prætereundum non eſt, qualiter anno 1561. contra inſtrumentum pacis erectum anno 1555. in Comitiis Imperialibus Auguſtæ Vindelicorum

rum

rum de non turbando Catholicos in fide & bonis suis, Patres nostri à civibus & Magistratu ibidem è Monasterio turbati, & Ecclesiâ, ornatu ejus, bibliothecâ, omnibúsque bonis in odium Religionis privati fuerint. Cúmque Alexander Rupp, ob fidei & voti sui constantiam æternâ memoriâ dignus, tunc temporis Prior locum sponte nollet cedere, armatâ manu è Conventu ac Civitate non absque ignominia & injuriis expulsus, cæteri quoque Patres ac Fratres cum violentia extracti & extrusi sunt. (protoc. Provinc.) Hunc bonum & fidelem Virum Alexandrum anno 1568. Moguntiæ obiisse, ex annotatis ad Pamphili Chronicon, in isto Conventu legi.

Habuit etiam hoc tempore Helvetia nostra illustres Patres in Joanne Berner, & jam supra memorato Jacobo Müllibach, quorum uterque de Conventu nostro Friburgensi professus, Abbatiali mitra æstimabatur dignissimus in celebri Monasterio Altaripensi, Ordinis Cisterciensium D. Bernardi prope Friburgum Helvetiorum: ubi juxta reformatas Constitutiones Religiosi ibidem professi in rigida ab omni esu carnium abstinentia vivunt. Hac in Abbatia, ut Præsulem ageret, postulatus est Joannes Berner anno 1567. & ita quidem pietate, prudentiâ, & rerum agendarum peritiâ præfuit, ut, postquàm naturæ debitum anno 1578 felici morte solvisset, pariter ex Ordine Augustinensi Jacobum Müllibach dicti Capitulares Altaripenses assumpserint, illius in Abbatiali dignitate Successorem. De hoc amplissimo Patre Jacobo annales nostri referunt, eum, quò perfectiùs studia Literarum Sacrarum absolveret, missum Parisios, & inde ad gubernium Conventûs nostri Friburgensis Uchtlandiæ destinatum fuisse. Quid verò gloriosi & memoratu digni egerit, vel reliquerit in Regimine Abbatiali, post repetitas per Nostros preces, ab Altaripensibus obtinere non potui, peculiare tamen Sacellum, ubi quiescit ante Altare, ejúsque insignia ex aurichalco fusa, quæ sunt rota molaris Lapidi sepulchrali appensa, item ad latus in pariete hujus Sacelli tabula ex ære, cui infusa est hæc inscriptio: *Anno 1604. ingressus est universæ carnis viam Reverendus Dominus Jacobus Müllibach Abbas hujus Monasterii, cujus corpus in hoc loco tumulatum est. Cujus anima in pace requiescat.*

(pro-

(protoc. Friburg.) Hæc, inquam, monumenta nonobscurè posteris indicant tanti Viri acta, licet plura nos lateant, oblivioni tradenda non esse.

Vixit hoc tempore Brisaci devotus ac eruditus Pater Vitus Obser de Marckdorff oriundus, Prior dicti loci, & Prædicator Catholicus, qui anno 1574. in Festo Omnium Sanctorum emarcuit. Iste, uti in suis manuscriptis commemorat Nicolaus Bening, sequentes versus ad lapidem sepulchralem habuit;

Est Christus Vitis; felix, qui Palmes in illo:
Palmes erat Vitus: quot tulit ille botros!
Plenus erat Musto, Divini Nectare Verbi,
Miscuerat populo dulcia pocla suo.
Ah! quam charus erat Ganimedes omnibus ille,
Gratus & exemplo gratus & Eloquio.
Invida, crudelis, tabescens, improba, mordax
Sic nobis aufers Mors truculenta bonos!
In Regno Christi nunc Collige munera Vitis,
Nunc bibe, Vite, poli Nectar & Ambrosiam.

Anno 1579. die 4. Novembris Conventus Memminganus honorem habuit, ab ipsomet Illustrissimo ac Reverendissimo D. Feliciano Episcopo Ascalonensi & Nuntio Apostolico ad Germaniam Regulari Visitatione beari. Decreta, quæ pro observantia ibidem statuebat, adhuc restant legenda Memmingæ.

Bartholomæus autem Provincialis ætate & peritiâ aliis Provinciæ Patribus, quorum pauci tunc erant, præcellens, celebrabat Capitula Spiræ anno 1572. & Hagenoæ annis 1575. 1578. atque 1581. manens in Officio usque ad obitum suum, qui eidem 12. Junii dicto anno 1581. Hagenoæ accidit. Ossa ipsius in Choro ad latus Epistolæ prope majus Altare ibidem quiescunt.

Intra hæc tempora sæpiùs Generales Congressus celebrabantur, quibus tamen ob Provinciæ egestatem & Patrum paucitatem nullus de Nostris legitur interfuisse. Electus autem fuit ad Generale Magisterium anno 1570. loco Christophori Patavini Thad-

dæus

dæus Perusinus Perusiæ, ubi statutum, ut Diffinitor Generalium Comitiorum imposterùm à Diffinitoribus Provinciæ eligatur eo modo, quo eliguntur Provinciales: ita ut ad ejusmodi Diffinitoris munus hi tantùm eligantur, qui & Provincialis officio functi jam fuerint, nec Diffinitores hactenus extiterint. Nemo ad studia vel sacros Ordines promoveatur, nisi priùs per Examinatores in quavis Provincia deputandos examinatus. Qui Gradus aut dignitates, seu officia, vel quævis commoda in Religione, favore Laicorum aut aliorum quorumlibet procuraverit, ea nedum consequatur, sed & siquid Gradûs, dignitatis, officiive habet, amittat. Qui defectus errataque Fratrum, & alia quæcunque Religionis secreta alicui extra Ordinem revelare præsumpserint, ad omne officium perpetuò inhabiles existant, & tanquam infames ab omnibus repellantur. In quibuscunque diebus tres illi Psalmi cum Sermone B.P. Augustini, quos in laudem Beatæ Mariæ antiquorum Patrum instituto post Completorium recitare tenemur, dicantur omnino, nisi fuerit officium duplex aut semiduplex: Sextis autem feriis solemniter decantentur.

Anno 1575. Synodus Ordinis coacta est Romæ, ubi confirmato Thaddæo sancitum fuit inter alia, ut S. Guilelmi Festum cum octava celebretur. Ut post Missam majorem (nisi solemnis dies existat) decantetur antiphona: *Ave Regina cælorum, Mater Regis Angelorum &c.* Ut imposterùm nemo ad Gradum Magisterii admittatur, nisi priùs laudabiliter saltem tribus annis Regentis munus exercuerit, vel in officio Prædicationis specimen de se dederit. Ut Comitia Generalia proptèr multas & graves expensas maximàque incommoda Patrum, qui ex Ultramontanis huc accedere coguntur, deinceps de sexennio in sexennium habeantur, nisi accidat intereà temporis novum totius Ordinis Moderatorem deligendum esse. Decretum aliàs factum, ut nempe Diffinitor Generalis esse non possit, qui Provincialatûs munere priùs functus non fuerit, in Citramontanis tantùm vigeat, in Ultramontanis autem consuetudo servetur. (Pamphil. in Chronico Ord.)

 Quo

Sacræ Theologiæ Lector & Concionator celebris sedulam pro Ordine & animarum salute impendit operam. Prior Conventum Moguntinum ad annum 1549. & iterum 1562. intereà quoque Wormatiensem ad annum 1553. solicitè administravit, non intermittens, quæ in calamitosis istis temporibus Provinciam premebant mala, consiliis & adjutorio suo alleviare. Post obitum Provincialis Bartholomæi Ulrici, cujus erat in munere Vicarius, convocabat anno 1581. Patres Capitulares Spiram, à quibus in Provincialem Priorem electus, & iterum anno 1584. Hagenoæ officium servare jussus, illud usque ad annum 1586. continuavit. (Acta Provinc.)

Intereà anno 1583. pestilenti lue laborabat plurimùm Germania ferme tota: ad illam proinde avertendam Moguntiæ Fraternitatem S. Sebastiani ad pristinum vigorem Joannes Wallrapp reduxit (ex libro Fraternit. hujus Moguntiæ).

Eum fuisse arbitramur, qui, ne omnino perditum iret Monasterium Colmariense, pro manutenenda possessione ad eum locum Fratres maturatò destinavit. Cùm enim à Colmariensi Magistratu Nostris de Spatio Monasterii, ubi habebamus ambitum & Cœmeterium, quæ modò applicata sunt pro Curia Regii Consilii, jam direpta fuissent, ac juxta Novatorum principia decretum: ut in Monasteriis, è quibus Religiosi cedere nollent, emortisatione expectatâ nullus intereà tyro ad Monasteria reciperetur, prope erat, ut tota Colmariensis nostra possessio in manus acatholicorum venisset, nisi fidelis ac verè catholicus civis, bonúsque ac sincerus Augustiniani Ordinis fautor (de nomine certatur) Patri Provinciali subscripsisset: quatenus F. Georgio Laico soli adhuc in Monasterio superstiti succursum pro conservanda possessione mitteret. In magna licet tunc temporis penuria Patrum ac Fratrum Provincialis tamen invenit ac destinavit duos, quorum unus fuit P. Martinus Imhoff; huic enim à Joanne Wallrapp Prioratus Colmariensis aliquando committebatur, & mansit in eo usque ad annum 1593. prout ex computis Colmariæ constat. Duo, inquam, à Provinciali Colmariam destinati ad succurrendum pro manutenenda possessione, vestibus sæcularium induti (Religiosum enim Or-

Ordinis habitum execrabatur cupida occupandi libido forensium) intrârunt primò hospitium sæculare: ut minor fieret suspicio, tectos sub alieno vestitu esse Augustinianos Religiosos; occultatâ intentione antefatus Ordinis fautor sub prætextu amicitiæ illos ad domum suam invitat, & vespere facto ducit ad Monasterium. Fr. Georgius, ne extraneos impertinenter ad Monasterium intromitteret, intra portam sedulò exquirit à peregrinis Patribus nomen Provincialis, & alia Ordinem & Provinciam speciatim concernentia, agnoscénsque verè tales esse, qui in succursum fuerint missi à Provinciali, eis januam aperit, qui altero manè statim prævio campanæ pulsu Sacra legunt, admirantibus extraneis de Civitate. Sic possessio nostra Colmariæ feliciter fuit conservata (ex traditione).

Circa Fridbergense in Wetteravia situm Monasterium nostrum hic notandum venit: quòd, postquàm Jacobus Feürbach Prior & Administrator illius Conventûs anno 1581. diem suum obiit, Eximius P. Joannes Wallrapp Provincialis pro successione in Prioris officio constituerit ibidem P. Henricum Pancratii, qui ultimus in hoc fatali sæculo dictum Cœnobium direxit, ac Civitate Fridbergensi, ad Novatorum sectam declinante, & bona Ecclesiastica occupante, cedere coactus Moguntiam petiit ceu locum Sacri asyli. Quòd enim anno 1580. adhuc annui census, quos ille Fridbergensis Conventus recipere solebat, soluti fuerint, hoc certi computorum fasciculi ad Archivum Moguntinum transportati demonstrant. Eos autem reditus nostros à Magistratu Fridbergensi anno 1586. jam jam acceptos fuisse, ex eodem Archivo Moguntino desumpsi. Unde colligendum, intra hoc sexennium Patres nostros ex antiqua possessione turbatos iniquè ac violenter expulsos fuisse.

Afflictis his atque perditis Provinciæ Rheno-Suevicæ rebus suppetias tulit è Belgio ad nos veniens Eximius P. M. Antonius Kerbeckius, qui anno 1584. loco & nomine Joannis Wallrapp cum Joanne Georgio à Greiffenstein, de quibus adhuc plura dicam,

Dd 3 pau-

stantiensis, Brisacensis & Colmariensis quo ad curam mansisse Melchioris Provincialis, cæteros verò ad Moguntiam propiores vigilantiæ prædictorum duorum Patrum commendatos.

Anno 1555. Arimini Comitia Ordinis celebrantur. In quibus ob penuriam Patrum & paupertatem Conventuum de nostra Provincia nemo interfuit, sicut nec anno priùs 1551. quo Christophorus Patavinus primò eligebatur Bononiæ totius Ordinis Prior Generalis (Pamphil.).

Pergit intereà omni furore & violentiâ belli Marchio Brandeburgicus Albertus etiam inferiorem concutere Germaniam: quâ tempestate Conventus circa & ad inferiorem Rhenum spoliis, Lutheranæ perfidiæ & omnimodæ deletioni subjiciebantur: & quamvis anno 1557. per mortem Alberti quassatio cessasset, atque Gallis per Virtutem Hispanicam superatis flamma furoris nonnihil remitteret versùs Orientem, vehementior & ferocior tamen erupit ad Occidentem. Cum Regina Angliæ Elisabetha Crudelitatem ac perfidiam Henrici VIII. imitata, anno 1559. Religiosos aut ejiceret, aut interimeret. Quo ex tristi eventu posteriori tempore Optimi Viri ab illa Regione ad terras Nostras emigrabant.

Dicto anno 1559. Patres Provinciæ, postquàm à sexennio remoris belli, alíisque periculis impediti Conventum celebrare non poterant, denuo tandem congregantur Colmariæ, & Melchiore in Munere confirmato, pro necessitatibus, convenientiis, ac reflorescentia Provinciæ saluberrimas congerunt Sanctiones. Interfuit huic Conventui Eximius Pater Jacobus Müllenbach, per plures annos Friburgensis nostri Asceterii in Helvetia Prior, eâ pietatatis & doctrinæ præstantiâ conspicuus, ut anno 1578. à Cistercio Altrippensi Abbas fuerit postulatus. De quo paulò inferiùs adhuc dicam.

Denique Melchior Provincialis plurimis & maximis pro Ordine ac præcipuè Provinciâ exantlatis laboribus, Senióque exhaustus vitâ & Officio piè ac laudabiliter defungitur anno 1560. Friburgi Brisgojæ, Corpore in Choro prope lapidem Joannis Episcopi sepultu.

turæ dato; anima ejus Deo vivat, & memoria illius sit in Benedictione. (Act. Capit. Friburg. Brisg. & Series Provincial. Brisaci.)

Annotandus hic venit Vir boni Zeli Andreas Sigisfridus, qui pulchras fecit annotationes in Epistolam S. Pauli 1. ad Timotheum. Item reliquit librum in folio scriptum, qui de Sacramentis tractat, post quem sequuntur enarrationes in 15. Psalmos Graduales, & ultimò variæ Theses, quas successivè pro Gradu Cursorio, Lectorio, ac Baccalaureatûs defendit, prælectas Coloniæ cum Facultate Theologica anno 1550, ubi etiam Baccalaureatûs Gradum suscepit. Extant manuscripta in folio Herbipoli. Item tres tomos Concionum m. sc. & alios in Magistrum Sententiarum. Fuit Is Herbipoli in Summo Templo sicut modò R. R. P. P. Societatis famosus Ecclesiastes, ac sedulus Prior ibi de Conventu comparavit Bibliothecæ Herbipolensi multos antiquos libros, inter quos sunt libri Eximii Patris Bartholomæi Usinger. Migravit Herbipoli anno 1562. ad æternitatem, in antiquo Choro sepultus, in medio lapidis ob Lectoriæ & Prædicationis excellentiam obtinuit insculptum Librum, & hinc inde literas sui nominis A. S. P. anno 1562. ad Posterorum memoriam. (antiq. anniversf. libr. Herbipoli).

Maximè hic etiam decet adducere eos Patres, qui, licèt in Provincia nostra, cujus seriem gestorum hucusque prosecutus sum, haud floruerint, in maxima tamen calamitate, quâ Sacrosancta Ecclesia Romano-Catholica in Germania nostra ob hæreticorum insultus premebatur, adeò, ut Navis Petri pene submergi videretur, Legationibus, Sermonibus sive Concionibus, operâ & studio per 18. annos, quousque Concilium Oecumenicum Tridenti duravit, fideliter ac viriliter successivè illud adjuvârunt, & ornârunt. Præcipuum veneramur Hieronymum Seripandum Neapolitanum, qui è totius Augustinianæ Religionis Priore Generali S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Susannæ & Archiepiscopus Salernitanus Præsidens Concilii & Legatus Summi Pontificiis Pii IV. eidem interfuit. Alii sunt Joannes Jacobus Barba S. T. D. Neapolitanus, Episcopus Interamnensis. Joannes Mugnatonis S. T. D.

Prius

Priùs Concionator Cæsareus, de quo supra in literis ad nostrum Hoffmaisterum datis Seripandus mentionem fecit, posteà Episcopus Segobiensis & Albaraziensis. Eugenius Pisaurensis celeberrimus tempore Quadragesimali Præco, posteà Episcopus Smirnensis. Franciscus Richardotus Burgundus, scriptor famosus, Episcopus Nicopolitanus & Suffraganeus Vesuntinus. Gaspar Casalius Lusitanus, qui semel à Lusitano Rege missus est tanquàm Legatus & Orator, & alterà vice, cum jam esset Episcopus Leiriensis. Ægidius Pisaurensis, Sacrista, Bibliothecarius, & Confessarius Pii IV, Christophorus Patavinus Generalatûs sui tempore præsens Concilio. Alexius Saradellus Procurator Ordinis, & suo tempore Concionator præcipuus Italiæ. Adamus N. Secretarius Ordinis, qui cum Eminentissimo Cardinali Madrutio nomine septem Cantonum Helveticorum Catholicorum, & eorum Oratori Melchiori Equiti Aurato assistebat, ac nonnunquam ejus vices gessit in Concilio. Adeodatus Senensis, Ægidius Volaterranus, Ambrosius Veronensis, Gabriel Buratellus Anconitanus, Andreas Volaterranus, Antonius de Mondulphio Reverendissimi D. Episcopi Pragensis Orator. Augustinus Moreschinus. Aurelius Coronaltensis cum Domino Oratore Helvetiorum. Aurelius Patavus Provinciæ Terræ Sanctæ Visitator. Balthasar Massanus. Cherubin Lavosus de Cassia. Caspar Siracusanus. Gregorius Patavinus Socius Seripandi adhuc Generalis. Guilelmus Bononiensis. Paulus Senensis. Joannes de Oregrzera curatorio nomine ab Archiepiscopo Mexicano missus. Joannes Paulus Mezzaferri Recanatensis. Leonardus Aretinus. Marianus Roshe Faltrensis Prior Tridenti ad S. Marcum. Nicolaus Sentellius. Rogerius Juvenis Belga Flandrus unà cum Doctoribus Lovaniensibus. Sebastianus Broilus, aliàs Ammianus Fanensis. Simon Prazzolatus Patavinus. Simon Florentinus Provinciæ Pisanæ Antistes. Thaddæus Guidellus Perusinus. Lippus Aurelius &c. quos Elssius in suo Encomiastico sparsim refert. Sed ad nostram redeamus Provinciam.

XXXV.

BARTHOLOMÆUS ULRICI de Hagenoa, Cursor Sacrarum Literarum, ac deinde juxta Ordinis morem Lector, Monasterii Hagenoënsis possessionem fatali illo tempore nedum servavit, sed quibusdam etiam bonis ac reditibus adauxit. In Prioris officio ultra decennium ibidem constitutus. Diffinitor intereà anno 1549. in Capitulo Friburgensi Brisgojæ, Provinciæ vix non ad incitas redactæ, pro sua prudentia consuluit. Huic Bartholomæo tanquam Vicario suo inferioris Germaniæ Conventuum nostrorum causas & curas commisit Melchior Rodelius, quem in officio Provincialatûs sequens, laboriosum ac planè difficile onus in se suscepit anno 1560. Siquidem residuos Provinciæ Conventus regere, possessos conservare, alienatósque requirere deberet tempore, quo hæretici Novatores iniquissimâ factione majora indies mala excogitabant.

Ab anno 1560 usque ad 1581

Hoc ipso tamen anno 1560. Bartholomæus Ulrici cum Priore Constantiensi, qui fuit Andreas Rosnagel, à Joanne Speth de Zwifalden antiquissimæ Nobilitatis Heröe, Urbis Constantiensis Præfecto Reversales obtinuit pro aliquali bonorum, redituum, & appertinentium, tempore defectionis à fide alienatorum, satisfactione, ac in specie Laudabilis Magistratus Constantiensis reddidit octingentos florenos pro abstractis majoribus capitalibus, censibus, hortis, sylvis ac vineis. Item in locum eversi Dormitorii, quo nunc tanquam armamentario utuntur, Domum Regiam vulgò daß Königs Sigmund Hauß nobis dederunt in stabilem possessionem ac dominium, de quo contractu plura legenda sunt in Urbario lit. D. Constantiæ.

Anno 1563. Bartholomæus Ulrici Synodo Patrum Brisaci congregatorum præfuit, ubi tamen ad electionem alterius Provincialis non procedebatur. Hoc tempore Conventus Memminganus Provinciæ Bavaricæ, ac deinde Saxonicæ Reformationi unitus, incorporatus est Provinciæ Rheno-Suevicæ; & acta Synodi præfatæ Vicarium eidem Domui Memminganæ destinârunt Ge-

Georgium Saliret, vel ùt alii scribunt, Salvetium cum addito, ut, cùm mortem oppetièrit prædecessor suus Bartholomæus Rottenberger supra jam laudatus, ille statim in officio Prioris & manutentione loci succedat. (Acta Capit. Provinc.) Vitæ cursum posteà hic Rottenberger feliciter ac fideliter consummavit anno 1575. Sic enim testatur ejus lapis sepulchralis ad latus Evangelii in Choro Memmingæ, in quo circa extremitatem insculpta legi: *Anno Domini 1575. die 26. Martii obiit V. in Christo P. ac Dominus Bartholomæus Rottenberger Prior & Restaurator hujus Monasterii.*

Rursus Provincialis Bartholomæus anno 1566. Capitulum conscribit Friburgum ad Brisgojam. Verùm ob intestina bella, sicuti statutum fuerat, celebrari non potuit. Annus iste 1566. infeliciter luxit Cœnobio nostro Wormatiensi, prope portam S. Martini, dum ultimâ Octobris (an incuriâ Wendalii Prioris parum â Lutherano Wormatiensi Magistratu laudati, an igne studiosè immisso, ut Conventu incinerato faciliùs acquireret pro Civitate illa reditus nostros, quêis anno 1533. juxta superiùs memorata jam jam inhiabat, suspendo judicium.) horribile incendium Habitationem nostram absumpsit. Per literas hoc infortunium statim Bartholomæo Provinciali notificat Senatus Wormatiensis, prætexens, non esse ampliùs in exustis habitaculis subsistendi locum, nec reædificandi spem residuam ob Monasterii pauperiem, vi Privilegiorum Cæsareorum Magistratui competere dirutarum sive Ecclesiasticarum, sive Sæcularium domorum spatia, per incendium gravissima civibus damna esse illata, quêis resarciendis impar foret tota Rheni & Sueviæ Provincia, per mandata ac tributa nobis imposita, per clientelas, advocatias, aliósque subjectionis ac jurisdictionis actus dominium in Nostros se se priùs usurpâsse. Unde ad damna reparanda, & alias vexas evitandas exigebat Civitas Wormatiensis Locum nostrum, & superstites reditus; Ad quas remonstrationes (certè præsumptuosas, falsas & irritas) crebriùs tam scriptim, quàm personaliter factas, Provincialis angustiis undique circumplexus, dum aliud medium non superesse illi vi-

de-

debatur, nisi cedere locum amicè, quem aliàs inimicè rapuissent, prudenter hanc conditionem traditioni anno 1567. factæ annexuit, ut nempe Magistratus Wormatiensis ex bonis & reditibus nostris, quos Hospitali adjecerunt, transeuntes Fratres Provinciæ Rheno-Suevicæ juxta condignitatem Personarum in victu ac diversorio hospitaliter tractet, si NB. ad cessionem hanc datus fuerit & accesserit consensus Reverendissimi P. Generalis. Quem sequi haud posse, jam præscivit Provincialis Bartholomæus.

Cùm verò Wormatiensis Magistratus absolutum dominium nedum loci, sed & redituum exinde sibi acquisitum tenuisset, cessionem priùs à Provinciali initam P.P. Capitulares in Comitiis Provincialibus Hagenoæ anno 1569. celebratis annullabant, asseverantes, frivolas fuisse informationes, & tam Juri Ecclesiastico, quàm Privilegiis Cæsareis adversantes, literásque refutatorias & protestatorias ob cessionem combusti Monasterii Wormatiensis ad Magistratum ibidem dederunt, & subscripserunt iisdem, nominatim Rudolphus Zabele Procurator Provinciæ, Laurentius Forst Prior Colmariensis & Vicarius per Alsatiam, Georgius Saliretus Prior Memminganus, & alii præsentes. (ex Archivo Herbip.)

Cæterùm, quæ de cessione dicti loci Wormatiensis argui possent contra Bartholomæum Provincialem, tam parum afficiunt hunc virum aliàs in officio suo certè laboriosum, quàm parum derogat famæ V. P. Conradi Tregarii, quod Weissenburgensem Conventum anno 1526. Præposito Cathedralis Ecclesiæ ibidem, & quàm parum studiis M. Henrici Lancillotti nocet, quòd altero Sæculo ad annum 1622. Münnerstadium nostrum Reverendissimo Episcopo ac Principi Herbipolensi sub certa conditione concesserint. (docum. istorum Conventuum.) Serviebant enim & accommodabant hi Patres se tempori, & ut cætera majoris momenti servarent intacta, minora ad tempus malevolum relinquebant, feliciori sidere affulgente repetenda.

Porro Bartholomæus *Ulrici*, quantùm in viribus habebat, pro conservatione Ordinis *impendit*, Privilegiorum confirmationem

nem ab Augustissimis Imperatoribus Ferdinando I. anno 1559. & Maximiliano II. anno 1570. gratiosè impetrando, prout hujusmodi Diplomata in Originali habentur Herbipoli in Archivo.

Ut ut verò Privilegia, exemptiones, & immunitates nostras Diplomata ista Cæsarea roborant, nihilominùs Senatus Spirensis Civitatis perhibebat ab ipso Cæsare Maximiliano II. concessum fuisse, ut acatholicas Conciones & Ceremonias in inferiore parte Ecclesiæ nostræ tolerare deberemus: Quæ concessio (si tamen in veritate subsistit) multas tricas & querimonias sequentibus temporibus causabat; cùm enim formalia, ùt ajunt, sint: Das Langhauß der Kirchen unterhalb des Chors solle der Stadt Speyer zu ihrer Predig und Ceremonien gegand (NB. idem ac vergünstiget) seyn, und solches nit länger, als bis auf eine Christliche General-Reformation. Quæ, cùm in Concilio Tridentino non obstante reclamatione Sectariorum facta sit, jure merito Civitas Spirensis intactam debuisset relinquere possessionem nostram, neque clamoribus suis novis antiquam dehonestare Ecclesiam.

Sed hanc adversitatem, de Lutherano exercitio in nostra Ecclesia extra Chorum tolerando, Provinciali Bartholomæo Deus aliâ compensavit felicitate, quòd Monasterium Uttenwilanum per continuos annos 26 acephalum, & partim à RR. PP. Benedictinis Zwifaldensibus, partim à Clericis Sæcularibus quoad Parochialia administratum, denuo Augustinianis, & quidem ex illo tempore Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ per illustres Bertholdi de Stein Successores anno 1572. accesserit. Primum tunc ex nostra Provincia Priorem egit Uttenwilæ P. Caspar Holl professus de Conventu Moguntino, qui multas tribulationes innocens sustinere debuit à Jacobo L. B. de Stein, de quo & Conventu Uttenwilano plurima conscripsit ex Documentis P. Onuph. Schambach ad Protoc. Prov. Herbip. Casparo successit P. Jacobus Raibel, qui ex Uttenwilensi Memminganus Prior post obitum anno 1607. epitaphium Memmingæ meruit in lapide ad latus Epistolæ prope majus Altare posito, cui incisus Religiosus in habitu nostro, biretum super ca-

ca-

rosarium cum Breviario in manibus habens, ùt ipse vidi.
ntigit autem successio & receptio Conventûs Uttenwilani
am Provinciam hoc modo: Cùm Joannes Ludovici Ss.
iæ Doctor & Provincialis (de quo plura retuli superiùs
pore) in Convocatione Monachii anno 1465. habitâ, Mo-
m prædictum tanquam Conventum Observantiæ Provin-
aricæ incorporâsset, eidem R. P. Henricum Stirer Vica-
riorem præponendo: secutus est istum R. P. Erhardus
ard, qui anno 1475. Molendinum pro dotatione emptum
ivit 141. Fl. Post quem Andreas Kindich Conventui præfuit
r, comparando Sylvam Busserholtz, Lausholtz & Laus-
: multásque controversias dextrè composuit usque ad an-
1506. Balthasaro Müller aliquamdiu deinde Priore, suum
um resignante, elegit anno 1521. Conventus Priorem R. P.
nem Kindich & hucusque in Fundatione stabiliter viximus;
verò Joannes Sartoris Prior etiam Ordinis nostri ægerrimè
uc viveret anno 1542. & post aliquot annos ex hac vita decess-
t: ad Prioratum anno 1546. ex Imperiali Monasterio Zwifal-
Ordinis S. Benedicti (quia Abbatialem Infulam portabat qui-
m ex Nobili Familia de Stein) assumptus est R. P. Gregorius
ioll sive Magnus, à cujus tempore cepit Conventus fieri parvus;
ssavit enim ad tempus Augustinianum Regimen, & translatum
iit ad extraneos usque ad annum 1572. Mortuo Priore Gregorio
ibrogatus est Prior ex eodem Zwifaldensi Cœnobio R. P. Lauren-
ius Frey à Nobili D. Joanne de Stein postulatus anno 1560. sed
nomen Frey diu non habuit; etenim à malevolis apud dictum No-
bilem diffamatus, quasi dissiparet bona hujus Monasterii, ab eo-
dem injustè ac impertinenter an. 1564. incarceratus fuit, ad annum
1567. modò liber dimissus; Hunc Laurentium verò tutatus est Mar-
cus Sitticus S. R. E. Cardinalis & Episcopus Constantiensis, Nobi-
lem de Stein & adjuvantes ad incarcerationem iniquam incidisse in
excommunicationem declarans. Intereà anno 1564. R. P. Gregorius
Staurer vel Storer, qui ex eodem Imperiali Monasterio assumptus
est

est pro Priore, ne inclementiam Dynastæ experiri cogeretur, maturè resignavit officium, & rediit ad suum Cœnobium. Ne autem omnino vacaret Fundatio, Prioratus, & Parochiæ administratio, D. D. Barones de Stein se converterunt ad Clericos sæculares, & hos pro administratione Prioratûs & Parochiæ instituerunt, sperantes haud dubiè messem uberiorem. Itaque Primus de Clero anno 1566. Prioratum unà cum Parochia administravit R. D. Michael Unger secum habens cooperatores unum Sacerdotem Professum Augustinianum Michäelem Mercle & duos Clericos. D. Michäeli successit R. D. Jacobus Schmidt anno 1570. Quo vel sequenti anno mortuus est Nobilis Dominus Joannes de Stein. Conjecturaliter autem tam hic quàm Filii ejus, ac præcipuè Tutores Nobiles à Roth consultârunt rectiùs, ac resolverunt æquiùs, ad suam Fundationem revocare & reintroducere Patres Augustinianos, quibus illa primitùs facta fuit. Et notanter relictâ Provinciâ Bavaricâ agere ceperunt desuper cum Patribus Provinciæ nostræ Rheno-Suevicæ; Id quod in sua adhuc præsente epistola ad Dynastiæ præfectum transmissa expressit forsan Memmingâ hàc transiens R. P. Laurentius Forst Prior Conventûs Colmariensis & Vicarius Provinciæ Superioris anno 1571. in qua epistola commemmorat, quòd res cum Gratioso D. Barone de Roth actas circa Monasterium Provinciali detulerit: è quibus hic magnum concepit gaudium, statímque mentem eò intendit, ut de idoneis Patribus Monasterio provideret; Quia verò ob nimias perturbationes variáque negotia Provinciæ intentum expedire haud potuit, provisionem de Personis distulit usque ad annum sequentem 1572, in quo ex Capitulo Spiræ celebrato destinavit Priorem Casparum Holl. Et ex isto tempore licèt in multis tribulationibus & controversiis usque ad modernam ætatem possessio Monasterii & Parochiæ subest Provinciæ Rheno-Suevicæ (prot. Prov. Herb.).

Circa Erfurtensem nostrum Conventum hìc silentio prætereundum non est, qualiter anno 1561. contra instrumentum pacis erectum anno 1555. in Comitiis Imperialibus Augustæ Vindelicorum

Catholicos in fide & bonis suis, Patres notatu ibidem è Monasterio turbati, & Ecclethecâ, omnibúsque bonis in odium Religio. Cúmque Alexander Rupp, ob fidei & voti sui memoriâ dignus, tunc temporis Prior locum e, armatâ manu è Conventu ac Civitate non & injuriis expulsus, cæteri quoque Patres ac Fraextracti & extrusi sunt. (protoc. Provinc.) Hunc Virum Alexandrum anno 1568. Moguntiæ obiid Pamphili Chronicon, in isto Conventu legi. m hoc tempore Helvetia nostra illustres Patres r, & jam supra memorato Jacobo Müllibach, quo Conventu nostro Friburgensi professus, Abbatiali atur dignissimus in celebri Monasterio Altaripensi, ciensium D. Bernardi prope Friburgum Helvetio reformatas Constitutiones Religiosi ibidem professi mni esu carnium abstinentia vivunt. Hac in Abbaiem ageret, postulatus est Joannes Berner anno 1567. n pietate, prudentiâ, & rerum agendarum peritiâ prætquàm naturæ debitum anno 1578 felici morte solviscex Ordine Augustinensi Jacobum Müllibach dicti Caltaripenses assumpserint, illius in Abbatiali dignitate em. De hoc amplissimo Patre Jacobo annales nostri reum, quò perfectiùs studia Literarum Sacrarum absolveam Parisios, & inde ad gubernium Conventûs nostri Friis Uchtlandiæ destinatum fuisse. Quid verò gloriosi & atu digni egerit, vel reliquerit in Regimine Abbatiali, post as per Nostros preces, ab Altaripensibus obtinere non poeculiare tamen Sacellum, ubi quiescit ante Altare, ejúsque ia ex aurichalco fusa, quæ sunt rota molaris Lapidi sepulli appensa, item ad latus in pariete hujus Sacelli tabula ex ære, nfusa est hæc inscriptio: *Anno 1614. ingressus est universæ carnis m Reverendus Dominus Jacobus Müllibach Abbas hujus Monasterii, us corpus in hoc loco tumulatum est. Cujus anima in pace requiescat.*

(pro-

(protoc. Friburg.) Hæc, inquam, monumenta non obscurè posteris indicant tanti Viri acta, licet plura nos lateant, oblivioni tradenda non esse.

Vixit hoc tempore Brisaci devotus ac eruditus Pater Vitus Obser de Marckdorff oriundus, Prior dicti loci, & Prædicator Catholicus, qui anno 1574. in Festo Omnium Sanctorum emarcuit. Iste, uti in suis manuscriptis commemorat Nicolaus Bening, sequentes versus ad lapidem sepulchralem habuit;

Est Christus Vitis; felix, qui Palmes in illo:
Palmes erat Vitus: quot tulit ille botros!
Plenus erat Musto, Divini Nectare Verbi,
Miscuerat populo dulcia pocla suo.
Ah! quam charus erat Ganimedes omnibus ille,
Gratus & exemplo gratus & Eloquio.
Invida, crudelis, tabescens, improba, mordax
Sic nobis aufers Mors truculenta bonos!
In Regno Christi nunc Collige munera Vitis,
Nunc bibe, Vite, poli Nectar & Ambrosiam.

Anno 1579. die 4. Novembris Conventus Memminganus honorem habuit, ab ipsomet Illustrissimo ac Reverendissimo D. Feliciano Episcopo Ascalonensi & Nuntio Apostolico ad Germaniam Regulari Visitatione beari. Decreta, quæ pro observantia ibidem statuebat, adhuc restant legenda Memmingæ.

Bartholomæus autem Provincialis ætate & peritiâ aliis Provinciæ Patribus, quorum pauci tunc erant, præcellens, celebrabat Capitula Spiræ anno 1572. & Hagenoæ annis 1575. 1578. atque 1581. manens in Officio usque ad obitum suum, qui eidem 12. Junii dicto anno 1581. Hagenoæ accidit. Ossa ipsius in Choro ad latus Epistolæ prope majus Altare ibidem quiescunt.

Intra hæc tempora sæpiùs Generales Congressus celebrabantur, quibus tamen ob Provinciæ egestatem & Patrum paucitatem nullus de Nostris legitur interfuisse. Electus autem fuit ad Generale Magisterium anno 1570. loco Christophori Patavini Thad-

dæus

iæ, ubi ſtatutum, ut Diffinitor Generalium
ùm à Diffinitoribus Provinciæ eligatur eo
: Provinciales: ita ut ad ejusmodi Diffinito-
ı eligantur, qui & Provincialis officio functi
ınitores hactenus extiterint. Nemo ad ſtudia
promoveatur, niſi priùs per Examinatores in
deputandos examinatus. Qui Gradus aut di-
a, vel quævis commoda in Religione, favore La-
ım quorumlibet procuraverit, ea nedum conſe-
uid Gradûs, dignitatis, officiiſve habet, amittat.
atâque Fratrum, & alia quæcunque Religionis ſe-
:a Ordinem revelare præſumpſerint, ad omne offi-
inhabiles exiſtant, & tanquam infames ab omni-
ır. In quibuscunque diebus tres illi Pſalmi cum
Auguſtini, quos in laudem Beatæ Mariæ antiquo-
nſtituto poſt Completorium recitare tenemur, di-
no, niſi fuerit officium duplex aut ſemiduplex: Sex-
:iis ſolemniter decantentur.
1575. Synodus Ordinis coacta eſt Romæ, ubi confirma-
:o ſancitum fuit inter alia, ut S. Guilelmi Feſtum cum
ebretur. Ut poſt Miſſam majorem (niſi ſolemnis dies
lecantetur antiphona: *Ave Regina cælorum, Mater Regis*
&c. Ut impoſterùm nemo ad Gradum Magiſterii ad-
, niſi priùs laudabiliter ſaltem tribus annis Regentis mu-
ccuerit, vel in officio Prædicationis ſpecimen de ſe dede-
: Comitia Generalia propter multas & graves expenſas ma-
ue incommoda Patrum, qui ex Ultramontanis huc accede-
guntur, deinceps de ſexennio in ſexennium habeantur, niſi
at intereà temporis novum totius Ordinis Moderatorem de-
dum eſſe. Decretum aliàs factum, ut nempe Diffinitor Ge-
ılis eſſe non poſſit, qui Provincialatûs munere priùs functus
ı fuerit, in Citramontanis tantùm vigeat, in Ultramontanis au-
n conſuetudo ſervetur. (Pamphil. in Chronico Ord.) Quo

Quo tempore adhuc ad clavum Provinciæ sedit Bartholomæus, anno 1570. Pius V. Summus Pontifex per Bullam, quæ incipit: *Quoniam &c.* pro Reformatione Religiosorum servanda promulgari voluit sequentia decreta: 1mò abrogandam esse proprietatem. 2dò Ut quisque unâ cellâ contentus habitet in communi Dormitorio, nudis parietibus, lecto, & mensâ humili. 3tiò Ne quis det vel acceptet munera sub privatione Officii. 4. Ut omnes adsint Divinis Officiis, exceptis Prædicatoribus & Lectoribus iis diebus, quibus prædicant vel legunt. 5. Clerici & Conversi confiteantur quot hebdomadibus, communicent quot mensibus. 6. Fratres Domuum, ubi duodecim ali non possunt, aliò transferantur: nisi Domus illæ itinerantibus sint commodæ, ut quatuor senes habitare possint. 7. Ubique diebus Festis & Dominicis fiat concio. 8. In Conventibus magnis doceatur Theologia & speculativa & practica, in minoribus practica: diebus Festis legatur Catechismus Romanus. 9. Nemo habeat libros prohibitos sine licentia Sedis Apostolicæ sub pœna privationis officii docendi, confessiones audiendi. 10. Graduati sint idonei. 11. Promovens ad Ordinem indignum deponatur. 12. Novitio Ordines non conferantur. 13. Fratres confiteantur Confessariis Domesticis. 14. Priores ultra biennium non sint, nec in eodem loco confirmentur. 15. Sexagenario minores Fratres quovis biennio ad alium Conventum mittantur. 16. Priores ab administratione bonorum temporalium abstineant, quæ imponantur uni Fratri procuranda, alteri servanda, tertio ad usus expendenda, qui computum reddant Priori, & aliquot Fratribus singulis mensibus, Prior Provinciali vel Visitatoribus. 17. Privato nomine acquisitæ pecuniæ infra 24 horas deposito inferantur. 18. Omnes uno utantur Refectorio & cibis communibus. 19. Habeatur tamen cura senum, ægrotorum, Prædicatorum & Lectorum. 20. Omnes vestiantur camisiis laneis, & supellectile paupere utantur. 21. Hortus sit communis omnibus. 22. Professuri habeant sexdecim annos. 23. Laici servitores habeant 25. annos. 24. Dormitorium & Capitulum Novitiorum sit separatum. 25. Vestiarium

orme. 26. Archivi, literarum & rerum pre-
nt Prior, Depositarius & Procurator, ubi sit
tum mob. & immobilium, cujus exemplar in
tatur ad Archivum Provinciæ. 27. Instituan-
etunæ. 28. Prior conservet Ecclesiam sartam,
aramentis instructam. 29. Res Sacristiæ nullo
odentur. 30. Hæc sæpe legantur.
Septembr. Romæ Gregorius Papa XIII. in Bul-
concedit, ut Fratres & Sorores possint immo-
absque recursu ad Sedem Apostolicam, pro uti-
asterii, & in emphyteusin dare ad duas genera-
ationes, modò adsit consensus P. Generalis & dua-
rium Fratrum vel Sororum Monasterii.
j. die 15. Junii idem Gregorius XIII. per Bullam:
rnitatem Cincturatorum & Cincturatarum S. Au-
lonicæ nuncupatam in Ecclesia S. Jacobi Civitatis
nit, & facit unum corpus cum Fraternitate sub invo-
riæ Virginis de Consolatione in eadem Ecclesia insti-

nno 1578. in Bulla: *Ad augendam* concedit Indulgen-
iam iis Confratribus & Consororibus, qui se associant
, quæ fit Quartâ Dominicâ mensis, item omnibus
lelibus visitantibus Ecclesiam & Altaria S. P. Augusti-
lonicæ in festivitatibus eorum. Idem anno 1579. die
b. in Bulla: *Cum sicut* concedit in onere recitandi 13 *Pa-*
idem *Ave* cum *Salve Regina* pro Indulgentiis lucrandis:
ibus *Salve Regina* recitare pro eo quinque *Ave Maria*.
m eodem anno 1579. die 12. Novembr. designat in Bulla:
, solum Priorem Generalem Ordinis habere facultatem ag-
ndi ad Archiconfraternitatem Cincturatorum. Ab annos 1581 usque ad 1586

XXXVI.

JOANNES WALLRAPP mundo renuntians ad Monasteri-
Moguntinum venit anno 1533. (annot. ad Pamphil. Moguntiæ) Sa-

Sacræ Theologiæ Lector & Concionator celebris sedulam pro Ordine & animarum salute impendit operam. Prior Conventum Moguntinum ad annum 1549. & iterum 1562. intereà quoque Wormatiensem ad annum 1553. solicitè administravit, non intermittens, quæ in calamitosis istis temporibus Provinciam premebant mala, consiliis & adjutorio suo alleviare. Post obitum Provincialis Bartholomæi Ulrici, cujus erat in munere Vicarius, convocabat anno 1581. Patres Capitulares Spiram, à quibus in Provincialem Priorem electus, & iterum anno 1584. Hagenoæ officium servare jussus, illud usque ad annum 1586. continuavit. (Acta Provinc.)

Intereà anno 1583. pestilenti lue laborabat plurimùm Germania ferme tota: ad illam proinde avertendam Moguntiæ Fraternitatem S. Sebastiani ad pristinum vigorem Joannes Wallrapp reduxit (ex libro Fraternit. hujus Moguntiæ).

Eum fuisse arbitramur, qui, ne omnino perditum iret Monasterium Colmariense, pro manutenenda possessione ad eum locum Fratres maturatò destinavit. Cùm enim à Colmariensi Magistratu Nostris de Spatio Monasterii, ubi habebamus ambitum & Cœmeterium, quæ modò applicata sunt pro Curia Regii Consilii, jam direpta fuissent, ac juxta Novatorum principia decretum: ut in Monasteriis, è quibus Religiosi cedere nollent, emortisatione expectatâ nullus intereà tyro ad Monasteria reciperetur, prope erat, ut tota Colmariensis nostra possessio in manus acatholicorum venisset, nisi fidelis ac verè catholicus civis, bonúsque ac sincerus Augustiniani Ordinis fautor (de nomine certatur) Patri Provinciali subscripsisset: quatenus F. Georgio Laico soli adhuc in Monasterio superstiti succursum pro conservanda possessione mitteret. In magna licet tunc temporis penuria Patrum ac Fratrum Provincialis tamen invenit ac destinavit duos, quorum unus fuit P. Martinus Imhoff; huic enim à Joanne Wallrapp Prioratus Colmariensis aliquando committebatur, & mansit in eo usque ad annum 1593. proùt ex computis Colmariæ constat. Duo, inquam, à Provinciali Colmariam destinati ad succurrendum pro manutenenda possessione, vestibus sæcularium induti (Religiosum enim

Or-

abatur cupida occupandi libido forensium)
tium sæculare: ut minor fieret suspicio, te-
u esse Augustinianos Religiosos; occultatâ
Ordinis fautor sub prætextu amicitiæ illos ad
t, & vespere facto ducit ad Monasterium. Fr.
ieos impertinenter ad Monasterium intromit-
sedulò exquirit à peregrinis Patribus nomen
Ordinem & Provinciam speciatim concernen-
verè tales esse, qui in succursum fuerint missi à
anuam aperit, qui altero manè statim prævio
iacra legunt, admirantibus extraneis de Civitate.
tra Colmariæ feliciter fuit conservata (ex tradi-

dbergense in Wetteravia situm Monasterium no-
andum venit: quòd, postquàm Jacobus Feürbach
nistrator illius Conventûs anno 1581. diem suum o-
P. Joannes Wallrapp Provincialis pro successione in
constituerit ibidem P. Henricum Pancratii, qui ulti-
fatali sæculo dictum Cœnobium direxit, ac Civitate
i, ad Novatorum sectam declinante, & bona Ecclesia-
ante, cedere coactus Moguntiam petiit ceu locum
. Quòd enim anno 1580. adhuc annui census, quos
ergensis Conventus recipere solebat, soluti fuerint,
computorum fasciculi ad Archivum Moguntinum trans-
lemonstrant. Eos autem reditus nostros à Magistratu
gensi anno 1586. jam jam acceptos fuisse, ex eodem Archi-
untino desumpsi. Unde colligendum, intra hoc sexen-
atres nostros ex antiqua possessione turbatos iniquè ac vio-
expulsos fuisse.
Afflictis his atque perditis Provinciæ Rheno-Suevicæ rebus
etias tulit è Belgio ad nos veniens Eximius P. M. Antonius
eckius, qui anno 1584. loco & nomine Joannis Wallrapp cum
ne Georgio à Greiffenstein, de quibus adhuc plura dicam,
pau-

Paucos Provinciæ nostræ Conventus iterum cœpit visitare. Erant autem post maximam, quam ea patiebatur, stragem, adhuc sequentes Conventus, scilicet: Moguntinus, Spirensis, Hagenoënsis, Landaviensis, Colmariensis, Brisacensis, Friburgensis tam in Helvetia, quàm Brisgoja, Constantiensis, Oberndorffensis, Gamundianus, Memminganus, Wilensis, Uttenwilanus. Hos Conventus, cùm Magister Kerbeckius regulari visitatione perlustrasset, anno immediatè sequente 1585. Capitulum Provinciale indicit Brisacum, & ibidem quosdam Provinciæ Conventus, hucusque ex Vicariatu Saxoniæ quasi perditos & derelictos ad communionem Ordinis reducit. (Acta Provinciæ.)

Intereà Joannes Wallrapp senex & valetudinarius pietatis operibus intentus subsistit Moguntiæ. Et anno 1586, in Capitulo Provinciali Brisaci celebrato officium resignans, in decrepita ætate septuagenario major felici morte ab ærumnoso hoc sæculo tollitur anno 1587. die 22 Junii. (ex antiq. repert. Sacrist. Mogunt.) Cujus corpus Moguntiæ in nostra Ecclesia ante majus Altare sepulturæ datum est. Ipsi Kerbeckius, qui virum familiariter novit, laudem reliquit, addens in fine Chronicorum Pamphili, quæ habemus Moguntiæ, sequentia: Joannes Wallrapp Germanus è „mundo ad Monasterium Moguntinum veniens, in eo vitam duris„simam egit, mundo se omnino abdicavit, diu noctúque Deo ser„viens, etiam licet valetudinarius, attamen à Sacro & lacrymis in „eodem nunquam abstinuit. Ipsum non modò Eminentissimus „Archiepiscopus, cui à conscientia fuerat, sed etiam alii Canonici „& Venerabiles Viri amabant unicè, præsertim Patres Societatis, „& Reverendissimus Suffraganeus. Similia etiam de ipso perhibent Crusenius & Elssius.

Aliàs hoc quinquennio, quo Joannes Wallrapp præfuit, Capitula Generalia coacta sunt Bononiæ anno 1581. Ubi electus fuit Generalis Franciscus Recanatensis, quem vitâ brevi functum secutus est anno 1582. in Comitiis Romæ celebratis ad supremum Ordinis Regimen suscipiendum Eximius P. Spiritus de Vicentia sive

m Exgenerali Thaddæo Perusino isto anno
nventuum Germaniæ suscipere reintendit.
82. Calendarium Romanum, quo utimur, à
datum prodiit, cujus mutationis Author ex
tis astronomicis extitit noster P. Antonius Dul-
Crusen. in Monastic.)
xtus V. Pontifex Maximus Festum S. Nicolai
duplici per Bullam incipientem: *Sancta*, cele-
Bullar.)

XXXVII.

BRESON, sicut quidam volunt, Hagenoënsis, tam quàm Philosophicis atque Sacris Literis operam risgojæ tam excellenter, ut præclarus AA. LL. Ma-tiam tempore, quo ob bella aliásque calamitates ebantur potiùs, quàm ut reflorescerent. Prioris onventu Brisacensi ad plures annos sollicitè functus, m cis Rhenum Monasteriorum tanquam Vicarius curam habuit, donec anno 1586. in ipso, quo subsi-ntu Brisacensi, à Provinciali Congressu & suffragiis in is Wallrapp ad Clavum Provinciæ Rheno-Suevicæ ad- Ab anno 1586 usque ad 1590

Præsedit nomine Reverendissimi P. Generalis Spiri-ni huic Comitiali Actui Antonius Kerbeckius. (Act. De quo jam dixi, quòd è Belgio ad succurrendum Pro-stinatus fuerit, profectò post densissimas hujus ætatis te-ost plurimas Germaniæ Augustinianæ ruinas lumen & illius dicendus.

hic Kerbeckius S. Theologiæ Doctor Lovaniensis, qui ad superiorem Germaniam veniens omnium ferè Monaste-, imò & Provinciarum administrationem animo verè pa-gessit, Bavariam tam in spiritualibus quàm temporalibus au-instratum suorum Augustinianorum vigorem ubique procu-nec cessit laboribus, constantis animi Vir. Primus Seminari-alisburgense rexit, Theologicas disciplinas ibidem professus, &

adjus, eadem sic dictante conscientiâ reli-
& ad majora proveher ada, fol. 214.) Ad nostras Rheno-Suevicas
quit. (Crusenius in Mon Moguntiæ quoque Collegio Doctorum ad-
partes iterum veniens, M aliquoties Decanum in eadem Electorali
scitus, Sacræ Facultatis cum plurima sui apud omnes literatos ve-
Universitate præstitit, cum riusu, quo pietatem Lovaniensis Univer-
neratione, ibidem suo perinum Moguntinæ etiam induceret, effe-
sitatis erga S. P. Augustinum Festo ejusdem S. Patris nostri ac Doctoris
ctum: ut quot annis in Festo cum Sermone latino Sacra Facultas in
Ecclesiæ solemne Officium Comitiis Provincialibus trinâ vice no-
nostra Ecclesia celebret. Generalis præsedit, ac direxit eadem Bri-
mine Reverendissimi P. Gen rgi Nuithonum. Pro reducendis resti-
saci, Memmingæ ac Friburgi Rheni & Sueviæ, quàm Thuringiæ & Sa-
tuendisque aliquibus tam Rh inatim Mindelheimensi Argentinensi,
xoniæ Monasteriis, nom Confluentino, Erfordiensi, & Münner-
Wormatiensi, Fridbergensi, cum possessionem illa venerant, studiosè
stadiano apud eos, ad quor comite P. Georgio à Greiffenstein se-
institit anno 1599., dum com Herbipoli intereà quoque anno
cundò visitabat Provinciam. Moguntiæ Conventui præfuit, huic
1598. & posterioribus annis Mo in Hochheim, ubi vineas habemus,
anno 1607. affiliatus, Domum vini pretiosissimi ibidem servandi,
pro necessitate Vinitoris, & comparavit. Postquàm igitur ma-
providè & utiliter anno 1613. focis nostræ & finitimis Germaniæ Pro-
ximè proficuus pro aris & focis laboribus transiit ad requiem 5. Fe-
vinciis fuisset Kerbeckius, è labo in medio Chori Ecclesiæ nostræ
bruarii anno 1614. Corpus ejus Præter immortale nomen reliquit
Moguntinæ incineratum est. Sermone vel Discursu à se habito cum
Dialogum, quem scripsit de Ser no in via inter Spiram & Moguntì-
quodam Prædicante Lutherano gesimales Italicas latinitati reddidit
am. Item Conciones Quadragesimales octavo habemus Gamundiæ.
Moguntiæ impressas, quas in octavo Provincialem Joannem Breson, ha-
Porro ut revertamur ad Provinciæ Alumnos, ita ut in Conventibus
buit is paucissimos Provinciæ suæ Nec propterea studiosa juventus
vix unus aut alter subsisteret. ob

ɔoris injurias à propriis Ordinis Patribus in
incia instrui potuit, sed missi sunt à Kerbec-
Capituli anno 1586. emanatum, Fratres qui-
ɔus Friburgensi Helvetiorum & Brisgojæ, Spi-
ano ad Monacense Asceterium, cui ex tunc præ-
s, ad imbuendum eos in literis Ordini conveni-
dus iste, desolatus ac derelictus Provinciæ Status
sonem Provincialem ad extrema conservationis
ebat. Inde enim factum, quòd dicto anno 1586.
ɔvincialis, Prior & Conventus Hagenoënsis consi-
Conventûs necessitatem & ulteriorum damnorum
ala dederint honorabili Viro Valentino Gambsen
ensi Satrapæ ad S. Walburgem & pro nunc Hage-
pro censu annuo decem florenorum nostra feuda
ttelsheim, interpositâ tamen istâ conditione, ut, quo-
ɔore Nostrates emptori solverint ducentos florenos,
ublatâ in pristinam possessionem recipiamus bona
oc. Grableri fol. 233.). Ducenti floreni deinde expo-
Conventu Colmariensi conservando, qui secus ad ſæ-
nus omnino pervenisset, penuriâ & exactionibus unde-
s prementibus. Triennalis officii sui completo termi-
s Breson Memmingæ, ubi indixerat Capitulum Provin-
o 1589. illud resignat. Præsedit huic Capitulo laudatis-
Antonius Kerbeckius, Vocalésque plures permovit: ut
is suffragiis eligerent Provincialem Joannem Georgium
nstein, cui ex visitationibus jam optimè notus fuerat Pro-
Status. Verùm ob certum quoddam impedimentum ele-
Romæ non ratihabitâ, intereà rursum Provinciæ Rector
inatus fuit Joannes Breson. Qui, quòd ætate jam ingra-
ite impediretur, pro visitatione Conventuum destinavit
tmannum Herd Priorem Spirensem, Virum expertissimum
jurisprudentia optimè doctum. Et anno 1590. Patribus pro
Provincialis electione Friburgum Brisgojæ convocatis ibi-

Ee dém-

démque præsidium loco Reverendissimi P. Generalis Gregorii Montelparensis ipsemet sustinens, vidit sui Successorem Joannem Ulricum Kessler. (Acta Provinc.) Ipse autem Breson Moguntino Cœnobio deinceps præfectus, credibiliter ad initium sequentis Sæculi vitæ suæ terminum ibidem invenit.

XXXVIII.

Ab anno 1590 usque ad 1602

Joannes Ulricus Kessler de Friburgo Helvetiorum pietate, doctrinâ, prudentiâ rerúmque agendarum circumspectione multùm præcellens fit post Humbertum Russi in eodem Friburgensi Conventu Prior anno 1572. præfuitque in illo loco usque ad annum 1619 obitûs sui, adeóque continuis 48 annis. In hac longiori subsistentia Constitutioni Pii V. adversante eò faciliùs fuit dispensatum, quò in partibus nostris hoc tempore minor personarum numerus rerúmque servandarum major peritia in Jure Helvetico eam postulabant. Nec tantùm Ulricus servavit, sed & restauravit Friburgense Helvetiorum Monasterium & Ecclesiam, in qua erexit Altare rarissimâ sculpturâ elaboratum à famoso artis magistro Petro Spring: Recuperavit Jus Patronatûs in Wünewill: Acquisivit Capellam S. Joannis, & erexit Fraternitatem Corrigiæ. (M. Sc. Benning.) His aliisque optimè gestis dignissimus æstimabatur Ulricus, qui anno 1590. in Capitulo Friburgi Brisgojæ à Joanne Breson condicto succederet Provinciæ Rheno-Suevicæ Antistes, permansurus in munere usque ad annum 1602. nempe duobus supra decem totis annis. Quanta hujus Eximii Viri in rebus pertractandis solertia quantúsque manutenendæ Regularis Observantiæ Zelus fuerit, ne dum Regiminis continuatio prolixior, sed edita quoque saluberrima Decreta Provincialia abundè comprobârunt.

Anno 1592. Ulricus Kessler Provincialis ab Andrea Fivizano hoc ipso anno in Comitiis Generalibus ad Supremam Ordinis dignitatem assumpto obtinet facultatem recipiendi & incorporandi Provinciæ Rheno-Suevicæ Conventus, qui se Vicariatui Saxoniæ priùs infeliciter subdiderant, in specie Monasterium Mindelhei-

Hujus facultatis transumptum à Nuntio Apostolico
irmatum habetur in Archivo Brisacensi.
ùt quisquam fortè calumniatur, in repetendo dicto
quasi pigri dormiebant Nostri, quin potiùs institerunt
scriptis, ut reciperent, quæ perierant. Ipsa Felicis
tri verba Alphabeti sui fol. 97. audiamus, dicit ibidem:
sæpe fores, multorúmque aures obtudimus, ut eò, sci-
elhemium, Patres nostros reduceremus. Illud sanè
er loquens) integro Magistratûs nostri sexennio ex-
n ùt minùs difficile, perampla fundare Monasteria
m vel lapidem ex amissis antiquis recuperare. Adeò
er hærent bona Ecclesiastica semel quocunque titulo
Quâ veritate Milensius hæc scripserit, vel ex eo solo
d, cùm anno 1593. in Germania Commissarium ageret,
no 1594. infra montes Tyrolenses Seefeldensi Cœno-
nianum Ordinem feliciter auxerit, ibidem Georgium
anconem, qui Herbipoli professus, ejusdémque Con-
perior atque Vicarius fuit, Primum Priorem consti-
teroquin in requirendis aliis Monasteriis & obtinenda
rum exauditus. (idem Milens. lit. Seefeld.) Quomodò
teriori tempore locus nostri Monasterii Mindelheimen-
P.P. Societatis venerit, ipsorum annales docebunt.
o 1593. Ulricus Provincialis Conventum Patrum suæ
e celebrat Friburgi apud Helvetios, in quo sub præsidio
tii Parmensis S. T. D. qui aliquando Reverendissimi P.
is Andreæ Fivizani Secretarius, & nunc ceu Vicarius illius
rmania nostra egregiè pro Ordine laboravit, (Crusen. & Els-
reelectus fuit & confirmatus in Officio ipse Ulricus.
Tempore isto fortis Zeli Pontifex Max. Clemens VIII. stude-
giosos omnes ad strictiorem Observantiam reducere; In
rem aliquot Sæcularium Presbyterorum ac Prælatorum
ationes instituerat. Unde Reverendissimo P. Generali
erant difficultates, illud apud Suam Sanctitatem effi-
ci-

ciendi, ut saltem Augustiniana Religio à propriis nostris Religiosis restauraretur. Eo ex motivo misit ad Germaniam prædictum P. Mauritium, & eo Viebachii in Bavaria anno 1594. morte præoccupato, P. Hippolytum Ravennatem ac Felicem Milensium Neapolitanum, quos nulla pericula, nullæ hæreticorum insidiæ, nulli labores aut molestiæ itinerum à Missionibus impedire poterant: quibus accensendi sunt Nostri Antonius Kerbeckius, Georgius Greiffenstein, & Christmannus Herd, qui in nostra Rheno-Suevica Provincia & propinquis aliis Conventibus pro manutenenda Monastica Observantia & juribus debitis acquirendis nihil de industria sua omiserunt.

Anno 1596. die 28. Februarii Clemens Papa VIII. sequentia pro Regularitate Monastica in Bulla: *Universalis &c.* emanavit Decreta: Ne scilicet duo consanguinei in secundo gradu vel affines in eadem Electione conveniant, aut Diffinitorium ingrediantur. Item, ne tales duo Sacerdotes Vocales cohabitent nisi per secretam Electionem Patrum Diffinitorii conjuncti in casu necessitatis, in quo nihilominùs dispensatus voce passivâ careat, activam tantùm habiturus, ubi alter non votaverit: Quòd si uterque vocem habuisset, dignior Officio præferatur, alter Capitulo emaneat, quòd si pares sint Officio, votare possit antiquior professione. Idem Summus Pontifex anno 1599. in Bulla: *Nullus &c.* decrevit. 1mò. Ne quis à Choro exceptus sit præter Lectores & Prædicatores diebus, quibus docuerint. 2dò Ut Lectio Casuistica per hebdomadam fiat bis, omnésque conveniant. 3tiò Nihil sit proprium, neque subsidia consanguineorum, neque legata. 4tò Superiores non concedant Fratri bona stabilia ad usumfructum vel administrationem. 5tò Omnes eodem pane, vino, obsonio utantur. 6tò Nullus nisi actu legat vel prædicet, aliquo sui Gradûs Privilegio gaudeat. 7mò Cùm quis in Conventum revertitur, Superior ab ejus socio itineris rationem diligenter inquirat. 8vò Superior habeat clavem generalem, ut Cellæ noctu foris aperiri possint. 9nò Duo simul non dormiant. 10. Privati camini non permittantur nisi Superiori & Præ-

11. Non pateant fenestræ versus plateam. 12. extra Monasterium. 13. Designentur in Tabula Horarum. 14. Superior horum negligens prive... ut sancta Decreta tacente tamen ipso Legislatore ... usum fuisse redacta, scribit noster Crusenius in suo ... istud tempus.

... Anno 1596. Provincialis noster Ulricus Kessler ite... celebrat, & in iisdem Friburgi Brisgojæ reeligitur, ut ... fficio. Ibidem inter alia denominatus fuit P. Martinus ... præsit Concionibus in Günthersthal. Destinat etiam ... mpositione & transactione quadam eliquidanda circa ... es, quas habebamus ad Civitatem Wilanam, P. Provin... P.P. Christmannum Herd & Georgium Greiffenstein: ... prudentes Viri pro nostro Wilano Conventu à Cæsareis ... iis Friderico Comite de Fürstenberg, Gallo Hager J. ... & Joanne Baldung Supremo Vogteto Comitatûs Zol... ... em anno 1596. die 7. Decembris favorabilem sententiam ... nt Wilæ, ita ut Magistratus ibidem literas ad illum no... ... nventum pertinentes, quas juxta Neotericorum princi... ... erat non sine violatione jurium nostrorum, extradere, cer... Capitale à 1200. Fl. nobis refundere deberet &c. Quod ... m ratificavit Rudolphus II. Imperator propria manu ... us affixo etiam Sigillo. Totam istam causam & Acta scire ... em remitto ad Originale, quod Herbipoli in Archivo ser... ... per plura folia mutuam Civitatis illius Wilanæ nobiscum ... tionem exponit ac declarat.

Anno 1598. Capitulum Generale Romæ celebratur, & An... ... Fivizano in Gubernio Ordinis succedit M. Alexander Senen... ... primùm ex ordinatione Clementis VIII. in Regimine adjun... ... tur Assistentes duo, unus ex Italia, & alter ex Ultramontanis, ... quos & Procuratorem Ordinis etiam esset votum decisivum.

... Eodem anno die 6. Maji apud Mogonos nostros tristis ... casus, quo P. Joannes Andreas Beck, postquàm ibi Con- fra-

fraternitatis S. Sebastiani curam habuisset 20. annis, vesperi clausis à se ceu Sacrista Ecclesiæ nostræ ostiis, à latrone non procul ab Altari S. Sebastiani jugulatus est, sacrilego malefactore nonnisi quosdam corallos de statua B. Mariæ Virginis secum auferente. Altero die statim Ecclesia per Reverendissimum Suffraganeum fuit reconciliata. (ex lib. Fratern. S. Sebastiani Mogunt.)

Anno 1599. Provincialis Kessler Congressum Patrum Friburgi apud Helvetios denuo peragit, & Præsidente Eximio P. M. Antonio Kerbeckio in quartum petitur ac confirmatur Prior Provinciæ. Sub eodem ferè tempore Alexandro Senensi jam piè defuncto Clemens VIII. Papa Vicarium Generalem denominat P. M. Fulvium Asculanum, à quo Augustinianus Ordo antiquum Ordinarium vel Cæremoniale accepit: Proùt in quibusdam Conventibus nostræ Provinciæ illud vidi.

Prope finem hujus Sæculi decimi sexti Provincialis Kessler ex Conventu Colmariensi sacras Reliquias S. Erhardi, particulam nempe notabilem de Capite illius, quem in Calvaria argento obducta adhuc hodie certis festis Friburgi Helvetiorum devoti apud Nos venerantur. Item Crucem inauratam cum aliis clenodiis Friburgum ad se transtulit, eò quòd non adeò securi, aut periculo inhonorationis isti thesauri Colmariæ tunc temporis videbantur expositi. (ex antiq. annivers. libr. Colmar.)

Postquàm verò Ulricus Provinciam duodecim annis direxisset, in Capitulo anno 1602. Oberndorffii coacto munus suum cedit Joanni Georgio Greiffenstein, ac reliquos dies senectutis Prior ac Exprovincialis Friburgi Helvetiorum Deo & Ordini impendit. Propè Octogenarius post Jubilæum Sacerdotii in magna celebritate, dum visitabat ipse Georgius Greiffenstein dictum Conventum, ad Aram peracti, finem ærumnosæ hujus vitæ expectavit, qui eidem accidit die 28. Junii anno 1619. in Cœnobio Friburgensi & Patria sua.

XXXIX.

Ab anno 1602 usque ad 1619. JOANNES GEORGIUS à GREIFFENSTEIN probè positis Religiosæ vitæ principiis ad studia deputatur Moguntiæ anno 1578. His

is brevi ad Cathedram applicatus fuit, jàm-
oris, Concionatoris & humaniorum ſchola-
a eidem Patres ac Superiores injunxerunt
enſi Brisgojæ. Ubi etiam pro Zelo ſuo Prio-
annum 1596. Quo tempore inter alia, ùt jam
niſſarium cum Chriſtmanno Herd egit in
giſtratu agitata. A Primoribus Provinciæ
, modeſtiam, candorem & æquanimitatem
mantibus, cùm Socius P. M. Antonii Ker-
ntus Rheno-Suevicos, eâ æſtimatione præ-
tione novi Provinciæ Capitis Memmingæ
pro Georgio à Greiffenſtein ex tunc Priore
vota dederint. Electione autem hàc vice
unc vice nempe anno 1602. impedimento
ublato, communi Patrum Conſcriptorum
Provincialis proclamatur, & à Reverendis-
polyto Fabriano Ravennatenſi, hoc etiam
emum Magiſterium Riceneti aſſumpto, con-
t itaque, quòd Georgius à Greiffenſtein reaſ-
us fuerit Provincialis anno 1605. Gamundiæ,
iræ, Oberndorffii anno 1611, & 1613. ac de-
1616. Ergo in ſextum electus atque per an-
ovincialis Officio perſiſtens, eâ pietate, dex-
præfuit, quâ pauci ante ipſum, ita ut difficil-
naſteria omnia conſervaverit, immò & reſti-
. Eum etiam à Reverendiſſimo P. Generali
s aliquando legationem habuiſſe, perhibet
i Monaſtici Auguſtiniani. Cœnobium no-
e à potiori parte ſuam ædificiorum, ùt hodie
tionem ſoli attribuit Georgio à Greiffenſtein,
e collapſam à noſtris Monialibus antea inha-
jecit, novámque ſolidam è lapidibus & pro
ificam ſtructuram à fundamento poſuit: il-
lam

lam quidem partem ve[illegible] tractum, qui respicit præterfluentem Ni-crum, anno 1597. & alterum, qui ad Meridiem hortum respicit, anno 1619. sed & Ecclesiam ibidem ab ipso Greiffenstein ædificatam fuisse saltem quo ad inferiorem partem, non obscura probant indicia. Altaria duo lateralia, & Sacristiam posteà anno 1623. consecravit Reverendissimus Suffraganeus Constantiensis. (Suevia Ecclesiast. Wettenh.) Idem Conventus noster Oberndorffensis paucis retro annis grave sustinuit litigium, quòd Abbatissa in Lindau ad Lacum Bodamicum prætenderit antefatum locum cum omnibus Fundationibus, tanquam primitus ad Sanctimoniales è Nobili prosapia genitas, pro Religiosa earum conservatione factis, suo Principali Collegio incorporandum esse: mittebantur & veniebant illuc locorum etiam Commissarii Cæsaris, & consideratis causæ momentis pro parte nostra favorabiliter ad æquitatem concluserunt. (ex Archiv. Herbip.) Et ne ulteriores hujusmodi iniquas petitiones, attentationes & exactiones tolerare deberemus, per M. Antonium Francilotum Papæ Referendarium ex Urbe mandatum ad eos Clericos & Superiores, quorum intererat, transmissum est, quo statuitur ac intimatur, ne quis ampliùs molestare præsumat Monasterium Oberndorffense ejusmodi prætensionibus sub pœna 1000. Ducatorum & Excommunicationis. Hac igitur in lite dirimenda solertiam & dexteritatem maximè ostendit Eximius P. Georgius Greiffenstein, qui illius Monasterii curam præprimis sibi habuit commendatam. (m. Sc. Nicol. Bening.) Multum laboris & industriæ is etiam visitando Provinciam impendit quo ad ordinandos & destinandos ejusmodi Viros, qui tam utiliter, quàm fideliter bona ùt modica administrarent in Conventibus: Sæculares enim Procuratores & Oeconomos vel ob magnam Religiosorum penuriam, aut ob persuasam meliùs domesticandi peritiam, vel, scilicet ut Sæcularibus Magistratibus reditus nostri intimiùs patescerent, illo tempore in plurimis locis conduximus, qui, dum Patrimonium Christi & Pauperum augere debuissent, quærentes quæ sua sunt, malè ac damnosè illud distraxerunt, prout variorum Conventuum antiqui computorum libri aut scripta perquirentibus similia manifestabunt.

Quæ

Quæ his annis pro toto Ordine decreta fuerant Romæ, aut de Provincia scire convenit, sunt: Quòd à Clemente VIII Pont. Max. anno 1603. die 2 Octob. definitiva Sententia in favorem Ordinis nostri pronuntiata fuerit in causa controversi Albi Habitûs: quem, cùm tam Ordo noster, quàm P. P. Dominicanorum inter privatos parietes suorum Monasteriorum ferme gerat uniformem, & ob id dudum isti adversùm Nostros coram Sede Apostolica contendissent, debere à P. P. Augustinianis in Albo Habitu signum Stellæ, vel aliud distinctivum admitti. Definitum, inquam, fuit, ut cum eodem Habitu Albo noster Ordo persisteret, servatâ utriusque Ordinis restrictione suis Statutis ac Regulis conformi (Crusenius).

Eodem anno 1603. à Clemente VIII. noster Venerabilis Joannes à S. Facundo in Album Beatorum relatus, Officiúmque de ipso celebrari concessum fuit. (Crusen.)

Anno 1606. Paulus V. Pont. Max. specialis Fautor Ordinis concedit Indulgentiam Plenariam confessis & communicatis, orantibúsque pro Ecclesia, quo die in Confraternitatem Cincturatorum admittuntur. Similiter in articulo mortis invocantibus nomen JESU ore vel corde contrito. Septem annos & tot Quadragenas confessis ac communicatis visitantibus Ecclesiam Fraternitatis in Nativitate Domini, Paschate, Pentecoste. Plenariam pro Festo S. M. Monicæ. Comitantibus aliquod funus & pro defuncto orantibus 200 annos & tot Quadragenas. 100 annos & tot Quadragenas visitantibus infirmos aut incarceratos. 100 dies jejunantibus feria 6. aut Sabbatho, vel abstinentibus ab ovis & lacticiniis. dies examinantibus conscientiam cum dolore & proposito contendi. 7. annos & quadragenas comitantibus Processionem in Cœna Domini & Dominica Soleuni Fraternitatis, aut comitantibus cum lumine Ven. Sacramentum ad infirmum. Item P. Generali concessit licentiam instituendi hanc Confraternitatem in quibuscunque Ecclesiis de licentia Ordinarii in Bulla incip. *Cum certas Confraternitates Cincturatorum.*

Anno 1607. in Comitiis Provincialibus Spiræ celebratis Præsidem

fidem habuimus Eximium P. Felicem Milensium Neapolitanum, S. Theologiæ Magistrum, & Universæ Germaniæ Vicarium Generalem, excellentem Historicum, qui Alphabetum de Monachis & Monasteriis Germaniæ Pragæ impressum evulgavit, in quo etiam sæpe citat suam Historiam magnam, quam tamen adhuc in nulla Nostrorum Bibliotheca vidi. Scripsit etiam de casu Lutheri. Item Summam Indulgentiarum & alia, (Elssius) fuitque Ferdinandi Archi-Ducis, posteà Imperatoris anno 1610. Consiliarius Ecclesiasticus, cujus pro Ordine amplificando Zelum & activitatem suæ elucubrationes satis ostendunt.

Convixit Felici Milensio Augustinus Rudolphi Saxo, cujus ad Poësin promptitudo tanta erat, ut vicena atque etiam plura ex improviso formaret carmina ad proposita argumenta, nullo interim emendato pede. Recens ad Catholicam Religionem conversus ac Mysta factus perpetuo exercebatur certamine ab osoribus fidei. Referam hic vel partem unius ad Milensium Elegiæ, quâ & illius Musam, & ejusdem cum adversantibus luctam cognoscere licet;

Pauper Musarum cultor, dignissime Præsul,
Tristibus hæc elegis verba ferenda dedit.
Supplicis ut spernas Fratris pia vota precesque,
Non est durities pectoris illa Tui.
Justa querar, forsan nil proficientia fundam,
Nubibus & Zephyris verba caduca feram.
Integritas, pietas Tua me solatur & auget
Spem, mecum melius quæ fore semper, ait.
Percipe, quæso, meas Pater, æquâ mente querelas,
Quas imo fundam pectore, da veniam.
Heu gravius tacitis mens carpitur anxia curis
Est verè gravior proxima quæque dies.
Hic, cur Lutheri num dogmata sponte relinquam?
Sponte meâ Monachus cur, rogat ille, sciem?

Eru-

me populares scommata dura,
nis sævis aspera dicta crepant.
, redamans cœlestia gaudia vitæ,
ni, Patriæ rura valete mea.
nimæ petitur, mihi cætera tellus,
liquidas contegat Albis aquas.
iscant, ne deflammentur amici,
bitò, mœstus, consule, quid faciam?
fas, dicent, mutatum corpore, mente,
erè Patrios deseruisse lares.
Stygias ne præcipitarer ad undas,
bus est Briareûs, Dux gregis, ipse Luther.
ontemnens fastosi gaudia mundi
terâ volui Relligione frui.
uralis timor omnes occupat artus;
adeò distant Patria rura procul.
erit fama hæc parvam vulgata per urbem,
factum Monachum, concutet ossa tremor.
oror occurret matri, mæstissima dicam:
id quæso? frater perditus ille meus.
uam nunquam calcâsset limina scholæ
stræ, sed vulgi pars rudis una foret!
s adhuc Monachus! prô quanta infamia nobis
korta est! simus casibus his monitæ.
si reprobi fraus subdola nota Lutheri,
uàm læti canerent: congratulamur ei.
æ ne tam subitò fiant, quò lumina flectam?
lærenti quisnam porriget auxilium?
Dea, Castaliis quæ Maxima præsidet undis.
Consilio luctus sublevat illa meos.
monuit &c.

quoque Milensius in Alphabeto Wolfgangum Hon-
bergensem, qui ex hæretico ad Fidem & claustra vo-
catus

catus fuit Concionator elegans, artibus liberalibus eruditus, & in controversiis Theologicis valde versatus, quem cum eodem Milensio alii nostri Graduati Pragæ, cum aliquot annos Conciones multa cum laude habuisset, de virtutibus optimè meritum Sacrâ Doctoris Laureâ coronarunt. Nonnullis ad rectum Fidei tramitem reductis, promotus ad Prioratum Viennensem ibi peste decubuit Anno quinto post Millesimum Sexcentesimum. Statimque facta jugibus lacrymis Confessione Sacramentali & Sacrâ refectus Synaxi post recitatos ad exemplum S. P. Augustini Psalmos Pœnitentiales mente integer Deo efflavit animam.

In supra nominato Spirensi Capitulo anno 1607. Monasterium Herbipolense, quod primitùs fuerat Conventus Generalis, aliquando sub directione Provincialis Saxoniæ, deinde Bavaricis post Novatores Saxones unitus, & sub Vicariatu Districtûs Franconici tempore Joannis Staupitii, de quo aliàs jam diximus, quibusdam annis incommodo visitationis separatus, ac sibi soli relictus, incorporabatur Provinciæ Rheno-Suevicæ. (Fel. Milens. in Alphabeth.).

Anno 1608. Joannes Baptista Asthensis Romæ ab omnibus Patribus de Ordine Capitulariter congregatis publicâ voce proclamatus ac renunciatus fuit Generalis.

Eodem ferè tempore Paulus V. per Constit. ' *Admonemur.* iterum prohibuit, ne intuitu authoritatis extraneorum ab Ordine, Superiores nostri ulli Fratri aliquam gratiam concedant, aut pœnam remittant, & recurrentibus ad præfatos favores Excommunicationis pœna injungitur.

Eodem anno Sectarii Protestantes inter cætera Ratisbonæ in Comitiis volebant, ut Superioribus Religiosis interdicerentur Visitationes ordinariæ, ex quibus ab aliquo iterum tempore repetitis, utì Monasticarum rerum & Catholicismi adverterunt incrementa, ita Rem Catholicam facilè subversam iri, sibi persuasêre, dum illis intermissis dissolutè viverent Religiosi; Semper enim manebit verum, quod Monasticam disciplinam firment *Patrum*

sedu-

, *Capituli debita celebratio, Registri matura examinatio,*
m Canonicarum persolutio, crebra peccatorum Confessio,
issæ lectio, Studii Theologici pijque libri præscriptio.
iam anno Spiræ in Festo S. P. Augustini Urbanus Ste-
ibidem post Altarium, quæ ab hæretica pravitate fue-
, reconciliationem, in exteriori navi Ecclesiæ nostræ
ra ad Aram peragere cepit, quod à longo tempore non
Protocol. Spirense,) dum extra Chorum clamores suos
Lutherani.
o 1609. Episcopus Constantiensis Jacobus de Fugger
Diæcesanam solemnissimè celebravit Constantiæ, cui
M onasteriorum utriusque sexûs suæ Provinciæ Joannes
Greiffenstein interfuit: pro ùt in libro Decretorum Sy-
Constantiens. Catalogus eorum, qui interfuerunt, refert.
o 1611. Paulus V. per Constit. *Splendor Paternæ Gloriæ:*
Indulgentiam concedit Confratribus Corrigiæ præter
nem, Communionem & orationem pro Ecclesia, comitan-
cessionem Dominicæ Quartæ mensium. (Bullar.)
m Pontifex anno 1614. per Bullam: *Provisionis Nostræ:*
it modum Scrutinii faciendi in electionibus Superiorum,
ulla Scribæ ministerium sublatum est.
ercà Francofurti anno 1612. Comitia Imperialia ageban-
uibus Nostrûm quemquam ex Commissione Sedis Aposto-
o magnis arduisque Reipublicæ Catholicæ negotiis non
operam præstitisse: dum Legationibus variis ad Electo-
Ecclesiasticos aliósque Imperii Principes fungeretur, perhi-
in suo Monastico Eximius P. M. Nicolaus Crusenius. Eúm-
ipsum, etsi reticuerit nomen suum, fuisse, de quo ille locutus
ilè colligitur ex eo, quòd tunc temporis Visitatorem Gene-
Provinciarum Germaniæ Apostolicâ authoritate egerit.
iorúmque, inter quos Antonius Kerbeckius adhuc super-
defuerit, pro ordine Zelantium precibus factum, quòd
nno 1618. per Legatos Eminentissimi Electoris Moguntini Do-

Dominum Antonium Wallboth de Bassenheim, Gerhardum de Waltenberg, & Licentiatum Juris Adamum Schmitt in repetenda ac restituenda antiqua nostra possessione Erfurti habita ita conventum fuerit cum Civitate Erfurtensi, ut saltem loco proprii Monasterii, quod ibidem ipsi Lutherani, quia olim à Luthero incolebatur, Sacrosanctum æstimant, Conventum ante hac à Servitis B. M. V. vel Carmelitis inhabitatum potiori ex parte dirutum ac destructum cesserit nobis Augustinianis, quo in loco permansimus usque ad persecutionem Suecicam. Et interim Casparum Baurschubert, deinde Stephanum Berbenstein successivè Priores ibidem extitisse, Acta Provincialia nostra testantur.

Quòd autem anno 1616. Serenissimus Princeps Wolffgangus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni Dux Neoburgicus, qui abjurato Lutheranismo in Ecclesiam Romanam anno 1614. fuit receptus, tradiderit nostris Patribus Primariam Ecclesiam S. Martini Parochialem Lavingæ, eo tempore adhuc Lutheranam & Templum Monasterii nostri usque eò semper clausam oppidanis Catholicis indulserit: quòd & Alumnis Augustinianis idem denuo ad annum 1619. cesserit, historia sive Suevia Ecclesiastica F. Petri Wettenhusani perhibet: nostri autem P. Nicolai Bening manuscripta Provinciæ illo libro antiquiora solùm referunt, quòd Patres nostri, dum id locorum intromissi sunt anno 1657. invenerint tabellam ligneam muro Ecclesiæ insertam ita inscriptam à Lutherano: Anno 1616. ist die Päbstische Religion wieder eingerissen, und hat ein Ehrsame Burgerschafft mit grossen Schmertzen aus der obern Pfarr-Kirchen weichen müssen. Saltem pro isto tempore Acta Capitularia nostræ Provinciæ de receptione Monasterii Lavingani nihil docent: non abnuo tamen, ex nostris forsan aliquem Parochiales functiones ibidem usque ad bellum Suecicum peregisse.

Intra hoc tempus, cùm Reverendissimus P. Generalis M. F. Nicolaus à S. Angelo Romæ anno 1614. ad Ordinis Regimen assumptus, Provinciali Rheno-Suevico facultatem erigendi Archi-

con

em Cincturatorum ubique de licentia tamen Ordi-
, & servatis servandis juxta tenorem Constitutionum
m Clementis VIII. & Pauli V. dedisset. (lit. Brisaci
am pio operi in amplificando honore Beatissimæ Vir-
de Consolatione, ac lucrandis tot gratiis & Indulgen-
es Conventuum sedulas admovêre manus.
rimis autem eadem nostra Archi- Confraternitas anno
3. Aprilis solennem suam Institutionem habuit Con-
erâ & Zelo R. P. Blasii Burgknecht eo tempore Prioris
ensis, qui dum febri anteà miserè infirmabatur, in ipsa
is die, procul dubio intercessione Dei Genitricis, eo
eratum se fuisse, scribit. Marcus Sitticus Comes de Ho-
s, Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Constant. Archi - E-
S alisburgensis, qui Protector Archi-Confraternitatis esse
u t, in Venerationem B. Mariæ Virginis Altare novum
iti posuit, Statuâ tamen miraculosæ nostræ Dominæ non
a, ed mansit hæc imago in prima, quam habuit anno 1505.
tu dine. (m. sc. Blasii Prioris constantiens.)
r hi-Confraternitatis autem tam celebris primævam Insti-
en non inconvenienter hic adducere censui. Est igitur se-
estabat Sanctissima Dei Genitrix Virgo Maria Zonam
ea tanquam ipsius Virginitatis ornamentum ac indicium
ne tiæ & modestiæ. Talem Zonam, uti Baronius ex Nice-
o b. 15. cap. 14. refert: Pulcheria Imperatoris Theodosii
Templum honori B. M. V. Sacratum ceu præstantissi-
n depositum donavit. Scribunt etiam Paulinus Bergomensis
ugustinus Tolentinas duo digni Ordinis Viri Sanctam Moni-
n, cùm ferventissimo Zelo cultui D. Virginis instaret, fuisse ab
in visione maximâ perfusam consolatione; apparuit enim illi D.
rgo in simplici quidem sed honesto Habitu nigri coloris desu-
er ci da pelliceâ Zonâ, & ait: hanc fuisse ipsissimam vestis suæ for-
am quam tulerit, dum viveret. Quapropter si desideraret uni-
e se tiari, deinceps vestem eâ formâ & colore gestaret, quod
&

& S. Monica cum Filia ... suis fecit. De filio suo Augustino etiam
certum habemus, quò ... onâ pelliceâ cinctus fuerit, nam Petrus
de Natalibus in vitâ S. S ... liciani, Mambritius & Hilarion graves
Historiographi dicunt. ... stquàm Ambrosius Augustinum bapti-
zasset, induisse eum no ... planè habitu desuper injectâ cucullâ:
quem deinde S. Simplici ... nus Zonâ pelliceâ cinxit. Et Hierony-
mus Torrensis Soc. Jesu ... it: Augustinus cucullâ nigrâ indutus
& Cingulo coriaceo præ ... ctus in lib. 3. confess. S. Aug. cap. 8. § 6.
His suppositis pietas & ... mus gestandi Zonam pelliceam in ho-
norem B. M. V. S. August ... & S. Monicæ, nec non Zonigeræ So-
dalitatis auspicium, vel ce ... incrementum cæpit sub Eugenio IV.
Pont. Max. Cùm relato in ... Divorum numerum B. Nicolao Tolenti-
nate totus ferme mundus ... miraculorum ipsius magnitudine & fre-
quentiâ actus in stuporem ... desiderabat ad ipsius exemplum & ho-
norem gestare pelliceam ... m. Annus tunc erat supra millesi-
mum quadringentesimus ... quadragesimus sextus. Pontificatûs Eu-
genii decimus sextus juxt ... a Baronium in annotationibus ad Mar-
tyrologium Romanum. ... Porro Reverendissimus P. M. Gerardus
Ariminensis p. t. Ordinis ... nostri Prior Generalis potestate sibi ab
Eugenio IV. factâ instituit ... Sodalitatem Zonigerariorum utrius-
que sexûs cum participatio ... ne meritorum seu bonorum operum,
quæ fiunt per Universum Or ... dinem. Posteà, nempe anno mille-
simo quadringentesimo no ... nagesimo quinto Venerabilis P. Mar-
tinus Vercellensis (nunc in ... Beatorum numerum relatus.) in Ec-
clesia S. Jacobi Ord. Erem. ... S. Augustini Bononiæ, cùm per Qua-
dragesimam ibidem concion ... aretur, curavit depingi juxta majo-
rem porticum ejusdem Ecc ... lesiæ imaginem D. Virginis: quam
cùm in summa haberet Vener ... atione, & coram ea precibus arden-
tissimis instaret, contigit po ... pulum Bononiensem accedente ad
hæc concionum ipsius effica ... cia prorsus in cultum D. Virginis ac-
cendi. Unde cùm plurimos ... videret indies dare nomen suum So-
dalitati, constituit illius Offici ... arios & Præfectos, curavítque omni-
um ad perpetuam memoriam ... fieri Catalogum. Titulus autem
Sodalitatis est: *Sancta Maria de Consolatione.* Verùm quia dicta
So-

em gloriosæ Virginis erecta Alexandri VI. an-
to erat distincta nihilominùs & separata à So-
um, utrâque videlicet Processiones suas & alia
sim & diversis temporibus in Ecclesia S. Jacobi
t eas & univit authoritate suâ Thaddæus Perusi-
s Prior Generalis, quam unionem anno 1575.
proprio Gregorius XIII. ita ut nullum esset de-
nque discrimen. Vide Zodiacum Mysticum, si-
næ Augustinianæ fol. 253.

Provincia & Ordine audiebat hoc tempore jam
ius Burgknecht de Friburgo Helvetiorum & Nobi-
nis Patritiorum Familia oriundus, Constantiensis
o. annos Prior, aliquando etiam Gamundiæ in eo-
Hic, cùm ob gravem morbum & ægram valetudi-
nes Georgius Greiffenstein Provincialis muneri suo
n posset, à Reverendissimo P. Generali Nicolao à S.
ces Provincialis agat, Conventus Rheno-Suevicos
am accepit potestatem anno 1618. die 2. Junii. Et
nno, ut copiam & scientiam Ss. Constitutionum Or-
nus, obtentâ facultate easdem Constantiæ imprimi
gessit etiam hic Blasius noster tam doctè, quàm suc-
m de nostra Cincturatorum Archi-Confraternitate,
ntiæ typis mandavit anno 1619. Obiit omnino senex
Conventu Friburgi Helvetiorum.

n anno 1617. R. P. Casparus Baurschubert optimus
rior Fraternitatem S. Sebastiani instituit cum appro-
verendissimi Ordinarii Julii ab Echter, quo defuncto
mus Præsul ac Successor illius Godefridus ab Aschhau-
ioni dicti Martyris in Ecclesia nostra memorabile dedit
um ex donatione argenteæ & deauratæ thecæ vel Osten-
o Cuspis de S. Sagitta servatur, & tam in Festo S. Sebastia-
er Octavam ejus cum maximo civium & ruralium accur-

su pióque offertorio ad osculandum porrigitur. Confratres Sodalitatis orant in honorem S. Sebastiani tria *Pater & ave.*

Porro Joannes Georgius à Greiffenstein Provincialis officium omnino resignans anno 1619. reliquum vitæ spatium insumit Oberndorffii, ubi & senio laboribúsque confectus ad Deum anhelavit anno 1622. die 31 Augusti, frequenter illud S. Patris dictum inculcans: *hic ure, hic seca, modò in æternum parcas.* Corpus hujus incineratum jacet in Choro Oberndorffensis Ecclesiæ nostræ,

XXXX.

Ab anno 1619 usque ad 1630 HIERONYMUS ROEDER Ruffenheimensis de Hagenoa professus Ordini nomen dedit anno 1608. Herbipoli, ibidémque sacra studia absolvit, ob singularem modestiam, sedulitatem, discretionem ac pietatem apprimè commendatus, Brisaci anno 1619. Provinciæ Regimen suscepit. Præsidem in hoc Capitulo Brisacensi egit inclytus P. Blasius Burgknecht, de quo jam diximus. Diffinitorem proximè futuri Congressus Generalis Patres pro nostra Provincia petiérunt Eximium P. M. Nicolaum Crusenium S. T. D. Imperatoris Ferdinandi in Ecclesiasticis Consiliarium & per Germaniam Visitatorem Generalem, à quo habemus speciosum librum, quem inscripsit Monasticon Augustinianum, in quo per ordinem de anno in annum Ordinis Eremitico-Augustiniani origines, incrementa &c. explicantur. Hunc præstantissimum tamen Virum non pro nostra Provincia, pro qua R. P. Baccal. F. Cornelius Curtius Bruxellensis Diffinitor & R. P. Simon Dollinger Discretus ad electionem novi Generalis M. Fulgentii à Monte Georgio anno 1620. Romæ fuerant, sed pro Provincia Belgica Vocem dedisse in his Comitiis Generalibus Monasticon ejus refert fol 252. Porro ferrea & calamitosa Hieronymo Provinciali ad sui Gubernii initium accidêre tempora: ipso enim anno 1690. Bohemi contra electionem Ferdinandi II. in legitimum Imperatorem protestantes cum aliis acatholicis intrudebant & eligebant Comitem Palatinum Fridericum ob breve unius hyemis tempus Regiminis Winter König dictum. Turbatis rebus, qualiter contravenire possent, Catholici Prin-

Imperii anno 1620, Herbipoli consultabant & chio Georgius Fridericus de Durlach cum aliis partes Friderici perfidè tuentibus, magnâ mili- metabatur inter Brisacum & Friburgum Brisgo- & finitimorum Sueviæ Monasteriorum gravis de- etiam à Mansfeldianis belligerantibus supersti- Hatiæ in æstimationem condonati incendii pecu- ad extremam fermè egestatem affligebantur. (Do- passim.)

verendissimus P. Generalis Fulgentius Statum Ger- artes Rheni & Sueviæ ob tumultus bellicos vix non entem audiens, simúlque spem redemptionis conci- minùs veloci, quàm victorioso progressu Marchionis nicum exercitum contra seditiosos Batavos guber- præsentiùs consuleretur partim interitum minantibus, vo resurgentibus Monasteriis, illi tractui ad Rhenum titulo Commissarii ac Visitatoris Generalis Eximium um Lancilottum, ut is, quo Zelo & Sale anteà Belgium, propinquas partes Rheni Superioris condiret: quod riliter, quàm sanctè exegit, præcipuè inculcando, qua- res Candidati & Fratres in probis moribus & literis cari possent, vota essentialia ad amussim & normam Re- nstitutionum observarentur, spiritualia & temporalia rdita requirerentur atque obtinerentur. Suam quoque te locavit operam Provincialis noster Hieronymus Rö- Cæsareum Diploma priùs à Joanne Hoffmaistero impe- b Carolo V., quod plurima tuendæ & conservandæ Reli- ugustinianæ Privilegia continet, Imperatoria Ferdinandi fecit corroborari. Hi duo Eximii Patres viarum pericu- metuentes Visitationem suam peragunt anno 1621. Con- Rheno-Suevicos perlustrando, & saluberrima Decreta pro pietate, fervida charitate, orationum frequentia, medita- , abstinentiarum, mortificationum, vigiliarum aliorúmque Re-

Religiosorum exercitiorum observantiæ relinquendo, prout habentur Constantiæ & alibi.

Anno 1621. Generales Procuratores Ordinum Mendicantium ex eo, quòd Fratres eorum à nonnullis Episcopis & locorum Ordinariis interpellarentur, quò minùs eleemosynas quærant in ipsamet Diœcesi, ubi quis illorum Conventus existit: insuper aliqui ex ipsis etiam prohiberent, ne iidem Fratres eleemosynas in sua Diœcesi extra Conventûs locum nisi per 5. vel 6. milliaria petant; à Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum pro declaratione supplicârunt. Super quibus illa censuit: Fratres Ordinum Mendicantium nequaquam posse ab Episcopis prohiberi, quò minùs per se ipsos in Diœcesibus, ubi habent Conventus, eleemosynas quærant; sed tantùm, si extra loca, ubi Monasteria existunt, quæritare voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere. Subscripti sunt huic sententiæ Eminent. Cardinal. Ubaldinus & Prosper Fagnanus S. Congregat. Secretarius. (habetur in Archivo Herbipol.)

Eodem hoc anno 1621. Gregorius Papa XV. Ordini D. Augustini præ cæteris maximè addictus per quasdam incip. *Injuncti nobis*: Omnes Indulgentias & Privilegia concessa per quoscunque Romanos Pontifices Confraternitati Corrigiatorum S. Monicæ sub invocatione B. M. V. de Consolatione in amplissima forma confirmavit, voluitque gratias has perpetuò valituras.

Anno 1622. indixit Commissarius Generalis M. Henricus Lancilottus S. T. D. Lovaniensis, Prior ad tempus aliquod Moguntiæ, & ibidem in Universitate Electorali Facultatis Theologicæ Decanus Capitulum Provinciale in Conventu Herbipolensi, cujus etiam ipse authoritate Reverendissimi P. Generalis Præsidens recognoscebatur. Interfuêre huic Capitulo ipse Henricus Præses, R. P. Hieronymus Röder Provincialis, RR. PP. Urbanus Stehelin Prior Moguntinus 1mus Diffinitor, Christophorus Clemens Prior Memminganus 2dus Diffinitor, Casparus Baurschubert 3tius Diffinitor, Martinus Hermann Vicarius Herbipolensis, Godefridus Stein Prior

gojæ, Franciscus Kämmerling Vicar. Friburgi
us Räbmann Vic. Constantiensis, Joannes Schei-
diæ, Sebastianus Schlecht Vic. Brisaci, Francis-
æ, qui ibidem etiam Parochus in Ecclesia S. Pe-
constituebatur à Ven. Diffinitorio, Lucas Binde-
bipol. cæteri ob ægritudinem & bella venire ad
terant. In isto Capitulo unanimi Patrum suffra-
reeligebatur, quem & Lancilottus Præsidens etsi
pter difficillima bellorum tempora & nutantem
e, cujus ille optimam habebat notitiam, in Provin-
confirmavit.

Capituli fuerunt sequentia: 1mò monentur omnes,
fessionis perfectionem concernunt, omni sollicitu-
ervare studendo puritati conscientiæ, homini inte-
o per Orationem mentalem, amorem silentii, fre-
amentorum usum &c. 2dò Prioribus & Sacristis
nniversaria, quæ inventa fuerint non satis fundata,
piscopos intra sex menses proximos reduci juxta te-
lii Trident. 3tiò prohibent vesperi in diebus jejunii
oni caseum, butyrum vel alia lacticinia, sed solam pa-
n, ne potus noceat. 4tò Clausura bene custodiatur.
si examinatus & approbatus ab Episcopo & Provinciali
nul Diffinitoribus Confessiones excipiat. 6tò ut quovis
nta statim in manus Superioris consignentur. 7timò
communè instituatur, & Religiosi Conventum mutantes
n non ferant quàm Habitum, Breviarium & scripta sua
a vel Concionalia, sarcinarum autem translationes ve-
tati Religiosæ repugnantes evitent. 8vò ut omnibus
Monasterii possibilitatem victus & vestitus æqualiter di-
nec detur pecunia ad vestitum sibi peculiariter compa-
9nò in quovis Monasterio locus Balnei vel Infirmariæ de-
juxta Decretum Clementis VIII. 10mò sigilla Conventu-
ant infertum Patronum Ecclesiæ, & superinscriptio sit: Si-

11mò vocantur ad suos Conventus, qui Parochias administrabant. 12mò commendatur quotidiana Missæ celebratio & frequens Confessio etiam non expectato octiduo. 13. Ut habeantur duo libri, unus, in quem referantur Acta Capitulorum & Visitationum, alter Professionis Fratrum, firmatæ juxta statuta Ordinis. Et bini quantùm fieri potest, ad Urbem procedant. 14. ut in quovis Conventu vesperi in fine Cœnæ de prælecta materia ex libro quodam pio & eadem materia alterâ die post Matutinas repetita, fiat in templo quotidiana meditatio uno quadrante, & ante Orationem serotinam altero quadrante. 15. nemo foris cœnare audeat. 16. ne quis, cùm personæ & Domus nostræ immediatè subsint Summo Pontifici, quovis quæsito colore præsumat advocare Episcopum pro Visitatione vel correctione. 17mò P. Lucas Pinderus instituitur, ut in tota Provincia admittendos ad Verbi Divini prædicationem & Confessiones tam Fratrum quàm Sæcularium audiendas diligenter examinet, priusquàm approbentur, & ad hujusmodi ministerium admittantur. In his Actis etiam memoratur Conventus Hagenoënsis ab hæreticis esse occupatus. Eodem tempore Lancilottus apud Celsissimum Principem Herbipolensem Joannem Godefridum ab Aschhausen omnes PP. Capitulares in Castro ad prandium excipientem beneficium pro Monasterio Münnerstadiano solicitavit. Quia verò Habitatio nostra ibidem ex multis Rebellionis Rusticanæ, seditionis & longæ desertionis eventibus quasi in acervum lapidum ceciderat, jamque reditus illius & bona immobilia Universitati Herbipolensi servire debebant in finem erigendi Gymnasii, ut aliquando Superioris Franconiæ Juventus in moribus ac literis doceri posset, saltem hoc ille evicit, ut ex Capitali sex millium florenorum dicta Universitas solveret Conventui Herbipolensi annuum censum quinque pro Cento: quem contractum subscripsit Lancilottus Commissarius Generalis, & Martinus Hermann Prior & Diffinitor Herbipolensis nomine Capituli. Prælibato fine executioni non mandato, censibúsque successu temporis non solutis, ita ut

etiam

erarent Capitale, anno posteà 1646. Ecclesia & re-
m spatium de antiqua possessione Münnerstadii no-
re, ut infra dicemus.
m ferme tempore Patres in Ecclesiis nostris passim
runt Beatificationem B. Thomæ Villanovani, inter
ntes prima fuit tempore Capituli Herbipolensis ipsâ
nibi instituta, quam præfatus Episcopus manè suâ
ulæ musicâ decoravit, post prandium verò habitam
ipheriam Sacramenti Eucharistici cum portatione
homæ comitati sunt Ordines Mendicantium, Patres
d S. Stephanum, Patres Jesuitæ cum studiosis, Juris
Doctores populúsque fidelis ac devotus.
æstate die 5. Augusti postquàm Mansfeldiensis Mi-
28. hebdomadibus tyrannicè possessâ, nostro Mona-
ticâ & Sacrâ suppellectile exutis, 19. Julii tandem Ur-
Provincialis Röder Hagenoam ingrediens, desolatissi-
n ab Iconomachis relictum invenit. Ei infert quædam
menta, Calices omnes, literas scabinales & mediocria
lia extremo vitæ suæ periculo sub initium deditionis
blata & apud fideles deposita. Repetiit à civibus Lu-
ctos, orbes stanneos, cuprea pocula &c. quæ illi à per-
emerant, quorum omnium dispositionem committit P.
thelffer Vicario per modum Provisionis instituto, quip-
o hoc interregno hæreticorum Hagenoæ in ementita la-
& piis fidelibus Ss. Sacramenta occultè administravit,
milites hæreticos non paucos, in templo nostro sclopos
agnam Crucifixi Statuam supra odeum consistentem ite-
mantes prodigio planè Divino, in minimo nocere non po-
Inde eandem intactam recepimus.
cundo Septembris eodem anno P. Hieronymus Röder &
icus Haller Diffinitor Uttenwilæ P. Joanni Georgio unico
ci Religioso adhuc superstiti succurrunt, immediatam
tionem, quam Nobiles de Stein variis oppositionibus diffici-

ficilem dare satagebant, & Commissarium Generalem à Visitatione arcuerant, pro S. Ordine & Provincia defendentes.

Quinta dies Octobris erat, quâ nomine Bavariæ Ducis Serenissimi per Nobilem Virum Joannem Tserclaes Comitem de Tilli expugnatâ Heidelbergâ R. P. Commissarius Generalis Lancilottus noster & R. P. Andreas Coppenstein Commissarius P. P. Dominicanorum communiter impetratis à Reverendissimo Domino N. à Greiffenclau Episcopo & Principe Wormatiensi, tanquam Ordinario, ad præfatum Comitem precibus, Moguntiâ ad castra pergunt Manheimiensia: Tillium inveniunt, litteras offerunt, suarespectivè Monasteria Heidelbergensia repetunt. Annuit Tillius datis in hunc finem ad R. Dominum Henricum Metternich, Decanum Wimphensem, & Gubernatorem Heidelbergensem literis, quibus instructi postridiè Heidelbergam tendunt, séque Domino Decano sistunt. Qui P. P. Dominicanis sui loci repetitionem annuens, Augustinianis renuit, asserens non deesse viros, qui asserant, adeóque Papalis instrumenti exhibitione parati sint probare, Cœnobium Augustinianum Sapientiæ seu Universitati Heidelbergensi per Roman. Pontificem esse incorporatum, & à Nobis translatum, illi autem viri (ipso fatente Gubernatore) erant Patres Jesuitæ, qui loco nostro inhiantes hæc asseruerunt. Interim nocte illâ in Augustiniano dormitur loco, Gubernatore de annona Patribus providente, donec postridiè P. noster Commissarius, dictâ ad S. Spiritum Missâ, castrum repetit, & ad allegati instrumenti seu tabulæ Pontificiæ provocat exhibitionem coram eodem Gubernatore. Ad cujus instantiam Universitatis Pseudo-Rector & alii Calviniani Officiales citantur ad arcem: comparent, instrumentum rogantur: rogati se habere respondent, sed ob Palatinatûs tumultus in Ducatum Würtenbergensem, tanquam ad asylum, delatum; primâ autem publicæ Fidei commoditate datâ, se relaturos: quam relationem seu reproductionem uti instanter urgebat P. Commissarius, ita eam in se Dominus Gubernator recipiebat, promittens, primo quoque tempore authenticam copiam Patri missurum:

quod

ongioris moræ negotium erat, Lancilottus Spiram
que cum Reverendissimo & Illustrissimo Domino Phi-
ophoro à Zötteren, Episcopo & Principe Spirensi,
iliis Lutheranos, navem Ecclesiæ nostræ hactenus
inde expellere est molitus. At ille adhuc paulisper
ium esse respondit. Intereà pro juris nostri Heidel-
egritate P. Commissarius scribit ad Urbem Reve-
. Generalis opem implorans: cui binis literis in hunc
nâ respondit: 29. Octobr. 1622. *Neque est verum, quòd
fex Monasterium Heidelbergense alienaverit, ex his, quæ in
erimus, ne admittas ergo vanas & commentitias rationes
adducuntur.* Item 12. Novembris Anno eodem. *Per alias
as significavimus vobis in Archivio Religionis non reperiri con-
slationis Monasteriorum Heidelbergensis & Alseianensis: ne-
s id, quod ab istis Patribus asseritur, esse verum, sed omnino com-
In Registris enim Ordinis anni 1552. reperiuntur literarum
, quibus Illustrissimus Seripandus scribebat ad Provincialem
uevia literas responsorias, in quibus sunt ista verba præter*
uod scribis Principes quosdam civésque quarundam
n omnem operam impendere, ut Monasteria (quorum
us sunt uberiores) in alios usus, quàm ad Fratrum sus-
nem, vertant, id quoque à Summo Pontifice obtinere con-
: quod grave admodùm Nobis est. Nos tamen pro
curabimus, ut suâ spe fallantur: commisimus quippe
atori Ordinis, ut hanc rem curet diligenter, & nos exe-
r diligentiùs." *Ante has literas non invenimus mentionem
dicti Conventûs, neque translationum, nec postea: itaque con-
nhi conatu possessionem capere dictorum Monasteriorum. Inte-
entabimus cum Summo Pontifice novam concessionem, sed rem
nam aggredimur &c.*
arum transsumptum iteratò Heidelbergam ad Gubernato-
Commissarius trajecit, & instantissimis literis, ut allegatum
ciæ translationis instrumentum Calviniani Officiales re-

producere compellantur, ursit; at nullum ei datum responsum.

Primâ Septembris anno eodem subjugatâ per Serenissimum Archiducem & Episcopum Argentinensem D. Leopoldum Civitate Landaviensi, ubi graviter hactenus pressa fuerat Ecclesia Catholica, adeò ut excussis fenestris, ne quidem in silentio, Patribus tutum esset Celebrare, aut in Choro Horas legere, ceperunt Fratres nostri tanquam generosi catuli ex antro prosilientes attollere caput, apertis januis intrepidè Celebrare, & manè ad medium quartæ prævio gemino pulsu Horas devotè dicere.

Mense Novembri Lancilottus Landavium, deinde Spiram Visitatione lustrabat, præter alia decernendo, ne unquam ampliùs Priores computus œconomicos alicui extraneo sive Clericali, sive & minùs Sæculari Senatui reddere præsumant. Hospites extra commune Refectorium tractent, & iis extra Dormitorium commune pro quiete nocturna locum assignent. Nec permittant, ut Horæ quantumvis frigido tempore in hypocausto, sed in Ecclesia persolvantur &c.

Septimâ Decembris anno eodem V. P. Benedictus Baxter R. P. Commissarii Socius, ob certa quædam negotia ad castra Bavarica ante Franckendaliam hærentia missus, miro casu in latrones Darmstadiensis territorii incidit, à quibus non solùm vestibus & pecuniâ 115 Florenorum, in usum Templi Landaviensis cedente, verùm & vitâ ferè fuit privatus, dum ei suspendium minantur, sclopo cervici impacto in terram dejiciunt, & per sylvas, dumeta, & torrentes fugientem, multóque sanguine toto corpore perfusum, noctu usque ad diei sequentis crepusculum persequuntur, donec à pio rustico ad hypocaustum admissus, lecto impositus, & curru Civitatis Oppenheimensi subvectus, à Nob. ac Generoso Domino Melchiore Baur Patris sui Colonelli locum tenente curatur, & Spiram redit.

Anno 1623. die 19 Januarii P. Commissarius videns sibi temporis & loci occasionem favere, Hagenoâ ad Serenissimum Archiducem & Episcopum Argentinensem Dominum Leopoldum Tabernas Alsaticas (Elsaßzabern) proficiscitur, cui post gratam audi-

ɔſt refricatam de literis Sereniſſimi Archiducis Alber-
Cognati ſui & Belgii Principis in ejus favorem exara-
m, poſt humaniſſimum alloquium, ſupplicem offert
n eo geminas Suæ Serenitatis poſtulat literas, unas Cæ-
Fratri ſuo Ferdinando, alias Suæ Sanctitati offeren-
m favore & Lutherani Templo noſtro cedere cogan-
obiis Hagenoënſi ac Landavienſi ab Hæreticis deſtru-
itui ac reparari poſſint, de certis Beneficiis & penſioni-
batia Merle & Eccleſia Collegiata de Münſter, hactenus
ium Electorem poſſeſſis in 10 vel 12. annos, authoritate
provideatur. Supplicanti Sua Serenitas gratanter an-
Commiſſarium cum Socio ad Cœnam ſuam, ſubmiſſo Re-
k Illuſtri Comite à Salm, invitatum, familiariſſimè in cœ-
rit, & poſtridiè in Rheda ſua Hagenoam revexit, illuc quo-
triduum petitas literas mittendo. (habentur hæc Acta
iæ.)

no 1625. Hieronymus Röder Provincialis Romam conten-
futurus Comitiis Generalibus, in quibus deinde P. M. Hie-
s de Gettis ad Regimen Ordinis Auguſtiniani ſuffectus eſt.
 duobus ſociis, quos ad Capitulum ſumpſerat, in Provin-
am reverſo Congreſſus Provincialis Oberndorffii agitur,
o illius Actûs Præſide R. P. Fulgentio Sutero Hieronymus
terum unanimi Patrum conſenſu reelectus, licet invitus, ob
n tamen Provinciæ neceſſitatem & utilitatem in Officio
natus eſt anno 1626. petiit autem ob reciprocam ſuam vale-
m, & ob nimiam locorum diſtantiam Vicarium, qui ei in
ine auxilio foret: cujus petitioni Patres annuentes Vicarium
unt R. P. Caſparum Baurſchubert.
Priori anno nempe 1625. Conventus Colmarienſis unicum ha-
Nicolaum Baumgärtner, poſſeſſionem ægrè manutenentem.
Capit.)
Memorandum huc venit, quòd iſto anno 1626. die 16 Julii Sa-
Congregatio Cardinalium in quæſtione de benedictione Corri-
gia-

giarum & Panis S. Nicolai censuerit ac respondent, benedictionem Corrigiarum & Panis S. Nicolai non pertinere ad Confraternitates Corrigiatas S. Monicæ, sed ad Ordinis Superiores duntaxat. Quamvis meo tempore viderim Formulare à Reverendissimo P. Generali M. Nicolao Antonio Schiaffinati expeditum, in quo alicui Plebano pro Institutione Archiconfraternitatis in sua Parochia concesserit facultatem, etiam benedicendi Corrigias.

Eodem anno 1626. Clementissimus Princeps Joannes Adolphus ab Ehrenberg Episcopus Herbipolensis fundavit nostram Herbipoli Confraternitatem Fidelium Defunctorum sub titulo & invocatione S. Ursulæ ac Sociarum ejus. Et præter Privilegia & Indulgentias huic Confraternitati incorporatæ illi, quæ Romæ habetur, proprias, etiam suas præfatus Præsul Indulgentias atque statuta certa adjunxit anno 1629. Ut autem dicta Fraternitas pereniter iu sua subsistentia conservaretur, capitale sex millium florenorum exposuit ad Cameram Principalem, ut ex censu annuatim nobis solvendo determinatæ Missæ singulis septimanis, ac speciatim singulis feriis secundis Sacrum cum figurali, ut ajunt, musica cantandum, Processio Solemnis in vigilia commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, sive in secundis Vesperis Omnium Sanctorum &c. celebrarentur. De hac Confraternitate plura lectu digna in Archivo Herbipolensi reperiuntur. Confratres orant indies tria *Pater* & *ave* cum *credo*, fiúntque inde plurimorum Sacrorum ante & post mortem participes.

His annis quoque Urbanus VIII. Pont. Max. Ordini concessit facultatem dicendi Officium & Missam de B. Clara de Monte Falco. Item de B. Rita de Cassia, quódque extranei Sacerdotes possint in Festo ejusdem de ea celebrare in nostris Ecclesiis.

Inter viros doctos floruit hoc tempore in nostra Provincia Matthæus de Vorster, Bruxellis in Brabantia natus. De quo meminit Elssius in suo Encomiastico, quòd Herbipoli in Franconia Philosophiæ Professor extiterit. Et Acta nostra Capitularia de anno 1628 Familiæ Moguntinæ adscribebant prælaudatum Matthæum, cui propter studium Theologicum exemptio ab alio onere & sola studen-

dentium directio imponebatur. Edidit is Methodum neceſſariam & facilem pro inſtructione juventutis, ut fructuoſè ſciat confiteri & communicare, typo datam Mechlingæ anno 1640. pro conſolatione Catholicorum in Hollandiam abiit anno 1653. (Elſſius præcit.)

Dignus eſt etiam memoriâ R. P. Joannes Walter, qui anno 1625. Herbipoli ſtudentium Director, & ſimul Theologiæ candidatus extitit, de cujus ſedula ſcriptorum repetitione Fratres, qui prox ſequentur, plurimum ſtudiorum fructum collegerunt. Erant R. F. Alphonſus Petermann, de quo plura inferiùs, & R. F. Franciſcus Ziensbach, quorum uterque primus in ordine defendentium Magiſter in Univerſitate Herbipolenſi, & quidem Petermannus anno 1628. Ziensbach autem anno 1630. laudem & lauream tulit. (ex ſerie primorum Magiſtorum Univerſit. Herbipol.)

Frequens & exoptatus pro tunc temporis erat acceſſus & ſuccurſus tam Patrum quàm Fratrum è Belgio ad noſtram Provinciam, quæ magnam patiebatur penuriam Perſonarum monaſticam vitam amplectentium ob paucitatem eorum, quorum ſe literis impendendi ſufficiebant media & occaſio, cùm econtra ad partes inferioris Rheni, teſtante Cruſenio, admodùm refloreſcerent ſtudia.

Præcipuus, qui ex inferiori parte Rheni ad nos hoc tempore venit, Eximius P. M. Woltherus Henriquez à Strevesdorff S. T. Doctor & Profeſſor Colonienſis, poſteà Suffraganeus Moguntinus fuit, ùt paulò inferiùs recurret de ipſo mentio. Hic anno 1629. Provinciæ Saxoniæ & Thuringiæ Commiſſarius Generalis in ſua Miſſione reperiebat Monaſteria ſequentia, maxima tamen ex parte devaſtata, & ſub Poteſtate Acatholicorum conſtituta: nempe Conventum Erfurtenſem, Magdeburgenſem, Dresdanum, Herbipolenſem, Ulmyenſem, Sangerhuſenſem, Rheinoldienſem, Portæ Cœli, Wittenbergenſem, Schmalcaldienſem, Oſnabruchenſem, Culmbacenſem, Subergienſem, Porrienſem, Zerbſenſem, Herbordianum, Grimienſem, Eimbecenſem, Gothenſem, Sulzheienſem, Novæ Civitatis, Herzbergenſem, Alsfeldenſem, Walthe-

themensem, Sternebergensem, Hamburgensem, Ss. Trinitatis, Hilgenbilensem, Naumburgensem, Northusanum, Lippiensem, Helmstadiensem, Münnerstadiensem, Stargardiensem, Eschwigiensem, Königsbergensem, Quedlebergensem, Reslensem, Tartnensem, Appindanensem, Coimensem, Throni Mariæ, Fredebergensem, Gardensem, Faseniz, Ancklam, Ubermünde, Dobram &c. In his, ùt superiùs passim insinuavimus, Studia Generalia floruêre Magdeburgi & Erfordiæ, in quibus sex Professores summa cum laude Philosophiam & Theologiam profitebantur. Erant quoque Claustra Monialium Lippiæ, Werder milliari ab Hannover, Hokelem, Oberkirchen & alia plura, quæ Deus Omnipotens suo tempore Ordini restituere dignetur. (ex Constit. nostris Coloniæ anno 1656. impressis.).

Obiit ex hac mortalitate anno 1627. R. P. Fulgentius Suterus, Commissarius Generalis aliquando pro nostra Provincia & Prior Herbipoli, cui successor ejus Lucas Binderus dignum reliquit Encomium, quod nempe *sanctissimè ex hac temporanea vita ad illam æviternam æternùm cum Deo suo, cui multùm servivit, victurus abierit. Corpus ejus ante Altare Fraternitatis Mortuorum sub ipso institutæ redditum est terræ non sine multis lacrymis & mœrore domesticorum ac Civium, de quibus optimè meritus erat. Tribus tantùm annis Priorem egit Herbipoli cum tali animarum cura & rei familiaris incremento, ut vix similem alterum plurimis antelapsis & post futuris annis licebit reperire. Huic ego Lucas Binderus ab ipsomet Sutero denominatus, & à R. P. Provinciali Rödero confirmatus successi, Deum obnixè rogans, ut vel minimam particulam duplicis Spiritûs, qui abundanter in hoc vero Elia fuit, mihi indigenti tribuat. Amen.*

Anno 1628. Hieronymus Provincialis iterum Capitulum indicit, ad quod Spiræ Vocem habentes conveniunt, & nominato à Reverendissimo P. Generali Comitiorum Præside Religiosissimo P. Luca Bindero, jam quarto reeligunt prædictum P. Hieronymum Röder, quem hoc gravissimo tempore velut expertissimum Strategum Præsidens confirmat. Ne tamen propter variam ac sem-

semper ancipitem valetudinem, hujúsque oneris longiorem gravitatem tandem succumberet, Vicarium illi prævià electione attribuit R. P. Franciscum Kämmerling Priorem Friburgi Helvetiorum. In hoc Capitulo præter alia specialiter circa determinationem & modum servandi jejunia Ordinis pro nostra Provincia statuebant, certámque ad florem studiorum & studentium, nec non ad meliorem Novitiatûs institutionem cuivis Conventui collectam assignabant. Erat autem locus Novitiorum educandorum Spiræ, Studiorum & studentium Monasteria, Herbipolense, Moguntinum, & Friburgense in Brisgoja. Ex hujus Capituli Actis quoque legimus, à nostris Patribus celeberrimas Parochias fuisse administratas, inter alias in specie, à P. Thoma Fuchsio Parochiam ad S. Ignatium Moguntiæ: à P. Joanne Walther Directore Studentium Parochiam ad S. Petrum Herbipoli, quem adjuvabat P. Joannes Boschius: Ibidémque in Domo Teutonicâ Concionatorem egisse Sebastianum Mayer refertur.

Anno 1629. à pientissimo Imperatore Ferdinando Secundo de concepta Reformatione & restitutione bonorum Ecclesiasticorum & Religiosorum in Germania agebatur. Jámque in Provincia nostra assecuti sumus hoc ipso anno, ut Fridbergenses in Wetteravia Monasterium priùs ab iisdem pro schola Lutherana usurpatum, nobis restituerent. P. Lucâ Bindero tunc temporis Vicario Provinciali ad partem inferiorem Provinciæ nostræ multùm in hac causa laborante. Hieronymus Röder ipsemet tanquam Provincialis pro reducendo & obtinendo Cœnobio Rappolswilano quà linguâ præsens, quà calamo absens opportunâ hâc occasione apud DD. Rappolsteinenses solicitabat. Legi etiam ex antiquo manuali Constantiæ ratione Monasteriorum acquirendorum expensas quasdam à Provincia factas esse hoc anno 1629. Et quidem in itinere ad Walthseiam à P. Priore Constantiensi Michaële Debler, atque à P. Joanne Gabel ex paribus negotiis. Item alicui tabellario ob allatas Copias & literas concernentes Monasterium Tübinganum & Urach vel Aurach in Würtenbergia mercedem datam esse. Walthe-

therus à Strevesdorff in sua Missione ad Saxoniam hoc tempore institerat etiam pro viribus. Verùm Sanctissimam Imperatoris executionem & ardentissima Religiosorum Superiorum vota impedivit mox orta ab Aquilone tempestas, dum Suecorum Rex Gustavus Adolphus à protestantibus Sectariis pro libertate (uti divulgabant) Religionis tuendæ incitatus, totam ferme Germaniam cum lamentabili veræ & orthodoxæ Fidei ac Religionis jactura igne ferróque depopulavit.

Anno 1630. postquàm PP. Diffinitor Generalis ac Discretus Provinciæ nostræ ex Comitiis Generalibus, in quibus Romæ pro Capite Ordinis eligebatur Hieronymus Rigolius Cornetanus, ad nostram Germaniam redierant, in autumno adhuc Capitulum Provinciale Hieronymus Röder Friburgi apud Helvetos celebrat: eò quòd imminentia Provinciæ negotia & mala ulteriorem moram haud patiebantur. In hoc Congressu Patres Hieronymi in Provincialatûs officio, quo per annos duodecim gravissimis temporibus laudabiliter functus est, resignationem tandem acceptaverunt. Ille autem exinde Prior Oberndorffensis evadens, à loco, ubi senium tranquilliùs in quiete bona cogitabat transigere, à Succico milite exul factus, sed tamen anno 1634. loco suo restitutus, altero anno pestiferâ tabe tollitur Oberndorffii in Choro ad cornu Evangelii cineribus ejus datis cum inscriptione lapidis: *Hoc in sepulchro conditus jacet R P. Hieronymus Röder XII. annis Provincialis, & hujus Cœnobii Prior peste sublatus anno 1635. die 3. Novembris.*

XXXXI.

Ab anno 1630 usque ad 1642

FRANCISCUS KÆMMERLING de Friburgo Helvetiorum oriundus, Vir celebris in doctrina, rerum agendarum peritia & Ordinis Zelo, Priorem Conventûs Friburgensis patriæ suæ ab anno 1620. ad decennium vigilanter exegit, ac intereà Diffinitoris aliquando, nec non Vicarii Provincialis nomine & munere insignitus, novissimè anno 1630. Friburgi Uchtlandiæ in Capitulo, cui præsedit R. P. Blasius Burgknecht jam supra laudatus, Conscriptorum Votis Hieronymo Röder in gubernanda Provincia nostra

suc-

successit. Præsens inter alios Capitulares fuit P. Hieronymus Kämmerling, qui solus Graduatus, S. Theologiæ Baccalaureus Biblicus & Formatus legitur in Actis hujus Conventûs, Eúmque præ cæteris excelluisse in grandiori literatura, tam directio FF. studentium ab ipso Herbipoli aliquando gesta, quàm aliquot in testimonium sui ingenii conscripti rivuli (ùt refert Elssius) comprobant. Absentes autem fuerunt ex his Comitiis R. P. Prior Moguntinus, Landaviensis, Fridbergensis & Uttenwilanus itineris longitudine, vel potiùs, ut imminentibus belli periculis præsentiâ suâ prospicerent Conventibus sibi commendatis, legitimè excusati. Parvus enim tunc erat Religiosorum in Monasteriis numerus, adeò ut per totam Provinciam computando tam Clericos quàm Laicos, Patres quàm Fratres nonagesimum haud excederent.

Quâ Venerab. Diffinitorium ex tunc decreverat, præ reliquis jejuniorum & abstinentiæ observantiam in morali impossibilitate ad judicium Provincialis volebat esse moderandam, Laicos non-nisi post biennium Novitiatûs ad Professionem suscipiendos. Inventaria tam mobilium, quàm immobilium bonorum facienda, Libros censuum ac redituum tum perpetuorum, cum temporaneorum describenda, & documenta Conventuum in transumpto ad Archivum Provinciæ Brisaci tunc ordinatum reponenda. Quâ dispositione optimè conservationi Provinciæ prospiciebatur.

In eodem Capitulo ob longiorem Monasteriorum inter se distantiam, dum Franciscus Kämmerling apud Helvetos subsistere statuerat, ad partem superiorem Provinciæ ipsemet, pro inferiori parte verò sui muneris Vicarium è Patrum suffragiis accepit P. Lucam Binderum, Herbipoli simul Priorem.

Eodem anno 1630. Archiconfraternitas B. M. V. de Consolatione initium sumpsit Brisaci, cujus ibidem institutionem procuravit P. Fulgentius Burgknecht Prior illius loci.

Altero anno Franciscus Provincialis Patres Diffinitorii convocat Oberndorffium, ubi inter cætera decreverunt conjunctionem nostræ Provinciæ cum Conventibus Belgicæ Provinciæ, in spe-

specie, Conventu Coloniensi, Trevirensi, Theoniswilano & Walderfingensi: Quod tamen statutum forsitan ob negatam ratihabitionem Reverendissimi ad effectum non reducebatur. In eodem Capitulo nominatus est Director studentium, Confessarius & Concionator Hospitalis in Friburgo Brisgojæ Sebastianus Bolster. Martinus Ernst Concionator in Adelhausen. Landavii Parochus Augustinus Burgknecht. Herbipoli ad S. Petrum Parochus Mathæus Molitor. Hagenoæ in Hospitali Parochus Guilelmus Hugenold. (act. Provin.)

Isto anno 1631. Erfurtensi Civitate Regem Suecorum insignem Lutheranismi propugnatorem venerante, & jura sua submittente, ibidem Nostri despoliantur, denuo expelluntur, & Monasterium ex mandato Senatûs funditùs eruitur. Quod tamen in tertio posteà nostro reingressu saltem in hortum usque hodie servatum superest nobis. Prior, qui orto Suecorum bello exulare debuit à Conventu Erfurtensi, fuerat P. Stephanus Berbenstein. Is direpto è Conventu Erfurtensi extorris, mox recuperato Cœnobio Fridbergensi præficiebatur; ubi tamen diu pedem figere non valuit. Quantumvis enim omni, quâ poterat, humanitate manutenentiam à Magistratu Fridbergensi efflagitâsset, quam & iste Stephano Priori compromisit; attamen Suecico milite illum locum invadente, postquàm lytrum petitum nempe 200. Fl. solvisset, jamque se & quæ secum de rebus Sacris habebat, salva fore arbitraretur, à quinquaginta gregariis violenter portam Monasterii irruentibus, ad extremum pene angustiatus, ægerrimè manus illorum evalit, refugium capiens in Castro, ubi eum Perillustris Dominus L. B. de Rosenbach benignè suscepit, secúmque posteà Moguntiam fecit deportari. Expulso Priore Succi F. Martinum Laicum insecuti sunt, & eidem in publica Judæorum platea habitum Religionis detraxêre, ac quæcunque in Ecclesia de ornatu & Paramentis supererant, projecta in lutum conspurcârunt, vel ipsis etiam judæis rabiem belluinam, quam viderant, abominantibus. Idem flagel-

gel-

gellum Aquilonare præsignato anno 1631. supervenit die 15. Octobris, & cecidit Herbipolenses occupatâ Urbe & Castro: feriebat quoque Mogonos, cùm Electoralem Metropolim post mensem tertium die nempe 13. Decembr. irruisset. Inde ascendens tractum Rheni in locis Ecclesiasticis furorem exercuit, ac speciatim nostris Spiræ despoliatis, milites in contemptum Religionis Sacris vestibus abutebantur pro sannis & illusionibus, discurrentes cum habitibus Religiosis, Casulis & Dalmaticis per Urbem. (Docum. pirens.) Hispani quidem in succursum Ecclesiæ pro solatio Caholicorum repellebant ad Rhenum Suecicos insultus, hi verò, ubi evaluêre, eò acerbiore in Religionem furebant rabie.

Anno 1632. die 16. Novembr. in cruenta strage prope Lüzen succubuit Gustavus Adolphus à Cæsareo Gubernatore de Wallenstein gloriosè victus; ob cujus mortem Ministerium Lutheranorum ad contestandum dolorem diem & orationis & pœnitentiæ suo more indixit etiam Catholicis locis adhuc potestati Suecicæ subjectis.

Anno 1633. Herbipoli Clerus tam Sæcularis quàm Regularis coactus est ad juramentum fidelitatis præstandum Duci Saxoniæ Bernardo, cui Civitas in possessionem dabatur: quod tamen uno animo ac voce ibidem modo & conditione aliâ non emisit, quàm salvâ fide, Religione ac conscientiâ. Has aliásque iniquissimas extorsiones, vexas & calamitates suggerebant malevola Lutheranorum Prædicantium consilia, qui libertatem (sed quæ libertatem spiritûs & Christi tollit & viam latam & spatiosam aperit ad interitum) se tueri contendebant. Plura de his legi possunt Herbipoli ex manuscriptis Lucæ Binderi tunc temporis Vicarii Provinciæ & Prioris Herbipolensis.

Nobilissimis Sueviæ, Palatinatûs & Bavariæ Civitatibus subactis venit Suecicus miles dicto anno 1633. die 8. Septembr. Constantiam, eàmque sub gubernio Belli-Ducis Gustavi de Horn ipso Nativitatis B. M. V. festo igne & globis horribiliter salutat, incolis trepi-

trepidantibus & refugium ſumentibus ad eam, quæ terribilis eſt, velut acies ordinata. Et ecce! in luce meridiana ſuper noſtram Eccleſiam F. F. Eremit. S. P. Auguſtini Deipara Virgo in ſpecie formoſæ Matronæ ſplendoribus circumdata & irradiata conſpiciebatur. Hoſtium non pauci evulgârant, inter continuas tormentorum exploſiones globis illæſam ſpecioſam quandam Virginem à turri Rheineggianâ ad portam Creutzlinganam ad- & deambulantem, ſeſe obſervâſſe. (chron. Speth.) Huic invictiſſimæ cœli terræque Reginæ, quæ Lunam habet ſub pedibus, confracta Belliducis cornua, & liberationem ab hoſte vix unquam minùs, quàm hic glorioſo, adſcribebat Conſtantia. In perennem gratitudinis memoriam ob iſtam victoriam ſunt votivi à 25. circiter libris duo cerei, quos ex collectaCivitatis quot annis renovat Conventus noſter Conſtantienſis, & indies venerationi glorioſæ Jmaginis B. M. V. ad orationem Roſarii accendit. Inde etiam cultus Deiparæ in noſtra Eccleſia mirum in modum augebatur: adeò, ut, quamvis vix ultra 6. Sacerdotes numeraret Familia noſtra Conſtantienſis, attamen teſtante P. Michaële Debler p. t. Priore ſingulis fermè diebus 15. imò 20. Miſſæ votivæ legerentur ibidem ad Altare B. M. V. in omnibus neceſſitatibus Auxiliatricis & Conſolatricis præſentiſſimæ, cujus Jmaginis ex ligno ſculptæ tibi amice! copiam exhibeo.

Anno eodem Briſacenſes, Guſtavo de Horn ad obſidionem relinquendam à Cæſareis armis coacto, nonnihil reſpirant, Oberndorffenſibus noſtris Rottwilæ in exilio interim gementibus; ſiquidem per conventicula acatholicorum Heilbrunæ 13. Aprilis hujus anni 1633. habita turbati & Monaſterio expulſi fuerant, redditibus & bonis in Dynaſtia Hochberg contra omne fas & æquitatem aſſignatis Viduæ Ducis Würtenbergiæ Friderici. Neque priùs noſtris ſua jura ſunt reſtituta, quàm anno 1634. poſt glorioſam victoriam à Romanorum Rege Ferdinando Tertio apud Nordlingenſes de Hæreticis reportatam. (ex protoc. Conventuum.)

Eodem anno 1634. durante adhuc hoſtili Suecorum invaſione


Vera Effigies B.M. Virginis Miraculosæ, quæ Terri
bilis ut Castrorum Acies ordinata suos Clientes Archi
Confraternitatis Cincturatorum ab omnibus infernalium
Hostium Insidijs defendit. Constantiæ. Ubi in Sacello noviter
erecto Sum̃a devotione à Marianis colitur apud RRPP. Augus
tinianos.

neArchipræ
honore & ir
Ecclesiæ fu
tus pro Suf
rum agend
P. Wolthe
tulum E

Ar
lensis 8
Martis
calami
mania
turæ
vinci
la Su
pen
Pro
lur
ph
fr
c
d

neArchipræsul MoguntinusAnselmusCasimirus deWambolth pro
honore &incremento Augustiniani Nominis æquè ac Pastoralium
Ecclesiæ suæ in Pontificalibus functionum cura vigilanter inten-
tus pro Suffraganeo gratiosissimè sibi elegit scientiâ, pietate ac re-
rum agendarum peritiâ notissimum & commendatissimum Virum
P. Woltherum Henriquez à Strevesdorff Ord. Nostri, cui Roma ti-
tulum Episcopi Ascalonensis designavit.

Anno 1635. elocato quidem Suecico milite Civitas Herbipo-
lensis & Moguntina veris Dominis rursum accessit: sed infesti
Martis furore necdum penitus sopito, imò supervenientibus aliis
calamitatibus pestis, famis, inundationum, incendiorum &c. Ger-
mania lamentabiliter affligitur. Et inde funestam cladem imma-
turæ Patrum Fratrùmque mortis pluriúmque damnorum Pro-
vincia nostra sustinet. Neque tamen alternantia malorum pericu-
la Superiores nostros avertere poterant, quò magis etiam cum dis-
pendio propriæ vitæ laborarent pro bono communi Ordinis &
Provinciæ. Mittunt itaque non parcentes sumptibus ad Capitu-
lum Generale anno 1636. præstantissimum Diffinitorem P. Al-
phonsum Petermann, qui Romæ cum suo Socio ac P. Discreto inter-
fuit electioni neo-Generalis P. M. Hippolyti Montius Finalensis, &
obtentâ ab hoc erigendæ Archiconfraternitatis S. M. Monicæ Cin-
cturatorum facultate pro Ecclesia nostra Oberndorffensi (Bening
m. sc.) remeabat ad suos penates.

Atque ut damna tam spiritualia quàm temporalia, quæ diu
jam prô dolor! sævientis belli vis intulerat, providè resarciri va-
lerent, eodem adhuc anno die 17. Octobr. Constantiæ Provincia-
lis Congressus celebrabatur: Præsidente antefato P. Alphonso Peter-
mann R. P. Franciscus Kämmerling retinet Provinciæ gubernacu-
la, cui P.P. Vocales ob amplitudinem Provinciæ & negotiorum
multitudinem Vicarium dederunt canonicè electum R. P. Lucam
Binderum. Quantacunque esset hoc tempore paupertas Conven-
tuum, & caritas ciborum esurialium, in hoc tamen Capitulo præ-
ter

ter cultûs Divini, meditationum, Capitulorum de culpis, Clausuræ, morum ac regularis vitæ reformationis commendationem, jejunium singulis feriis quartis totius anni, & si jejunium Adventûs integrum justis de causis servari nequeat, saltem illud ad minus feriâ 2dâ, 4tâ, 6tâ & sabbato servandum esse statuerunt. Item ne ullus Superiorum aliquem F Clericum ad Ordines majores posthac promoveri ausit, nisi talis Frater saltem cantum Choralem competenter sciat. In eodem Capitulo ad recuperandum Fridbergense nostrum Monasterium, è quo ab Hæreticis secundâ vice expulsi sumus, commissionem accepit R. P. Urbanus Stehelin Prior Moguntinus, qui, sicut gratiam habuit Eminentissimi Electoris & Archiepiscopi Anselmi Casimiri de Illustri familiâ L. B. de Wambolth, cui aliquando fuerat à Confessionibus, ita eâdem suffultus, & alioquin magnæ activitatis Vir sperabatur juxta fidem à Magistratu Fridbergensi datam illi loco restitui: verùm impensâ omni operâ actum egit, illo Magistratu justis prætensionibus nostris mordicùs renitente. In hoc Capitulo ad Ecclesiam equestrem in Comburg pro Confessario ad instantias Reverendissimi Capituli ibidem destinatus legitur P. Conradus Breith.

Anno 1637. & 1638 Suecica persecutio per Alsatiam, Würtenbergiam & Brisgojam acriter sævire continuat: & tam Friburgum, quàm Brisacum in possessionem Ducis Weimariensis Bernardi post longam famem & inediam transit, Religiosis singulari odio tribulatis, & non paucis etiam occisis.

Anno 1639. Provincialis Kämmerling juxta Ordinis statuta iterum Capitulum celebrare volebat, quia verò militares copiæ pro expugnatione Fortalitii Hohenwil viam præcluserant, ad annum 1640. distulit Capitulum, quod Constantiæ in mense Aprili peregit. Authoritate Reverendissimi P. Generalis Præses fuerat constitutus Eximius P. M. Joachimus Brielius Prior Coloniensis, verùm quia is ob periculosa bellorum tempora adesse non poterat, vi Constitutionum nostrarum antiquior Diffinitor præteriti Capituli nempe R. P.

R. P. Blasius Burgknecht illius vices tenuit RR. PP. Prioribus Friburgensi Brisgojæ, Brisacensi, Colmariensi, Hagenoënsi & Uttenwilano comparere in Capitulo, fuerat impossibile. Adeò pauci facti sumus eo tempore, ut in Brisacensi Conventu nonnisi quatuor, in Colmariensi tres, in Friburgensi Brisgojæ, Hagenoënsi, Uttenwilano & Wilano tantùm duo Religiosi superstiterint, & Provincia nostra Rheno-Suevica ex toto quatuor supra septuaginta duntaxat Religiosos numerârit. Revera in continuis bellis Monasteria pleraque ad eam ex personarum rerúmque jactura vergebant miseriam, ad quam fortè nullo retro, præterquam Lutheri, tempore unquam devenerat & viderat; pro ùt Acta hujus Capituli satis insinuant. In eodem reelecto Provinciali P. Francisco Kämmerling licet extremè reluctanti Patres Capitulares senio & infirmitati illius piè volentes consulere, duos elegerunt, qui succollarent Provinciam Vicario nomine, scilicet R. P. Lucam Binderum, qui inferiora Monasteria Herbipolense, Moguntinum, Spirense, Landaviense, Hagenoënse & Gamundianum haberet in commissis, & R. P. Nicolaum Fuchs, qui superiora, nempe Oberndorffense, Constantiense, Friburgense Brisgojæ, Brisacense, Colmariense, Memmingense, Uttenwilanum & Wilanum juxta potestatem Provincialis curaret.

Pro Comitiis Generalibus Ordinis Diffinitor constituebatur R. P. Quilelmus Hugenold Vir præstans, & p. t. Prior Memminganus.

Tandem Anno 1642. Provincialis Franciscus Kämmerling in Septembri accelerat Congressum Provinciæ in Conventu Friburgensi Helvetiorum, ibidémque laboriosam duodecim annis continuatam Præfecturam Rheni & Sueviæ Augustinianæ Provinciæ cum gaudio resignat: reliquam vitæ suæ ætatem in Patria Friburgi Helvet. transigens, ad requiem ex nostra mortalitate abit anno 1651. Cæterùm audiêrat hoc tempore Augustinianus Ordo bene ob pietatem & doctrinam Woltheri à Strevesdorff Suffra-

ga-

ganei Moguntini Ord. nostri: qui etiam defuncto Zacharia Suffraganeo Herbipolensi ab anno 1641. usque 1649. functiones Episcopales in Diœcesi Herbipolensi subinde persolvit (Ign. Gropp in collect. tomo 2. fol. 305.)

XXXXII.

Ab anno 1642 usque ad 1646

LUCAS BINDERUS, Religiosa Professione Oberndorffensi Cœnobio affiliatus, juventutem magnâ excoluit pietate ac doctrinâ, Theologiam Herbipoli adiit sub R. P. Maximiliano Sandæo S. J. famoso Professore. Trigesimo ætatis anno sacerdos inunctus paulò posteà jam jam adhibetur P. Discretus Herbipolensis Conventûs in Capitulo de anno 1622. ibidem, ubi ei Henricus Lancilottus cum Supprioratu studii directionem commendavit, ita ut duas per hebdomadam lectiones, unam Catechismi Concilii Tridentini ad Parochos, alteram Casuum conscientiæ haberet. (Act. Capit.) Inde Visitator Provinciæ repetitâ vice, anno 1628. authoritate Reverendissimi nostri Hieronymi Rigolii Vicarius Generalis per Rhenum & Sueviam, nec non Præses Capituli Provincialis Spirensis assumitur. Cujus pro Ordine Zelus vel ex solis ejusdem Capituli Decretis cum R. P. Dückero factis abundè clarescit. His enim solicitudinem bonæ educationis & instructionis Novitiorum, jejunii observantiam, & alia, quæ Religionis præcipua sunt ornamenta & incrementa, præprimis commendavit. Candore animi gratus fuit Magnatibus, & virtute discretionis amabilis apud Fratres suos. Quando Herbipolensi Asceterio longiori tempore præfuerat, expertus est tristia ac formidolosa ex horribili persecutione Suecica. Cùm Fidei & Religionis hostis ad quartum annum Herbipolensem Civitatem sub sæva teneret potestate. Jucundabatur, quando ipsemet ceu Vicarius Provincialis deperditum Monasterium Fridbergense in Wetteravia suo labore ac industriâ anno 1629. Provinciæ denuo vidit aggregatum; Dolebat autem plurimùm, quando ab hæreticis paulò posteà iterum illud ereptum esse intellexit. In maxima tamen illa temporum rerúmque inconstantia constans & indefessa fuit Lucæ Binderi pro Ordine solertia. Unde

de postquàm iteratò vicarias Provincialis partes egisset, ipsemet Supremus Provinciæ Rheno-Suevicæ Antistes longè dignissimus inauguratur anno 1642. Friburgi Helvetiorum. Decreta hujus Capituli præcipuè statuebant jejunii feriæ quartæ & Adventûs strictam observantiam, Hymnalium & Antiphonalium Ordinis ex Belgio procurationem, vanitatis in gestanda barba proscriptionem, Orationis serotinæ horâ octavâ faciendæ determinationem.

Præsedit huic Actui Comitiali R. P. Ignatius Dückerus Gandensis è Flandria, celebris S. T. Magister & Ordinis Zelator, de quo etiam scribit Elssius in Encomiastico suo. Venerat Vir iste religiosissimus jam ad principium anni 1642. in Provinciam nostram, & tanquam Visitator Generalis Socium habens P. Guilelmum Hugenold Conventus nostros regulariter perlustravit. Prior deinde anno 1643. Moguntiæ, ab Illustrissimo Duce Francisco de Melo Regis Catholici Gubernatore in Belgio Cœnobium nostrum Alzeianum in Palatinatu inferiori situm prope Moguntiam recuperare laborabat; quod & sequente anno 1644. die 24 Januarii à Gubernatore Generali Palatinatûs inferioris Don Bernardino Comite de Rebelloto ex mandato Regis Hispaniæ unà cum reditibus licèt paucis Provinciæ nostræ restitutum fuit, eique Vicarius Prior destinabatur P. Anselmus Filius professus Moguntiæ, huic successit Adamus Bommersbach, & anno 1646. Aurelius Pouls. Cùm verò Mansfeldiani illas partes invasissent, fugatis plerisque Monachis, occisis aliis diripuêre omnia, & iterum violenter illinc ad emigrandum nos compulerunt. (M. Sc. Bening & Document. Mogunt. de Conv. Alzeli.)

Eodem intereà anno 1642. nostri Brisacenses ab Hugonota Erlach Gubernatore Brisaci durè agitantur, turbantur & affliguntur, proùt breviter in sequentibus de Alphonso Petermann tunc ibidem Priore ista referemus. Sed & Oberndorfenses nostri anno 1643. plurima sustinent, & speciatim P. Nicolaus Fuchs p. t. illius Conventûs Prior, dum exercitu Gallo-Weimariensi Rottwilam obsidente captus ab equestribus, & in castra velatis oculis abstractus,

 mi-

miserabiliter apud hostem pluribus diebus detinebatur. (Protoc. Provinc.)

Anno 1644. Cæsarei milites auxilio Bavarorum profligatis Weimariensibus Friburgum in Brisgoja liberant: ubi priùs ab illis heterodoxis P. Fulgentius Burgknecht Diffinitor & Prior multa debuit mala decoquere. Immò P. Augustinum Burgknecht aliquando Priorem Wilæ, Sueci prope Brisacum anno 1647. sacrilegè occiderunt. (Protoc. Provinc.)

Prætereire hìc non possum, quòd, licèt calamitoso isto tempore exiguæ fuerint Conventuum Familiæ, quapropter, ut magis necessariis Chori officiis interessent, Patres Lectorio muneri haud poterant destinari: attamen de subjectis capacissimis Provincia selectum habuerit. Præterquàm enim, quòd supra jam duos primos Philosophiæ Magistros de anno 1628 & 1630 adduxerim, præ cæteris adnotare adhuc lubet F. Columbanum Wysdan Friburgi Helvetiorum professum, qui etiam Herbipoli anno 1645. in Universitate florentissima Præside R. P. Maximo Steiner S. J. Professore Ordinario pro suprema Doctoratûs Philosophici laurea proplematicè & viâ duplici Primus defendit Philosophiam rationalem, naturalem & supremam sub gloriosis auspiciis Joannis Philippi ex illustri Familia de Schönborn Episcopi Herbipolensis & Ducis Franconiæ, cui theses suas dedicârat, quas ipsemet Herbipoli legi.

Istis annis etiam R.R. FF. Cistercienses ex Schönthal, & Norbertini è Dei Cella Superiori studentes in Universitate apud Nos Herbipoli fuêre convictores.

Floruit quoque in doctrina Moguntiæ P. Guilelmus de La Croix nobilis Nancæanus, quem isto anno 1645. morte deflorentem Provincia multùm indoluit. Erat enim maximæ spei & eruditionis Pater ac Theologus, & cùm sese Doctorali laureæ in illa Electorali Universitate suscipiendæ appararet, ad cœlestem, ùt speramus, Doctoratûs lauream evocatus fuit.

Indicto Capitulo Generali anno 1645. Lucas Binderus Provincialis Romam ablegat tanquam Discretum Generalem P. Nicolaum Fuchs

Fuchs Priorem p. t. Oberndorffii, qui electioni Eximii P. M. Fulgentii Petrelli ad Gubernium Ordinis evecti interfuit. Iste Nicolaus deinde ad Germanos rediens Mediolani in gravem morbum incidit, & ibidem ex hac vita piè decessit, plurimùm in Provincia desideratus, utpote qui omnia ferè Provinciæ Officia inculpatè percurrit, Procurator Provinciæ aliquando, Magister Novitiorum, Prior variorum Conventuum, Diffinitor, Visitator & Vicarius Provincialis.

Cæterùm Lucâ Bindero Provinciali, absolutionem à suo Officio instanter supplicante, hoc anno 1645. eam à Reverendissimo P. Generali Fulgentio impetrat, & Rectore Provinciæ usque ad Capitulum constituto optimo Viro ac Patre Alphonso Petermann, ille ad annum unum & alterum partim Constantiæ, partim Moguntiæ verbo & opere tum Conventibus, tum & Provinciæ consuluit. De quo post Alphonsum recurret dicere.

XXXXIII.

ALPHONSUS PETERMANN Moguntiæ S. Ordinem Augu- Ab an-
stinianum anno 1624. ingressus, Novitiatu absoluto ad humaniora no 1646
& Philosophica studia mittitur Herbipolim, in quibus ita excel- usque
luit, ut anno 1628. Primus Defendens in Universitate Herbipolen- ad 1648
si apud RR. PP. Societatis Jesu Lauream publicam meruerit. Inde ad Sacras Literas discendas anno 1630 petiit Moguntiam, Sacerdotio initiatum ob egregias animi dotes dignum Patres æstimârunt, quem anno 1635. ad Comitia Generalia Diffinitorem Romam destinarent, & ex Italia redeuntem Constantiæ anno 1636. Provincialis Congressus recognoscerent Præsidentem. Hic Pater tempore, quo per Saxoniæ Ducem Bernardum de Weimar *Brisacum* post longam obsidionem & famem cum certis conditionibus expugnatum fuerat, extremam passus est miseriam, illius *loci* p. t Prior. Speciatim verò ab Erlaco, Regis Galliarum apud *Brisacenses* Gubernatore hæretico & Hugonota Alphonsus dira & dura fata sustinuit, dum anno 1642. cum suis tribus Confratribus ex parte in Ecclesia vulneratis, violentâ manu Monasterio expulsus ad Cœno-

bium RR. PP. Conventualium S. Francifci emigrare cogebatur, junctâ comminatione,ut,fi memorati Patres Francifcani Nos in fua recipere detrectarent, ipfismet expellendis eorum poffeffio cederet in diverforium Nobis. (Protoc. Provin. & Docum. Brifac.) Anno 1642. Diffinitor Capituli adhibitus Alphonfus Moguntiam venit, & anno 1644. Herbipolim, ut eidem Conventui præfit. Poftquàm Lucas Binderus, Capitulum præveniendo, munus Provincialis refignâffet, à Reverendiffimo P. Generali Fulgentio Petrelli Alphonfus Rector Provinciæ conftituitur anno 1645. & anno fequente Spiræ per unanimia Patrum Congregatorum vota Prior Provincialis Rheni & Sueviæ eligitur.

Vice Reverendiffimi huic Capitulo Spirenfi anno 1646. præfedit R. P. Joannes Aurelius Pouls, Supprior Moguntiæ & Vicarius illius Conventûs, & poftea Prior Alzeiæ. Decernebatur præcipuè, ut S. Conftitutiones univerfim & ex integro reciperentur, & ad ufum deducerentur. Studentes FF. ex communibus Provinciæ collectis alerentur Moguntiæ & Herbipoli. Juniores Sacerdotes & Fratres ftudentes diebus Dominicis & Feftivis in Refectorio Exhortatiunculas pro exercitio declament. Concionatorum Privilegia juxta normam Conftitutionum regulentur &c. Sicut præterea Patres de recipiendo noftro Monafterio Münnerftadiano in Congreffu dicto egerant, ita opportuno tempori & occafioni vigilanter fe fe accommodavit Provincialis Alphonfus, quod quidem hoc modo feliciter evenit: Joannes Philippus de Illuftriffima Familia Schönborniana, Elector Moguntinus, Dux Franconiæ & Epifcopus Herbipolenfis, Clementiffimus Ordinis Mecœnas conftituerat Münnerftadienfis fpatii noftri pro Gymnafio deftinati infpectionem ocularem fumere: hujus propofiti executio fit nota noftro F. Nicolao Cleri tunc temporis Ss. Theologiæ apud PP. Societatis ftudenti, qui rem denuntiat P. Provinciali tunc fimul Priori Herbipoli. Hic nullâ itineris moleftiâ deterritus amore Ordinis citò Münnerftadium volat utpote in Ordinis Auguftiniani territorio Principem cum Comitatu in cafa diruta excepturus. Princeps

ceps alterius præsentiæ ignarus Monasterii locum ingrediens ab Alphonso Provinciali excipitur quâ par est reverentiâ, causamque tam inopinatæ præsentiæ scire volens responso supplici intelligit, gratiam Principali munificentiâ dignam Augustinianis conferri, si in pristinam Habitationem pro censibus longissimo tempore illius Monasterii causâ debitis, nec tamen ab Herbipolensi Universitate solutis recollocaremur, non defuturi in iis, quæ ratione instituendæ instruendæque juventutis Superioris Franconiæ essent præconcepta. Supplicationi Præsul quàm gratiosissimè annuit; quia verò grassantibus undique bellis universa Provincia Rheno-Suevica in personis, uti dictum, decreverat, cum actuali possessione ad aliquot paucos tamen annos expectatum est. (Protoc. Münnerstad.)

Alphonsus Provincialis intereà concreditos Conventus primâ vice perlustrat salutaria pietatis ac discretionis suæ monita relinquens. Accessit etiam Serenissimum Principem Neoburgicum de Conventu Lavingano recuperando anno 1647. atque cùm ex laboriosa viarum defatigatione Herbipolim rediisset, & ibidem circa recipiendam illam Domum Mandellatarum ad Senatum pro Hospitali ad Hohenzinnen Sæcularibus vetulis datam consultasset, (ex lit. Archiv. Herbipol.) graviter decumbit, & præmaturè Herbipoli Provinciæ eripitur die 27 Octobr. anno 1648.

Huic Lucas Binderus Ex-Provincialis & Rector Provinciæ ex obitu amandissimi Patris succedens ita parentavit in literis ad Patres Provinciæ datis: *Iratus nobis Omnipotens hunc Virum (Alphonsum) vitæ & morum integritate ac gravitate, Sacrarum & Humanarum Literarum scientiâ, rerum agendarum prudentiâ & experientiâ, in adversis patientiâ & mansuetudine præditum atque Clarissimum videndum nobis dedit, non utendum, mox eripiendum &c.*

Lucas Binderus ergo Rector Provinciæ usque ad denominationem alterius Rectoris, à Reverendissimo nostro constituendi, in locum defuncti R. P. Alphonsi Herbipolim se confert, relinquens Moguntiæ suî Vicarium Adamum Bommersbach, Provinciam verò vi-

Ab anno 1648 usque ad 1650

visitandam commisit P. Guilelmo Grabler Visitatori & Priori Hagenoënsi.

Anno 1648. adhuc furorem suum laxant Confœderati cum Suecis & Weimariensibus Hugonotæ-Galli, & Wilam intrantes omnia expoliant. Eodem Anno Monasterii in Westphalia à Viris Germaniæ Principibus post longissima hucusque acta bella Cæsareos inter & Suecicos Confœderatos Instrumentum Pacis conficitur Christiano-Catholicæ Reipublicæ maximè nocivum. Assignatur quippe inter alia terminus *à quo* & Decretorius restitutionis rerum Ecclesiasticarum, ita quidem, ut restituerentur omnia ad modum illum & statum, quo die 1. Januarii ab anno 1624. Decretorio res fuerant constitutæ. Sed quæcunque ab hoc anno 1624. usque ad annum 1648. sint acquisita, non habeant Possessionis titulum. Quemadmodum verò articulus iste æquitati & justitiæ patenter contradicebat, ut bona Ecclesiastica partim Cæsareis partim Hispanicis armis feliciter suis antiquis & veris possessoribus comparata, hæreticis invasoribus juxta allegatum possessionis terminum retraderentur, ita Innocentius X Summus Pontifex per se & suum Legatum Fabium Chisium, posteà Alexandrum VII. constanter Pacis fœdera improbavit. (ex serie Rom. Pontif. P. Greg. Kolb. S. J.)

Anno 1649. die 21. Julii Moguntiæ vorax ignis ex deciduo fulmine absumpsit, & in cineres redegit insigniorem Provinciæ nostræ Librariam utpote ejus præstantiæ, authoritatis & vetustatis codices habentem, ut etiam jam uni alterive libro alia integra bibliotheca ob raritatem vix adæquaretur. Conabatur quidem P. Fridericus Amelon, de quo adhuc dicetur, aliquos libros, inter quos Manu-Scripta ipsius S. P. Augustini, igni subducere, sed quia ferreis alligati erant catenis, frustrato conatu vitæ consulere, inæstimabilémque thesaurum igni devorandum relinquere cogebatur. Perière tunc etiam notabiles literæ Conventûs, & multa supellex extraneorum securitatis causâ apud Nos deposita hoc belli tempore; magnâque parte ex ædificio nostri Monasterii absumptâ, Ecclesia tamen & asservatum ibi Archivum literarum censualium manebant intacta (Protoc. Mogunt.)

Por-

Porro à Reverendissimo P. Generali Guilelmus Grabler Rector Provinciæ intra hoc biennium constituebatur. Lucas Binderus autem reliquos vitæ suæ annos partim Herbipoli, partim Friburgi Brisgojæ pro Dei gloria, suæ animæ salute & incremento Ordinis impendit, emeritus Provincialis in venerabili senectute Friburgi erat Monialibus à Confessionibus. De ipso R. P. Bonaventura Kugler Prior Constantiæ in m. sc. testatur: *Lucas Binderus Vir devotissimus: olim Vicarius Generalis, ac Provincialis, nec non pluribus in Conventibus Prior, Pater bonam animam sortitus, Crucis mortificationem jugiter in animo & corpore portavit, inter cætera Dei dona excelluit dono lacrymarum, quod amicitiæ Divinæ non dubium apud viros argumentum fuit, Apoplexiâ tactus Friburgi Brisgojæ ultimum diem clausit undecimo Septembris anno 1657. Ætatis suæ annorum 66. Professionis 49. Sacerdotii 36.* Sepultus est sub lapide, cui antiquus Augustinianus est insculptus. In eodem tumulo jacet tertius, quo anteà duo Priores & Filii Conventûs Friburgensis Brisgojæ, qui habebant cognomen incipiens à litera B. nempe Henricus Brun S. T. Doctor & Prior circa annum 1506. Hieronymus Balduff circa annum 1541. positi fuerant juxta asculptum in lapide distichon:

Ista Friburgenses tres continet urna Priores,
Brun, Balduff, Binder, nomina trina B. fert.

XXXXIIII.

GUILELMUS GRABLER Wangensis Alsata, Hagenoæ professus, Ordinis studia humaniora inchoat Friburgi Helvetiorum anno 1636. & Superiora Theologiæ absolvit in Universitate Herbipolensi circa annum 1640. Bonus œconomus & fervens Religiosus anno 1642. Constantiæ invigilat Procurator simul ac Magister Novitiorum. Visitatorem eum Provincia, & Priorem Hagenoa habuit anno 1646. in Congregatione intermediâ Colmariæ Diffinitor Generalis anno 1649. pedester cum baculo Romam ad Capitulum grande & grave iter confecit. Inde à Reverendissimo P. Generali Philippo de Vicecomitibus Rector Provinciæ designatus, Patres pro electione Provincialis conscribit Landavium anno 1650.

ab anno 1650 usque ad 1653.

Ubi

Ubi præsidente loco Reverendissimi nostri Patris P. Casparo Molitore pro tunc Priore Friburgi Brisgojæ & anteà Gamundiæ, Guilelmus Grabler Pater ac Prior Provincialis inauguratus est.

In hoc Capitulo Patres præ cæteris anniversariorum, aliarúmque fundationum accuratam inquisitionem, illarúmque observationem, literarum censualium Synopsin conficiendam, quarum exemplar unum Archivio Provinciæ, alterum Deposito Conventûs imponatur, ut certificari possint, ad quos pertinet scire, nihil esse ex iis alienatum, aut saltem iterum utiliter applicatum. Fratres Monasterio exeuntes, si bini sint, Caputiis, si soli, pileis debere tectos esse, &c. commendârunt. (Act. Prov.)

Eodem anno 1650. Eminentissimus Elector & Princeps Herbipolensis Joannes Philippus inter Universitatem & nostros PP. Augustinianos per deputatos, Suffraganeum suum Joannem Melchiorem Söllner Episcopum Domitiopolitanum, Franciscum Ludovicum Faust à Stromberg Herbip. & Wormat. Eccles. Cathedr. respectivè Custodem & Capitularem ex una, & R. P. Lucam Binderium Ex-Provincialem & Priorem Herbipolensem ex altera parte, convenit circa Cœnobium Münnerstadianum: Loco ipsius, quod dirutum fuerat ex potiori parte, interim Nobis ex ærario Principis Herbipolensis Domus, Gattenhoffiana ex tunc dicta, cum adjuncto proximo Sacello emebatur. Destinavit itaque Provincialis Guilelmus Grabler Eximium P. Bonaventuram Söllner nepotem ex Fratre prædicti D. Suffraganei pro capienda possessione anno 1652. cui & Confratribus ibidem constitutis pro sustentatione & in reparationem diruti Monasterii Parochia Burcklauriensis & Primissaria Civitatis Münnerstadiensis ad decennium administranda dabatur, quibus etiam anno 1654. adjuncta fuit Parochia Poppenlauriensis.

Eodem anno 1650. die 25 Augusti oppido Alzeim à Palatinis recuperato, & Hispanico præsidio inde expulso indictum fuit Religiosis adhuc ibidem commorantibus Franciscanis nempe & nostris Augustinianis, ut & ipsi protinus recederent, ni expectare vellent,

ut

ut armatâ manu inde educerentur. Proteſtabatur noſter ibi Vicarius Prior & Parochus P. Adamus Bommersbach cum F. Friderico Laico coram Officialibus Palatinis diſcedendi neceſſitatem inſinuantibus dicendo, quòd hujusmodi violentiâ nec velit, nec poſſit locum relinquere (ſuppoſitâ nempe nullitate articuli fœderis Weſtphalici.): diſcedere tamen coactus aſſumptâ ſecum ſuâ ſupellectili Moguntiam petiit.

Simile malum obtigit noſtro Conventui Fridbergenſi in Wetteravia; dum ſequente anno 1651. tenore inſtrumenti iniquæ pacis Magiſtratus Civitatis illius documenta noſtra, literas cenſuales &c. extorſit, nobíſque profligatis locum Deo Sacratum Scholæ Lutheranæ applicavit. (Archiv. Mogunt.)

Meliora erant fata, dum eodem ferè tempore mortuo Gubernatore ab Erlach Briſacenſis Conventus à Chriſtianiſſimo Rege Galliarum Ludovico per interceſſionem Reginæ Matris ejus id conſulente noſtro R.P. Amato Regis Confeſſario, poſt decennale exilium nobis reſtitutus fuit. (M.Sc.Docum. P.M. Joannis de Judæis Herbip.)

Anno 1653. redemptum fuit prædium noſtrum prope Memmingam *Geiſshoff* dictum, & ad illum Conventum Memminganum jam pridem pertinens. (Protoc. Memming.) In hoc Conventu Memmingano intereà Guilelmus Grabler Provincialis Congregationem intermediam celebrat anno 1651. Ubi inter cætera acta Venerabile Diffinitorium valde utilia pro Fratrum juniorum educatione eorúmque ad ſtudia promotione ſancivit. (Acta Provinc.)

Oberndorffii etiam circa hoc tempus Guilelmus Grabler induſtriâ ſuâ effecit, ut cenſus in Rottweil pro illo Conventu reſtitutus fuerit. (Docum. Convent. Oberndorff.)

Cæterùm anno 1653. Guilelmus Provincialis coram Patribus in Capitulo Conſtantiæ congregatis triennale Officium reſignat,& Prioratum Conſtantienſem ſuſcipit, ibidem exiſtens anno 1658, quando P.M. Joannem de Judæis malitioſus quidam delator perdere conabatur: de quo fuſior recurret ſermo. Poſt multas ſupera-

ratas calamitates, immò & carceres ex Conventu Oberndorffensi & ex Provincia Rheno-Suevica confugiens ad Provinciam Austriæ, receptus in Conventu Badensi post Jubilæum Sacerdotii solennisatum Guilelmus omnino senex & grandævus utpote 77. annorum ætatis suæ terrenis evadit ibidem Badæ 5. Novembris anno 1693. (Act. Provinc. & varior. Convent. Docum.)

XXXXV.

Ab anno 1653 usque ad 1656 GVILELMUS FISCHER Rottwilanus Suevus, Oberndorffii professus humaniorum literarum studia Friburgi Brisgojæ anno 1628. Philosophiæ & Theologiæ Moguntiæ deinde absolvit. Præclarus Concionator Constantiensem exedram anno 1634. & Brisacensem anno 1636. suà eloquentià honoravit, aliquando etiam Novitiorum pro vita Religiosa extitit Magister Oberndorffii. Cum Diffinitorio munere dum simul agebat Priorem Brisaci anno 1642, sedulam illius Cœnobii curam impendit, renovationem nostrorum bonorum in Rottweil prope Brisacum inter alia comparando. (Docum. Brisac. Conv.) Postquàm Guilelmus Grabler Congressum Provincialem Constantiam anno 1653. destinaverat, eidem nomine Reverendissimi P. Generalis præsidere jubetur Guilelmus Fischer. Hoc autem ad Gubernium Provinciæ unanimi Patrum electione assumpto, subrogatum habuerunt Præsidem Capituli P. Georgium Fischer ex tunc Priorem Friburgensem Brisgojæ. Præcipua, quæ Ven. Diffinitorium statuit, sunt nempe: Ut de triennio in triennium tabula continens Nomina, Officia & merita Patrum ac Fratrum Defunctorum conficiatur, & suspendatur in Choro. Ut eadem suffragia & ceremoniæ deinceps in perpetuum celebrentur pro quovis Priore Provinciali tam munere ac vita defuncto, quàm in actuali Officio ex hac vita decedente. Ut hæreditates Fratrum, si notabilis quantitatis sint, in census annuos inde accipiendos applicentur, secus nonnisi de R. P. Provincialis & PP. Deputatorum Consensu ad utilitatem Conventûs expendendæ. Ut Priores statum suorum Conventuum cum debitis activis & passivis à Patribus Deputatis firmatum ad Comitia deferant. In Actis hujus Capituli pro

pro administratione & Confessionibus Relig. Dominarum in Frauenalb prope Wilam destinabatur P. Jacobus Baumgärtner.

Anno 1654. Guilelmus Fischer Provincialis Capitulum intermedium indixit Brisaci celebrandum, in quo pro futuris Comitiis Generalibus Diffinitor nominabatur P. Bonifacius Rapp Prior P. t. Moguntiæ, qui eodem hoc anno cum P. M. Friderico Amelon Conventus visitâsse legitur. Fuit autem sequente anno Romæ Prior Generalis electus P. M. Paulus Luchinus Pisauriensis.

Aliàs hoc anno 1655. Provincialis strenuè pro recuperando Cœnobio nostro Rappolswilano laborat. Eodem ad clavum Provinciæ sedente Monasterium Lavinganum Augustinianis retraditum fuit non sine magnis difficultatibus hinc inde obortis; Etenim Patres Dominicani omni modo illud Monasterium ad sua trahere satagebant supplicando & præstolando apud Serenissimum Principem Neoburgicum Philippum Wilhelmum, quos etiam Senatus de Lavinga sub spe retinendi reditus nostros Principi commendarat. Administrator Augustanus insuper affixerat 1655. die 2 Aprilis Ecclesiæ nostræ Edictum valvale, ut spatio 4. mensium compareremus, aliàs Ecclesiam fore dandam P. P. Dominicanis. Qui ex hoc præcipuè motivo locum affectabant, quòd B. Albertus Magnus Ordinis Prædicatorum præcipuus ac nominatissimus Doctor habuerit Lavingæ natales suos. Cùm intereà Primarii de Lavingana civitate pro susceptione & immissione P. P. Dominicanorum scripsissent ad Serenissimum, nostri ad Reverendissimum P. Generalem ejusdem Prædicatorum Ordinis Romam confugiunt, qui rescripto prohibuit ulteriorem conatum, dum Augustinianis spes recuperandæ antiquæ possessionis affulgeret. Mittuntur itaque 29. Sept. dicti anni ex commissione R. P. Provincialis duo præstantissimi Viri & Magistri P. Fridericus Amelon Diffinitor & Prior Herbipolensis, atque P. Bernardus Bayli S. Theologiæ actualis Lector, quorum in variis linguis peritiam, sublimiorum scientiarum excellentiam, Religiosarum virtutum apparatum Serenissimus Neoburgicus admirans restitutionem Monasterii Lavingani ad supplices illorum preces

 fa-

facere promittit, mandâtque R. D. Decano, Locumtenenti, & Senatui Lavingano intromissionem Nostram, Reverendissimo Domino Ordinario Augustano consentiente, Mandatôque Serenissimi executionem de introductione nostra iteratò perurgente, tandem receptioni Nostræ Senatus acquievit, & sic feliciter peracta est immissio Nostra ad Lavinganum Conventum die 1ma Februarii anno 1656.

Hoc anno Guilelmus Provincialis ad 5tam Maji Comitia Provincialia Friburgum in Brisgojam conscribit, suóque Provincialatûs munere triennali feliciter consummato, in ipso Conventu Friburgensi Prioratum suscipit, cúmque post biennium Successor ejus Joannes de Judæis ob suam captivitatem juxta mox dicenda Provinciæ invigilare prohiberetur, Guilelmus Fischer à Reverendissimo P. Generali Rector Provinciæ adhuc designatus est, quam tamen Illi, suæ libertati restituto, paratissimè resignavit. Præfuit etiam posteà anno 1660. Conventui Gamundiano. Et anno 1670. die 24. Aprilis Vir bonus & Pater amandissimus Oberndorffii supremum diem clausit ætatis suæ anno 62. Sacerdotii 31.

XXXXVI.

ab anno 1656 usque ad 1660. IOANNES JUDÆI, aut communiter de Judæis agnominatus, non ab illo perfidorum genere, sed antiqua hujus nominis Familia & catholicis parentibus Brilonis in Civitate Westphaliæ natus anno 1617. posteà Rudenis piè in moribus & literarum principiis educatus (ex lit. baptismal. ejus Constantiæ in Archiv.) Coloniæ Augustiniano Ordini nomen dedit. (ex iisdem lit.) Religiosis virtutibus & præstantioribus scientiis ita brevi excelluit, ut Reverendissimo P. Generali Philippo de Vice-Comitibus propterea maximè commendatus, ab ipsomet facultatem acceperit Anno 1651. die 20. Februarii se in Italiam recipiendi. Quod iter Romam pedítem se perfecisse in suis literis testatur: reversus ex Italia altero anno Friburgi Helvetiorum Vicarius Prior illius Conventûs assumitur, nobilissimum membrum Provinciæ Rheno-Suevicæ incorporatur, & Brisacensi Conventui adscribitur anno 1653. Quo eodem tempore Diffinitorem Provinciæ ac Priorem Friburgensem

Nui-

[illegible]bonum [illegible]bat: Discretus Generalis secundâ vice Romam comitiis [illegible] 1655. & anno sequente 1656. Friburgi Brisgojæ à Patribus [illegible]stituendum novum Provinciæ Antistitem Capitulariter congre[illegible]atis majoribus votis eligitur & proclamatur Provincialis. Vi[illegible]e Reverendissimi P. Generalis Pauli Luchini Comitia direxit Eximius P. M. Fridericus Amelon de Moguntia oriundus, & à Carpentariensi Familia descendens, cujus, ùt credibile est, subsidiis studia altiora Salmanticæ in Hispania absolvit, Italiam quoque & Galliam permeavit in linguis earum nationum exercitatissimus. Vir iste anno immediatè præcedente in nostra Ecclesia Moguntina à ingente Doctorum Magnatúmque confluxu à Reverendissimo P. M. ac Domino Wolthero Henrico à Strevesdorff Ord. nostri, Episcopo Ascolitano & Suffraganeo Moguntini Archipræsulis una cum Joanne de Judæis Doctoralem Theologiæ Lauream suscepit. Duo isti Fridericus Præses Capituli, & Joannes Provincialis cum cæteris Diffinitorii Patribus statuerunt: imò, ut pro conformi[illegible]ate in Officio Divino decantando Cantualia N. O. renoventur & [illegible] imprimantur. 2dò, ne Prior aliquis sine expressa Provincialis [illegible]cultate ædificium novum inchoet. 3tiò, ut quæcunque bona & p[illegible]cunias Fratres acceperint, etiam subsidia consanguineorum, sta[illegible]im in Conventûs Depositum reponenda tradantur. 4tò, ut Fratri[illegible]us de triennio in triennium, si necesse sit, à Conventu, ubi degera[illegible]t, de nigro habitu, exceptis studentibus à Conventu suæ Professi[illegible]onis illum accepturis, provideatur. 5tò, ut pro quacunque occurrente Provinciæ necessitate singuli Conventus certam pecuniæ summam in Actis specificatam contribuant. In eisdem Actis Eutropius Jacobiz Colmariæ, Conradus Hastius Landavii, & Hieronymus Huber Oberndorffii, Moguntiæ Guilelmus Schüz, Friburgi Brisgojæ Georgius Millius scribebantur Parochi. Pro recenter obtento antiquo nostro Cœnobio Lavingano Selecti Patres denominabantur Simplicianus Agricola Prior, & Nicolaus Benning Concionator.

Ex his Comitiis sex partim PP. Capitulares [illegible] partim in disputa[illegible]

tationibus publicis ibidem durante Capitulo habitis Defendentes periculosum ærumnisque abundans regimen Joanni de Judæis Provinciali naufragio & submersione suâ in Rheno prope Burgheim in Brisgoja, cùm tenderent reduces ad Conventus suos, tragicè præsagiebant. Naufragantium nomina sunt P. Joannes Petri Prior Landaviensis, P. Anselmus Filius Prior Wilanus, P. Georgius Forst Prior Gamundianus, P. Christianus Borschet Philosophiæ Lector & Supprior pro Conventu Constantiensi deputatus, F. Aurelius Bischoff Herbipolensis, flos & decor (ùt scribit de ipso Bonaventura Kugler) studiosæ juventutis nostræ, F. Godefridus Adami Moguntiæ professus, ac Theologiæ studens.

Joannes de Judæis Zelotes magnus Augustiniani Ordinis anno 1657. Münnerstadii, ubi à septennio iterum habitare cepimus, Congressum Intermedium sui triennii celebrat, in eodem saluberrima quæque pro reformatione & observantia Ss. Constitutionum ad literam cum V. Diffinitorio statuens, restituendo perfectam Communitatem, pro Novitiatu Conventum Gamundianum, pro studio Philosophico Constantiensem, & pro Theologico Herbipolensem designando, qui tres Conventus (testante Bonaventura Kugler in manuscriptis) speciatim se reformationi & observantiæ subdiderunt. Præterea ut bonum Zelum Deus benediceret, atque perduceret ad profectum, sabbathinam devotionem commendavit, quâ Deiparæ Virgini antiphonam: *Sancta & immaculata Virginitas &c.* cum Litaniis processionaliter cantaremus post Vesperas cum finali Oratione: *Defende quæsumus &c.* proùt hanc devotionem gratiarum Matri ab aliquibus annis iterum in Sabbatho persolvimus.

Eodem anno 1657. die 30. Novembr. maximâ Christianissimi Regis Ludovici XIIII. gratiâ per Joannem de Judæis recuperatus & in novam possessionem Provinciæ restitutus fuit Conventus Rappolswilanus, de quo ad annos centum triginta & unum à Comitibus de Rappolstein Lutheranis bona & fundationes nostras usurpantibus exulare cogebamur. Qui de illustri ista Familia denuo locum cessit, erat Comes Joannes Jacobus de Rappolstein. Ille-

... à quo in p... ... ione capta solemni actu stabiliti sumus, fuit Fran-
ciscus ... Regiæ Cameræ Secretarius in hac parte Commis-
sarius & ... p. t. subsistens. Quem Provincialis in neo-cepta
possessione P... rem constituit, erat P. Fulgentius Cantin Helvetus.
Post breve intervallum temporis nempe anno 1658. die 27. Janu-
arii Ecclesia Rappolswilana reconciliabatur per Vicarium Genera-
lem & Suffraganeum Basileensem. (Docum. Rappolswil. Convent.)
Circa ... idem tempus reflorescere cæperunt Nostri apud Erfur-
tenses: Cùm enim verò diruto etiam altero Monasterio à Suecis,
& in hortum verso, domum quandam ad Albas Dominas vulgò
dictas, per... tinentem usque ad annum 1653. coacti essemus inhabi-
tare, eodem anno certam domum Civicam & Capellam ad S. Va-
lentinum nuncupatam emptione comparavimus, propinquam illi
Ecclesiæ Parochialem ad S. Wippertum deinde Eminentissimus
Elector Moguntinus Joannes Philippus à Schönborn ex liberalissi-
ma & specialissima ad Ordinem Augustinianum benevolentia, cu-
jus memoria sit in benedictione, in perpetuum nobis concessit ac
donavit. (ex lit. Orig.) Est hæc Ecclesia elegantis structuræ abs-
que ... sustinente pila in amplissimos fornices exurgens, quam ali-
qua... ...do à Senatu Lutherano Catholicis abreptam ille Electori
Wo... ...fgango ex severo Rudolphi II. Cæsaris mandato restituere de-
be... ...at. (Hist. Gudeni) In hac concessione cum Joanne nostro Pro-
vi... ...ciali laboravit plurimùm Reverendissimus ac Illustrissimus D.
P... Woltherus noster à Strevesdorff Eminentissimi Moguntini Suf-
fraganeus. Ulteriùs Joannes de Judæis longissimam Conventuum,
& quidem unius solùm in Helvetia Friburgensis distantiam ani-
madvertens, isto tempore solicitavit apud laudabilem Senatum &
Centum Viros Lucernenses, ut intermediam quandam Habitatio-
nem in Domo & Ecclesia dicta Hergottswald sesqui hora distante à
Lucerna, ad quam pro veneratione B. M. V. ibi ...atiosæ est mag-
nus peregrinantium concursus, obtinere posse... ...s. Jamque re-
commendatitiis in hunc finem tam ab Illustrissimo ... & Reverendissi-
mis Viris Nuntio Apostolico Lucernensi, quam ... piscopo Lausa-
nen-

nensi, immò & Ludovico XIIII. Christianissimo Galliarum Rege ad præfatum Senatum emanatis pro immissione PP. Augustinianorum in Sacram Ædem Hergottswald aperitur via, spondétque Senatus ipse præstitis certis conditionibus, quas implere promittit Provincialis noster, tradere illam ædem & Sacellum cum omnibus Paramentis & cimeliis ad usum Altaris ibidem inventis: Neque erat defectus in consensu, dicam potiùs promotione Celsissimi ac Reverendissimi Principis ac Episcopi Constantiensis aliorúmque, quorum intererat, exceptis PP. Franciscanis & Capucinis, adeò ut sola adhuc superesset sumenda possessio. Sed invidentis vindicantísque Spiritûs nequitia, ut tot & pluribus adhuc sperandis bonorum operum fructibus & incrementis Augustinianæ nostræ Provinciæ poneret impedimenta, superseminavit Zizania, pessimo usa instrumento Petro Guillier Helveto Friburgensi, qui ingentia mala nedum in Provincialem & Provinciam, sed totum Ordinem Augustinianum imposturis suis invexit. Facti seriem (quam ex fusiori apologia & Originalibus literis P. M. Joannis desumpsi) paucis percurram.

Nota erat Priori Friburgensi Helvetiæ Provincialis intentio, scilicet recipiendi apta & Gallicæ linguæ perita subjecta, ut Conventibus tam in Alsatia, quàm accolis & peregrinis in Hergottswald aliquando in Spiritualibus servire possent: Cúmque intereà dictus Guillier Sacerdos à Parochiis privatus, & è Diœcesi Lausanensi ac Vesontina ejectus, in Monasterio nostro Friburgensi se insinuasset, & Prior ibidem parum notus, in Sacerdote perversitatem non credidisset, claudicantem physicè ac moraliter defectuosum mittit quorundam Dominorum intercessione Constantiam, ubi contra prohibitionem fuerat susceptus ad Ordinem. Provinciali Constantiam venienti ad finem anni 1657. statim displicuit homo, & ob indagatam illius malè actam vitam, falsásque literas contra P. Procuratorem Friburgensem scriptas, quòd is, dum agebat Guillier apud nos Friburgi, ad lubitum forsan gulosum non tractasset, atque ob multas disseminatas discordias & jurgia à Provinciali co-

gnita

turbulentus dimittitur. Audite facinus inaudi-
n suæ dimissionis confingit ille pro more literas,
Joannes de Judæis correspondentiam haberet
lliæ Solodori subsistente circa proditionem Urbis
His literis affixerat dexterè ab alia epistola detra-
t in subscriptione assequi conabatur per quendam
æ linguæ ignarum ipsam Provincialis manum. In
iticbatur, quòd aliquot quercus (Provincialis NB.
publicè etiam inito contractu cum fabro lignario ad
m) essent prope mœnia Civitatis, quibus hæc effrin-
rti patere possent. Spargi etiam à tempore dimissi-
si omnes in Conventu gallizarent, & quòd tres muli
a Septuaginta millia Fl. onusti venissent ad Provin-
ditionis recompensam: auxit inanem hunc rumorem
pretatio Illustris cujusdam Domini, quòd de nostris
er post sacras functiones apud eundem in prandio ma.
nitatem Imperatoris scyphum continentem sesqui men-
potare noluisset, qui tamen judicabatunicè hâc recusa-
emperantia & sanitate sua se facere, atque Serenissimam
ustriacam suis precibus potiùs habere commendatam t
iis his sine ratione & sine fundamento figmentis ementi-
s proditionis literas, cum aliis germanicis, quibus quasi
Provincialis machinatio certior fieret Primatibus Civitatis,
us Guillier per studiosum, quem 10. bazeis conduxit ad
dum eas literas, fecit portari sub vesperum ad PP. Capuci-
lii ipsas portant ad illustrem quendam virum Ecclesiasticum
die, quâ Provincialis iterum Friburgo Constantiam rediê-
Ecclesiasticus ille, cujus dignitatem noménque consultius est
ere, easdem literas defert ad Excell. D. Commendantem Civi-
Constantiensis NN. qui nimis præcipitanter contra immunita-
Ecclesiasticam bonum Patrem Joannem Provincialem conjicit
incula, & lassum adhuc ex itinere armatâ manu publico carceri
ulari in medio Civitatis ad Monetam (jur [illegible] dicto, circa deci-



decimam noctis mancipat. In hoc tetrico carcere à die 18. Julii anno 1658. usque ad diem 3. Maji ſequentis anni 1659. conſequenter quadraginta & unà ſeptimanis ſub maximis in eum Provincialem conjectis calumniis, dicteriis & opprobriis, cauſâ detentionis non intimatâ ipſe coactus eſt manere. In magna tribulatione iſta ſolabantur & adhuc amicos ſe oſtenderunt RR. PP. Societatis, Prænobilis Dominus de Brecht, & alii quidam, quibus converſatio Provincialis venerabilior erat; qui etiam ſolicitabant eum, ut aliquando apologiam publicaret, quod & fecit Joannes. Habemus eam deſcriptam Herbipoli in Archivo ex Originali Conſtantienſi. Cùm demum poſt varia in noſtro Conventu à Sæculari Commiſſario N. Vice-Cancellario Oenipontano, qui in humanioribus aliquando menſam gratis habuit apud nos Friburgi Briſgojæ, parum grato pro beneficiis, inſtituta fuiſſent ſcrutinia, poſt longam Patrum Fratrûmque afflictionem & contemptum, poſt intentatam devotionum aliàs apud Nos peragi ſolitarum laicalem prohibitionem, nihil contra Provincialem ac Conventuales probari poſſet, atque ideo circa reſtitutionem famæ Provincialis oportuiſſet agere, Conventuiſque reparare damna, quæ per irruptionem illata ſunt cum ſpoliatione 51. Fl. ad Provincialem pertinentium, Judex ſæcularis certus de innocentia Provincialis ante illius liberationem & eductionem reverſalia exegit: 1mò, de non ſumendâ vindictâ (quæ à pio & exemplari Viro non debuiſſet cogitari.) 2dò, de intentando noſtris ſumptibus proceſſu impoſtori. (nempe ut pauper & inops pretiolis in judicio faciendis expenſis territus ac deſperans abſtineret): 3tiò, de vitandis terris Hæreditariis Auſtriacis. (ab eo, qui devotiſſimus ſemper fuit in Domum Auſtriacam, & abſque partialitate ſcivit honorare Magnates.) Sicque 3. Maji Provinciali ex urbe dimiſſo, eodem die 10. Fratres, inter quos fuerat P. Lector Melchior Franck Mogonus, & duo, qui ſequentibus temporibus honorabantur Priores Provinciales, etiam ſine culpa à territorio Auſtriaco exules facti ſunt, & pro ſatisfactione (ſcilicet) noſtri Conventûs major pars ad 15. pedes à mœnibus Civitatis dejiciebatur. Cùm inte-

vidente supremi Numinis auxilio Provincialis etiam
impostoris Guillier jam jam ob sacrilegum annulis
s ad Imaginem B. M. V. Ecclesiæ nostræ
rchensi atque in carcerem conjecti, ille noster Pro-
erlingæ in Monasterio circa innocentiam Orbi de-
scribendo ad Fratres Constantienses, quale examen
detentum in carcere (Seelhauß) institui deberet,
que ad Illustrissimum Nuntium Lucernam & Romam
m D. Alexandrum VII, qui præterito anno, quo Jo-
erat in vinculis, B. Thomam Villanovanum die pri-
Sanctorum Catalogo inseruit, suam etiam causam
t per literas Reverendissimo P. Generali Paulo Luchi-
visitando Fratres suos Herbipoli fortuitò offendit
llum studiosum, qui literas proditorias scripserat: pe-
Archiepiscopo de Schönborn, ut ad veritatem indagan-
o judicialiter examinaretur. Hoc facto fassus est studi-
, quæ sciêrat: ipse propriâ manu juxta petitionem Pro-
udicialiter scribere cogitur, utrarumque literarum manu
n collatâ, & hujus rei atque confessionis datâ ab Archi-
testatione in patente charta majore Episcopali Sigillo
nsi munita Provincialis causam suam urget, atque ut to-
tium absolvere, innocentiamque testatam facere posset,
Provincialatûs Joanni à summo Pontifice & Reverendissimo
rali prorogatur ad unum annum. Demandata etiam fuit Il-
mo Legato Apostolico Lucernensi hujus rei inquisitio. Sa-
m igitur impostorem sumptibus Provincialis Constantia
nam abducunt: qui, ùt coram Illustrissimi Nuntii Commis-
& Vicario Generali Friburgensi illuc ad hoc evocato, intelle-
viderâtque scriptam sui complicis confessionem, manu eti-
propriâ certificatam & notam, ipse tandem confessus est, Pro-
lem esse innocentem, & omnium harum confictarum rerum
arum. Itaque Fredericus Borromæus pro tribunali sedit ac
entiam tulit, quam pro justificatione Provincialis nostri Joan-
nis

Mm 2

nis è vidimata Copia transumptam de verbo ad verbum Lectori exhibeo:

Fredericus Borromæus Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Patriarcha Alexandrinus, ac Sanctissimi Domini N. D. Alexandri PP. VII. ejúsque S. Sedis ad Helvetios & Rhetos, nec non ad Constant, Basileens. Sedunens. Curiens.: & Lausanens. Civitates & Diœces. cum facultate Legati de latere Nuntius.

Intentatâ coram Nostro Tribunali per Adm. R. P. Joannem de Judæis Ord. Erem. S. Augustini Provinciæ Rheno-Suevicæ Provincialem actione, calumniæ & falsitatis impositæ sibi, ùt prætenditur, à Petro Guillierd sacerdote Friburgensi Helveto olim sui Ordinis Novitio occasione duarum epistolarum Germanicæ unius ad inclytum Magistratum Constantiensem directæ, Gallicæ alterius Excellentissimo S. Xmæ Majestatis apud Helvetios Oratori inscriptæ, & in manus D. Colonelli (familiæ uomen honoris causâ reticeo) *Civitatis Constantiensis tunc Gubernatoris per incertum hominem traditæ: quibus nimirum literis innuebatur in præjudicium ejusdem Constantiensis Civitatis suspicio quædam & machinatio proditionis, quasi per Adm. R. P. Provincialem fabricatæ, ut ei propterea tum in arctam custodiam arrepto, suóque tunc etiam Constantiensi Monasterio dispositis in omnem aditum excubitatoribus armatis obsepto, plurima incommoda, gravamina & non modica damna emerserint, eâque per Nos etiam de speciali S. Congregationis negotiis Episcoporum & Regularium præpositæ Commissione sub die 20. Augusti 1659. expeditâ, Sanctissimo D. N. ita mandante, examinatâ causâ inter prædictum Petrum Guillierd tanquam reum conventum, & in carceribus detentum, & prædictum P. Joannem Provincialem in Nostro Tribunali sponte constitutum & querelantem, auditis sæpius in contradictorio & extra partibus, perpensisque in Herbipolensi Curia exactis & coram nobis deductis depositionibus ejus hominis, qui literis confingendis Gallico & Germanico idiomate adhibitus fuerat, aliisque manifestis indiciis, quæ & ad Provincialis præfati innocentiam & aliorum culpam astruendam plurimum conferrent, legitime supradicto D. Colonello, & Constantiensi Magistratui Nostræ ferendæ Sententiæ termino intimato quatenus suâ interesse putaverint defensionalibus Reo terminis intimatis,*

&

& [illegible] ii prorogatis, exhibitisque ipsi ex officio Procuratoribus idoneis [illegible] ocatis, exceptionibus super ipso processu sibi intra defensionis terminum [illegible] nsignato per sua particularia scripta deductis accuratè & adhibito q[illegible] que maturo Jurisperitorum consilio perpensis, visis videndis, consider[illegible]dis considerandis, ad infra scriptam devenimus Sententiam & declarationem.

Christi nomine invocato pro Tribunali sedentes jus tantùm & justitiam præ oculis habentes, per hanc Nostram definitivam Sententiam omnino judic[illegible]amus, asserimus & propalamus: præmemoratum P. Joannem de Judæis [illegible] Ord. Erem. S. Augustini Provinciæ Rheno-Suevicæ Provincialem quasi [illegible] Scriptarum à se anno 1658. literarum proditionem Civitatis Constanti[illegible] innuentium falsò ac malitiosè (cùm de figmento earum & ementito sigillo Nobis constet) insimulatum minimè ejus delicti, impostæque sibi [illegible]achinationis reum, sed ejus immunem criminis, & prorsus innocentem Jure merito per præsentes dicimus, pronuntiamus, declaramus & pub[illegible]amus. Petrum verò Guillier supradictæ hujus tam gravi[illegible] perniciosæ, nem[illegible] & in malevolam totius Ordinis PP. Augustinianorum diffamatio[illegible] bus [illegible] uisse redundantis imposturæ sufficienter probatum machinatorem, ru[illegible] aliis criminibus furti & sacrilegii in Episcopalibus & Tribunali Constantiensi & Lausannensi legitimè convictum ab exercitio Sacrorum Ordinum in perpetuum suspendimus & ad triremes ad septennium cum præstanda de suis quibuscunque bonis refusione expensarum li[illegible], cæterorùmque damnorum parti ex hac impostura illatorum Authoritate Ordinaria ac delegata Nobis competente condemnamus. In quorum &c. Datum Bellinzonæ hâc die 26. Novembris 1660.

Fredericus Patriarcha Alexandrinus Nuntius Apostolicus & Judex Delegatus.

Porro ante declarationem istam innocentiæ Provincialis Capitulum celebrabatur à Patribus Herbipoli die 16. Aprilis anno 1660, in quo per literas Reverendissimi P. Generalis [illegible]etri Lanfranconii Præsidens constituebatur Eximius P.M. Augu[illegible]inus Gibbon S.T. Doctor, in Universitate Erfurtensi Professor publi[illegible]cus, per Saxoniam & Thuringiam Vicarius Generalis.

In eodem Capitulo Provinciali Patres con[illegible]scripti, ut Provinciam

ciam jam regeret felicior, sciretúrque magis innocentia boni Viri, Joannem de Judæis iterum elegerunt, & inter alia præcipuè statuerunt, ut, quò major fieret Provinciali de negotiis & statu Conventuum notitia, quilibet Prior singulis mensibus ad minus semel scribat ad illum. Item, ut protocolla redituum, obligationum, bonorum & omnium notabilium describantur in quovis Conventu, quorum unum ibi maneat, alterum ad Archivum Provinciæ Herbipoli erigendum tradatur. Ut medietas hæreditatum tam de mobilibus, quàm immobilibus Provinciæ consignetur, nec sine consensu Provincialis à Priore contractus de privatis hæreditatibus perficiatur. Ut omnes Religiosi PP. & FF. exercitia spiritualia per octiduum habeant. Ut nullus foris quocunque prætextu cœnet. Ut pro securitate Clausuræ ferarum foramina in exterioribus portis occludantur, ne extrinsecus aperiri possint. Denique distributio quæstarum facta fuit, quam scire cupienti ex scripta Historia Provinciæ Herbipoli communicare possum.

Memorata decreta Reverendissimus P. approbavit, qui tamen, licèt eidem placuisset Provinciæ in Virum præstantissimum & Patrem optimum affectus, in electionem Joannis cum dispensatione impertienda haud consensit: nempe ut facilem haberet copiam videndi Virum capacissimum coram se, ejúsque talentis pro Ordine, & præcipuè Germania uti valeret Romæ.

Statim post Capitulum Provinciale anno 1660. Ven. Diffinitorium pro satisfactione illati damni in Conventu Constantiensi ex dejectione muri, &c. Oenipontum misit præclaros Viros & Magistros Fridericum Amelon Priorem Moguntinum, & Bonaventuram Kugler Priorem Constantiensem: rebus nostris ad judicium deductis deputati Consiliarii militares D. D. Colonelli Hausmann & Eichhorn pro nostra parte, ut in refusionem injuriæ & damnificationis daretur armamentarium, steterunt & suffragati sunt, executione tamen frustratâ, neque hactenus secutâ. Pari fatalitate, quantumvis Joannes de Judæis jam denuo possessionem in Hergottswaldt urgeret, Patribus Capucinis tamen amicos nostros ad

fini

(queîs Deus parcere velit) accipere possessio-
quod facinus parum laudabile minùs religiosum-
detrimento hospitium pro uno alteróve Patre,
eregrinantes Nostri in via habuissent diversorium
onfratres, amicabiliter permittere potuissent, post
annos compensatum videtur in Monasterio Bitensi
...orum, jam ad Nos devoluto, ùt infra magis dicetur.
661. dum Joannes de Judæis cum P. M. Bernardo
...ens nostræ Provinciæ Rectorem Eximium P. M. Fri-
...elon, ad Comitia Generalia Romam venerat, ab electo
...e Ordinis Augustiniani Petro Lanfranconio Anconita-
...istente Provinciarum Germaniæ assumptus est. Visita-
...c tanquam Commissarius Apostolicus & Generalis Ger-
...nventus, atque, ut condignè reciperetur in via, ab ipso
...tissimo Imperatore Leopoldo recommendatitias acce-
...es Archiv. Constantiensi) & aliquamdiu etiam Constantiæ
...t. (vid. libr. comput.)

...nno 1664. sub titulo Visitatoris Apostolici Joannes noster
...sem Conventum lustrabat, & inde Wormatiam pertransiens
...re inhospitabatur ibi contra reversales & obligationem, quam
...ent Wormatienses; quapropter monitorium ad Magistratum
...rmatiensem edidit repetens Monasterii restitutionem, quòd
...missa non servarent transeuntes Fratres & Patres convenienter
...cipiendo & tractando. (protoc. Mogunt.)

Adhæc etiam tempora Gallico Regimine in Alsatia jam ab an-
no 1648. introducto & Enzishemii promulgato P. Augustinus Ches-
...neau apud Protectorem Alsatiæ institerat pro Brisacensi, aliisque
...nasteriis ibidem Conventibus suæ Provinciæ S. Guilelmi de obser-
vantia incorporandis, sed irrito conatu, operâ P. ... Assistentis Joan-
nis de Judæis à petitorio desistere debuit. (protoc. ... Provinc. Herb.)
Sexennio Assistentiæ laudatissimè completo ... Vir insignis Joan-
nes Moguntiam repetit, & anno 1669. reform... ...t Templum no-
strum ibidem, quod latius fuerat, quàm longum ... In locum dem-
...
pum

ptum ad partem Altaris S. Sebaſtiani vel Sacelli ædificabat versùs plateam domum, ſæcularibus ad uſum habitationis. Hoc reparationis tempore anno 1670. dum contra morem & conſuetudinem RR. PP. Societatis in Feſto S. P. N. Auguſtini cæremonias à Facultate Theologica apud Nos peragi ſolitas in ſua Eccleſia & Collegio celebraverant, reclamans M. Joannes de Judæis cum Reverendiſſimo noſtro Epiſcopo & Suffraganco à Strevesdorff per ſupplicem Eminentiſſimo Joanni Philippo porrectam evicit mandatum, quo jubetur, ut Univerſitas impoſterùm ſemper conſueto more ſolenni ductu ad nos veniens in Feſto S. P. Auguſtini poſt latinam Orationem è Cathedra dictam, poſt cantatum Sacrum & Oblationem ſub eodem ad Altare poſitam, Sacræ Facultatis Decanum in Auditorio noſtro eligat, utì adhuc quotannis fit. (protoc. Mogunt.)

Rebus iſtis, aliiſque plurimis pro Ordine & Provincia dextrè, vigilanter, optiméque geſtis denominatur Joannes Noſter anno 1671. Suffraganeus Spirenſis cum titulo Epiſcopi Davalienſis, cúmque in finem Conſecrationis obtinendæ, aliorúmque expediendorum Romam ſequente anno nempe 1672. contendiſſet. Conſtantienſémque Conventum & Civitatem (protoc. Conſtant.) de ſua paſſione jam glorioſior & honorificentior in comitatu trium Dominorum Eccleſiaſticorum ac Nobilium Spirenſium die 26 Septembris pertranſiiſſet, ibidem Romæ acutâ febri præventus, terrenis exceſſit, & cum Epiſcopali Mitra capiti imponenda coronam juſtitiæ & cœleſtis gloriæ commutavit die 17 Novembris dicti anni 1672. (protoc. Mogunt.)

XXXXVII.

Ab anno 1660 usque ad 1666.

BERNARDUS BAILY Lotharingus, è Conventu Theonvillano & Provincia Colonienſi Nobis datus, & affiliatus Conventui Briſacenſi anno 1653. Sacroſanctæ Theologiæ Profeſſor profundiſſimus eodem tempore extitit, prælegítque Sacras Literas Herbipoli, eruditis præcipuè Viris ibidem admodùm charus. Theologiæ Magiſterium ſuſcepit circa annum 1655. ſequente anno Diffini-

Rinitur & Pro[illegible]tinatus Herbipoli. *Hic vir ille selectus est*, qui
Eximie P. M. F[illegible]iderico Amelon *associatus* Serenissimum Princi-
pem Neoburg[illegible]m Philippum Wilhelmum pro requirendo Con-
ventu Laving[illegible]o supplex adiit utpote variarum linguarum gna-
rus, ideoque e[illegible]iam apud Magnates valde acceptus. Eodem usus
est Comite & Diffinitore Generali pro itinere Romam per pedes
confecto ad annum 1660. præmentionatus Joannes de Judæis,
quo in Assiste[illegible]ntem Germaniarum assumpto Bernardus Baily Rector
Provinciæ [illegible]atuebatur à Petro Lanfranconio Generali. Regres-
sus igitur a[illegible]d Provinciam sibi demandatam celebrat Congregatio-
nem Inter[illegible]ediam Wilæ anno 1661. mense Novembri, cumque
pro Noviti[illegible]atu ordinando Oberndorffensem Conventum accommo-
datissimu[illegible]m judicâsset, eidem Novitiatui præposuit è Pontarliensi
Cœnobi[illegible]ad Nos venientem P. Claudium Bonheur, decrevitque, ut
ibidem [illegible]einceps Fratres media nocte ad matutinum surgant, fa-
ciantq[illegible] disciplinas, & servent jejunia Ordinis &c. (Protoc. Obern-
dorff.)

Hoc *ipso* tempore P. Columbanus Filisdorff Prior Obern-
dorff[illegible]nsem Ecclesiam restaurabat (Bening in MSc.)

Con[illegible] *Anno* 1662. Bernardus Provincialis visitationem quorundam
[illegible]ventuum Eximiis PP. Magistris Nicolao Schriem, & Hilario
Gri[illegible]ber commendavit.

Ex literis à Joanne de Judæis Assistente Generali ad Bernar-
dum Rectorem Provincialem dicto anno 1662. datis constat. (Pro-
toc. Herbip.) Ad petitum Serenissimi Archiducis Sigismundi apud
nostrum Reverendissimum P. Generalem pro incorporatione Con-
ventus Tridentini ad aliquam Provinciam Germaniæ, quatenus ad
eum Conventum possint mitti Fratres ad studia & linguam italicam
addiscendam, ab eodem nostro Reverendissimo annutum in tan-
tum fuisse præstitum, ut tamen maneat Conventus ille Conventus
Generalis, & Prior à Generali ponatur, reliqui [illegible]autem Officiales à
Diffinitorio, cujus Provinciæ incorporaretur in Ger[illegible]mania, Tyrolensi
nempe, Bavaricæ, vel Rheno-Suevicæ. Quod in[illegible]entum utique pro
qualificatione religiosæ juventutis nostræ, si re[illegible]ipsum & consen-
sus executioni esset mandatus, perutile fuisset.

N n Anno

Anno 1663. Bernardus noster pro Comitiis Provincialibus Patres convocat Lavingam, ubi is sub præsidio Eximii P. M. Hilarii Grüber à Rectore renunciatur Prior Provincialis. Celebrabantur hæc Comitia solemnissimè, non enim solummodò die Dominicâ processionaliter ibant ad Parochialem Ecclesiam, ubi habebatur ad populum Concio, verùm etiam sequentibus diebus tempore matutino post Missas de S. Spiritu cantatas, Conciones ad populum, & pomeridiano tempore publicè disputationes tam Theologicæ, quàm Philosophicæ fiebant. Durante Capitulo nostra Ecclesia Lavingana priùs hæreticâ pravitate profanata denuo consecrata est à Reverendissimo D. Suffraganeo Augustano, qui Patronum designavit recenter Albo Sanctorum inscriptum D. Thomam nostrum Villanovanum. Ad restaurationem Ecclesiæ & Monasterii Provincia contulit ducentos supra mille florenos (Bening in MSc. annot.)

In eodem Capitulo acceptabatur facta jam anno 1660 Herbipoli, & anno 1661. Romæ insinuata incorporatio Conventûs Erfurtensis ad nostram Provinciam Rheno-Svevicam, qui ante Lutheri Schisma pertinebat ad Provinciam Thuringo-Saxonicam. Eidem tunc affiliatus est Eximius P. M. Augustinus Gibbon, cui Ven. Diffinitorium plenam illius directionem, donec inchoatum ab ipso ædificium absolveretur, commisit: ubi plura simul Decreta pro conservatione disciplinæ claustralis valde salutaria fuerunt constituta: transgressio finium in quæsta interdicta, & Taxa Provinciæ cum Juribus Visitationis ordinata.

Eodem tempore juxta patentes, quas Bernardus Provincialis anno 1661. à Reverendissimo P. Generali obtinuit de Missarum & Anniversariorum reductione actum fuit, ac disquisitum circa illorum onera & obligationes. Moderationis sive reductionis talis erat Regula: ut singulis Missis Eleemosyna trium Juliorum respondeat, Missæ verò ita ad minorem numerum reductæ intra annum celebrentur. Quoad verò futurum Missarum onera ad hanc (scilicet 1. diem Junii 1661.) diem acceptata ad rationem annuæ eleemosynæ scutorum sexaginta monetæ Romanæ pro qualibet Missâ quotidiana perpetua valeant moderari. Quoad novorum verò onerum, eleemo-

[illegible] Alexandri VII. [illegible] oblationum pro Missis celebrandis acceptionem in posterùm voluit juxta Decreta fel. record. Urbani VIII anno [illegible] edita servari. Inquisitio de oneribus Missarum in Conventibus Provinciæ Rheno-Svevicæ commendabatur P. Provinciali, & P. M. Hilario Grüber. (Docum. Constant.)

Anno 1663. post Capitulum Prior Münnerstadianus P. Godefridus Schönberger rudera antiqui ibidem nostri Monasterii penitus dejecit, & ad novi Monasterii atque Ecclesiæ ædificium operam suam impendit. Dum Antecessor illius Vincentius Ganzmann anno 1661. die 3. Februarii Patrum sepulchra ibidem perquisierat, invenit ante Altare majus in sepulchro ossa integra & omnia cujusdam Patris complicatis manibus & collectis pedibus, sicuti sepultus fuerat: hunc fuisse illustrem Virum Provinciæ Thuringo-Saxonicæ epitaphium, in quo erat Monachus in statura virili lapidi incisum librum tenens ambabus manibus cum bireto in capite, satis manifestabat. (Protoc. Münnerstad.) Illa Ecclesia antiqua habuit Cap[illegible] Altare S. Crucis, S. Leonardi, S. Sebastiani, S. Catharinæ, item [illegible] S. Margarethæ in ambitu, pro ùt ex libro anniversariorum antiquorum Münnerstadii colligere potui. Et verisimile est, [illegible] spatium modernæ nostræ ibidem Ecclesiæ soli Choro antiquo sufficisse, adeóque plùs quàm altero tanto majorem totam fuisse antiquam Ecclesiam, nobilior quippe fuerat Conventus, & ante Lutheri tempora octoginta Religiosi ex reditibus convenienter vivere poterant. (Documenta ibidem.)

Anno 1664. Conventus Friburgensis in Helvetia corpus S. Victoris Martyris accepit, & solemnis Sacrarum illarum Reliquiarum Translatio sub Priore Eximio P. M. Nicolao Schriem ad nostram Ecclesiam in die, quo magna Processio solet institui, ab Ecclesia collegiata S. Nicolai facta est. (Lang. in histor. theolog. fol. 970. & annales nostri.)

Eodem anno post rebellionem Erfurtensium Civium Eminentissimus Elector Moguntinus Joannes Philippus de Schönborn illorum Civitatem ope Gallici militis sibi devicit, ex quo tempore indies Nostri ibidem magis refloruère.

Jacturam verò hoc anno Provinciæ intulit obitus Eximii P. M. Friderici Amelon, & P. M. Bonaventuræ Kugler, quorum uterque de Moguntia, uterque à Provincia multùm desideratus potioque de Moguntia & officia gesserat, proùt hinc inde insinuatum. Bonara negotia & Vir excellens, sinceritate & pietate in Superiores ventura Kugler & ideò præ aliis æstimatus à Joanne de Judæis, cujus suos optimus, & Constantiæ & Oeniponti defendit, Supprior & Magister causam Constantiæ extitit Oberndorffii 1653. Lector Theologiæ Moguntiæ anno 1656. inde Prior Gamundiæ, Constantiæ posteà anno 1660. Novitiorum extitit demum in eodem Prioris, simúlque Visitatoris Officio constitutus Friburgi Brisgojæ dicto anno 1664 expiravit.

Fridericus Amelon in variis linguis versatus, & activus S. Theologiæ Doctor & Magister, Commissarius de Provincia fuit in recuperando nostro Cœnobio Lavingano, & suâ dicendi suadâ permovit Serenissimum Neoburgicum ad restitutionem loci illius, Prior & Visitator fuerat Herbipoli anno 1654. quo tempore etiam Provinciam lustravit cum P. Bonifacio Rapp, Moguntiæ isti Bonifacio in munere Prioris successit, mansitque ad annum usque 1663. quo tempore simul Diffinitorem egit, annóque sequente scil. 1664. piè defunctus est Moguntiæ, cùm nonnisi quadragesimum ætatis annum attigisset.

Ut verò revertamur ad Provincialem Bernardum; Pater iste amandissimus, Capitulum Intermedium eodem anno 1664 conscripserat Herbipolim, ac posteà Provinciam, esto ampliorem, difficili & insueto exemplo per pedes visitando metiebatur. Elapso Provincialatùs triennio Comitia pro Successore deligendo celebrabat Moguntiæ, & Exprovincialis pluries Herbipoli, speciatim anno 1672. & 1675. Novitiis nostris pietatis & religiosæ vitæ fundamenta dedit.

Demum ad Conventum Brisacensem, cui priùs affiliatus fuerat, Senior pervenit, eidémque præfuit anno 1681. ibi septuagenario major & plenus meritis anno 1691. die 15. Januarii spiritum Deo reddidit.

XXXXVIII.

XXXXVIII.

a Söllner Franco Neostadianus ad Salam, Joannis
opi Domitiopolitani & Suffraganei Herbipolensis
Augustinianam professionem posito Constantiæ
cinio emittit anno 1643. Inde ad studia Philoso-
gica Herbipoli applicatus, eâ laude apud PP. So-
illa absolvit, ut posteà S. Theologiæ Baccalaureus
s, & ad Magisterium in Capitulo anno 1660 Herbipo-
centiatus fuerit. Quando Conventum Spirensem anno
straverat, contra violentam Lutheranorum effractio-
tionem in campanarium nostrum reclamabat prote-
juxta mandatum Cæsaris non sine præviâ requisitione
ous factâ ipsis liceret pulsare. (Protoc. Spir.) Anno 1652.
i Bonaventura possessionem sumpsit Münnerstadii, & us-
rutum Monasterium reædificaretur, in domo Gattenhofi-
vit, pro conveniente vitæ sustentatione, (notabilem enim
trimestre egestatem & paupertatem sentire debuit.) Pa-
Burcklaureanam cum Primissaria Münnerstadiana à Cel-
dinario Herbipolensi Joanne Philippo de Schönborn sus-
jus fervor & pietas in functionibus parochialibus ma-
pud populum ibidem excitavit devotionem. Provinciæ
em egit ab anno 1656. Diffinitorem ab anno 1663. Intereà
Conventui partim Memmingano, partim Friburgensi Bris-
præpositus, donec anno 1666 in Comitiis Moguntiæ celebra-
co Generalis præsidente ipsomet Reverendissimo nostro P.
hero à Strevesdorff Episcopo Ascalonensi & Suffraganeo E-
entissimi Archiepiscopi Moguntini Joannis Philippi in Caput
vinciæ eligebatur.

In eodem Capitulo Decretum quoddam à Reverendissimo P.
nerali Petro Lanfranconio editum, in quo Monialibus nostræ
ovinciæ rigorosè inhibebantur collecturæ eleemosynarum e-
endicandarum sive in - sive extra Civitates, ad illas nostras Soro-
s per Ven. Diffinitorium mittebatur promulgandum.

Hoc anno 1666. P. Alexander Frosch Prior Constantiensis ædi- fican-

Ab anno 1666 usque ad 1668

ficando Monasterii tractu ... versus Orientem, ubi modò Conventua-
les nostri plerique Consta ... tiæ Cellas suas incolunt, initium dedit,
Quem tractum sive parte ... Monasterii lætis è lapidibus solidam ad
tertiam usque contignati ... em erexit; materialia duobus annis
prioribus procuravit ante ... ssor R. P. Nicolaus Adami.

Circa Alsatiam & R ... enum hoc tempore pestifera lues diré
grassabatur, nostrûmque a ... quos Moguntiæ & Landavii arripuit,
atque humo injecit. Inte ... illos præcipuus & maximè dolendus
fuit P. Nicolaus Bening ac ... alis Prior Moguntiæ & Visitator, Mün-
nerstadianus patriâ, celeb ... is Concionator, & antiquitatum Pro-
vinciæ in Visitatione, & P ... oratuum administratione sedulus Scri-
ba, de cujus notatis varia ... excerpsi. Vir iste à modestia, pietate,
humilitate, obedientia & ... castitate commendatus, Primus anno
1653. in recens accepta po ... ssione Münnerstadiensi Grammaticam
docuit. In recens obtent ... o incolatu Lavingano anno 1656. Pri-
mus è cathedrâ Divini Ver ... bi præco extitit. Diffinitor & Prior Fri-
burgi Helvet. anno 1660. Oberndorffii anno 1663. & novissimè
anno 1666. Moguntiæ. Cùm sitiens animarum salutem, & spon-
te sese exponens, in tempore pestis succurisset proximo, victima
charitatis decessit dicto anno 1666. Moguntiæ. Ibidem, eò quòd
à longævo tempore Fraternitas S. Sebastiani in nostra Ecclesia ha-
bebatur celebris, Mogontiam Clerici quàm Sæculares cessante
peste in eadem nostra Ecclesia post solemnem Processionem ac
Concionem à Reverendissimo D. Suffraganeo à Strevesdorff di-
ctam Deo Optimo Maximo gratias persolvebant.

Anno 1667. cùm Generalia Comitia Romæ celebranda indi-
cerentur, Assistens Germaniæ Joannes de Judæis à Reverendissi-
mo nostro Lanfranconio facultatem procuravit P. Conrado Wa-
genhauser de Constantia Lectori, ut Romam proficisceretur, qui
illuc perveniens in Urbe sub præsidio Eximii P. Caroli Le Clere
pro natione germanica Theses publicas ex Universa Theologia
cum applausu defendit, & à neo - electo Ordinis Generali Hierony-
mo Valvasorio Baccalaureus fuit creatus.

Hoc

667. Tertiariarum noſtrarum in Weſterwaldt
Domus & Capella cum conſenſu, conſilio &
mi Commendatoris Provinciæ & Minoris ſpe-
iriti de Roggenbach ampliatæ fuerunt, & in for-
gulariter extructæ, poſteriori parte expenſarum
erio illo ſolutâ, quamvis & antefatus D. Com-
, aliisque materialibus gratioſiſſimè ſuccurrerit.
ile nomen accepit Monaſterii ad S. Catharinam,
moniales in Patronam ſelegerunt. Prioriſſa, quæ
a Maria Knoblerin, cum conſenſu Provincialis Bo-
ner juxta Tridentini ſtatuta, & ut Privilegiis Mo-
re valeat, duodecimum admiſſione Sororum nume-
, quibus nomine Reverendiſſimi noſtri Lanfranco-
Bonaventura Söllner Provincialis per Alexandrum
onum p. t. Priorem Conſtantienſem concedit portare
itum cum manicis largis, & album juxta Ordinis præ-
múlque velum nigrum.
m ferme tempore à P. M. Nicolao Schriem Priore Her-
& Provinciæ Secretario ſtatuta Ordinis accipiunt, Cho-
a parvi Officii B. M. V. recitatione inchoant, donec anno
viarium Ordinis nobiſcum commune orare ceperunt.
undatione à benefico Cive Conſtantienſi Georgio Settelin
66 facta de noſtris Pater ſive Sacerdos ſingulis diebus Do-
& Feſtivis Sacra faciebat ex Conventu Conſtantienſi illuc
lo, donec anno 1699 ſtabilem Confeſſarium, qui ſubſiſteret
Monialium Cœnobio, de Ven. Capitulo Provinciali obtinuiſ-
(Docum. ad S. Catharinam.)

Anno eodem 1567. Münnerſtadii denuo noſtra Eccleſia extru-
vel potiùs reparata eſt cum laterali Capella verſûs plateam: ad
us ſicut & ad ſtructuram tractûs, qui reſpicit Lauram fluvium,
ga manus Prænobilis & Reverendiſſimi D. Erneſti Schilder Or-
nis Teutonici, natione Weſtphali, plurimùm contribuebat, ita ut
no ſequente Eccleſia & periſtylium Conventûs in completo ſtatu
ideri potuerint,

An-

Anno 1668. contagiosus morbus in Germania iterum grassabatur, & quosdam de Nostris Herbipoli & præcipuè Rappolswilæ in Alsatia sustulit.

Hoc anno Bonaventura Söllner Provincialis triennale Officium suum non perficiens ultroneè resignat in Congregatione Intermedia Erfurti conscripta, Rectorem Provinciæ post se videns Eximium P. M. Augustinum Gibbon. Porro, quàm Zelosus & disciplinæ Monasticæ studiosus fuerit Bonaventura, liquet vel ex solis Decretis in Visitatione sua Constantiæ anno 1666. ultimâ Novemb. relictis, quorum primum est de accurato Cultu Divino. 2dum talis est tenoris: quoniam ubique ferè increbuit in nostra Provincia laudabilis consuetudo, se se singulis feriis 6tis disciplinandi, ideò volumus, ut talis mos imposterùm in recordationem Dominicæ Passionis in tali Conventu servetur juxta Ordinarium nostrum. 3tiò. Monemus & hortamur, ut singulis septimanis ad minus tribus vicibus lectio casuum, vel loco ejus circulus habeatur à Fratribus, cujus exercitio præsidebit R. P. Supprior. 4tò. Condecens est, ut, qui licentiam audiendi Confessiones obtinuerunt, pro occasione & necessitate pœnitentium non se invitos exhibeant, sed potiùs recordentur, se peccata aliorum comedere, quare admonemus omnes Confessarios Conventûs, ut in tam necessario opere spiritualis misericordiæ se promptos exhibeant. 5tò. Quia Sacristæ officium est, omnia utensilia Sacristiæ ad ornatum Divini Cultûs spectantia munda & nitida, nec non integra & salva conservare, præcipimus, ut imposterùm pro comædiis vel tragædiis, sive potiùs spectaculis nulli studiosorum ad usum similium lusuum aliquid ex Sacristia concedatur sine expressa licentia R. P. Prioris, qui talem licentiam non facilè dabit. 6tò. Thesaurum, qui habet, benè custodit, & non dispergit: Ordo noster (ùt loquuntur nostræ Constit. 3. p. c. 11.) non habet thesaurum chariorem, quàm librariam, unde etiam jussu & præscripto earundem ordinamus, ut omnes libri sine distractione conserventur, anteà mutuo dati secundùm Decretum Moguntini Capituli officiosè repetantur, & imposterùm studiosis nulli ampliùs scholares libri permittantur.

Cæ-

ntura Söllner Exprovincialis aliquandiu sub-
deinde Lavingano Conventui anno 1675. ac
nsi anno 1678 præfectus, ibidem permansit us-
minum, intereà ad varia & gravia Provinciæ
aliquando etiam in causa Conventuum Colmar.
iennam missus. Obiit autem diem suum Mem-
3. die 31 Novembr. & memoriam de magna tam
m adversis æquanimitate atque in Deum ardente

XXXXVIIII.

NUS GIBBON de Burgo Hibernus, Superioribus ab an-
nia absolutis, celeberrimæ Salmanticensis Univer- no 1668
Sacra Facultate ibidem creatus, ad nostram Germa- usque
ca annum 1653. Scribitur enim in actis Capitulari- ad 1672
erbipoli anno 1654. cujus quoque Universitatis mem-
ntius, ut fieret, Theologici Doctoratûs insignia sum-
anno 1659. Reverendissimus P. Generalis ob egregias
s, queîs sese apud Magnates insinuare, Ordinis incre-
movere, & aversos ab Orthodoxa Fide ad Ecclesiæ gre-
ucere posset, eundem per Thuringiam & Saxoniam Vica-
lis nomine insignivit. Admirabili suâ doctrinâ id evin-
in Universitate Erfurtensi Theologicam Cathedram Pro-
blicus, quod à tempore defectionis à fide non factum, Pri-
nuo ex Augustiniana Familia conscendere ac docere potu-
. Ipsum Supremus Ordinis Antistes Petrus Lanfranconius
1660., quatenus Sui loco Præsidem ageret Capituli Provin-
Herbipolim destinati, speciosissimis literis constituit, quas pro
: Provinciæ nostræ hic asserere volui.

gr. F. Petrus Lanfranconius Anconitanùs Ord.
FFrum Sti Augustini Vicarius Generalis.

Venerabiles Patres ac Fratres Salutem. Provincias equidem singulas Nostro commissas Regimini in oculorum gerimus pupilla, & pro vi- ri-

ribus in Domino confovemus. Præcipuè nihilominus affectu & quadam peculiari animi inclinatione in eas ferimur, quarum Alumni virtutis decore, morum honestate, ornatu doctrinæ, regularisque fulcimentis observantiæ nostram Augustinianam evehunt Rempublicam ad splendorem. Inter has postremam sibi non vendicare sedem Suevicam Provinciam satis liquet, cùm tot fuerit decorata Patribus, qui scientiæ lumine tam illustrando reddidère splendescentem explosis ignorantiæ tenebris, profligatisque erroribus & vitæ sanctimoniâ, honorúmque operum odore per viam Domini incedentes, singulos mirificè eam exornando allexerunt ad stuporem, adeò, ut tempus, licet omnium vorax, eorum nunquam tamen valuerit deglutire famam, nec eorum inducere oblivionem: hinc est, quòd ea, quæ ad istius Provinciæ a[illegible]servationem apta dignoscuntur media, libenti amplectamur animo, ejus incrementa sedulò ac semper meditantes. Cùm igitur proximis Comitiis Provincialibus Nobis non liceat adesse, ut omnem prorsus, quam facile omnium malorum auctor solet seminare confusionem, & texere rixas, procul arceamus, Nostras vices gerentem duximus meritò eligendum. Confisi igitur Zelo, prudentiâ, integritate, atque in rebus agendis dexteritate R. Patris Magistri Augustini Gibbon Vicar. Generalis Thuringiæ & Saxoniæ, auctoritate, quâ fungimur, ac de consilio Adm. RR. PP. Italiæ Germaniæque Assistentium Romæ degentium, tenore præsentium eum instituimus, nominamus, deputamus, & declaramus nomine Nostrum Præsidentem Capitulo Provinciali in hac Provincia Sueviæ proximè celebrando, prout institutum, nominatum, deputatum, & declaratum esse omnino volumus & mandamus. Dantes ei omnem facultatem & potestatem in Spiritualibus & temporalibus, quâ cæteri Provincialium Capitulares, Præsidentes istius Provinciæ frui & gaudere consueverunt. In nomine Patris, & Filii & Spiritûs Sancti Amen. . . . Bene in Domino valete, Deúmque Optimum Maximum pro felici Reverendissimi Patris Generalis ac Sociorum itinere rogate. Datum Romæ die 31. Januarii 1660.

PP. VV.

Amantissimus ex corde
F. Petrus Lanfranconius Anconitanus
Vicarius Generalis.
Mgr. F. Bonifacius de Bonifaciis Secretar.

Por-

Suevica nostra Provincia clarissimum Virum in Congressu Provinciali anno 1663. Lavin-um suscipit, & Conventui Erfurtensi recenter nat, qui sensatus in cunctis suis actionibus præ-a Sacrarum Literarum Professuram Monasterii intenderet, atque Fratrum tam in Scholasticis, s & domesticis curam haberet. Cùm verò Bona-no 1668. Provincialis officii onus grave deposu-dioribus imponendum, idem dicto anno Augusti-ongregatione Intermedia Erfurti, in quo loco vi-, à Reverendissimo P. Generali Ordinis Hieronymo iet. Extunc promulgato Decreto Capituli Gene-o 1667. celebrati de numero Senario & qualitatibus per quaslibet Provincias Assistentiæ Germaniarum & acceptandorum pro hac nostra Provincia Rheno-rati & in Magistros recensiti fuêre sequentes Patres Joannes de Judæis Assistens Generalis pro Germa-ardus Baily Exprovincialis, M. Augustinus Gibbon or Provinciæ nostræ. M. Nicolaus Schriem. M. Hila-M. Carolus Le Clerc, & pro supernumerario, vigore tolici M. Florentinus Minnod. In Baccalaureos verò a Söllner anteà Provincialis, Nicolaus Grüber. M. de Haro Professor Publicus Erfurti in Universitate. Wagenhauser. Nicolaus Reutter: omnes viri expertis-issimi ac celeberrimi. Et quia in eodem Decreto circa losinjungebatur, ut quælibet Provincia sibi eligeret de-s Universitates, in quibus privativè promotiones Gradu-impósterùm fieri deberent, hæc nostra Provincia Rheno-sibi elegit ac deputavit tres sequentes; Scilicet Moguntí-furtensem, & Friburgensem Brisgojæ.

æterùm Augustinus Gibbon Provinciam in propria persona itavit, sed ad lustrandos Conventus Commissarium suum de-it M. Carolum Le Clerc cum M. Florentino Minnod Visitato-re

re, multùm etenim Podagricis infirmitatibus affligebatur, quæ ta-
men illum adeò in Pedire non poterant, quin vel absens corpore
per literas negotia Provinciæ dexteritate ac prudentiâ maximâ
dirimeret atque perficeret. Undeetiam, quòd, cùm juxta illius e-
dictum Patres pro electione novi Provincialis Spiram Capitulariter
anno 1669. congregarentur, & si non omnium, saltem plurium Vo-
calium majora Suffragia Augustinum Gibbon etiam absentem, ceu
Caput Provinciæ Rheno-Suevicæ repeterent, ad exceptionem suæ
infirmitatis & impotentiæ ad visitationes in propria persona insti-
tuendas, ob quam unus altérve negârat votum, usurpârit sapiens
effatum: *capite, non pedibus regitur Provincia.* Istud Spirense Capi-
tulum dirigebat suo Præsidio Eximius P. M. Joannes de Judæis. In
eo plausibiles habebantur disputationes Theologicæ & Philosophi-
cæ, dedicatæ Celsissimo, ac Reverendissimo Principi ac Episcopo
Spirensi, nec non Reverendissimo Cathedrali Capitulo ibidem. De-
creta fuerunt de seleQu. juventutis ad Religionem admittendæ. De
non promovendis ad Sacerdotium nisi absolutâ Philosophiâ, audita-
que biennio Theologiâ, quam duobus adhuc annis Sacerdotio ini-
tiati audiant. De non majori numero Religiosorum in quovis Con-
ventu constituendo, quam possint congruè sustentari ex reditibus &
eleemosynis cuilibet Conventui obvenientibus juxta Decretum Cle-
mentis VIII. fel. record: Examinatores admittendorum ad Præ-
dicaturam Verbi Divini, ad audiendas Confessiones, nec non ad
Sac. Ordines juxta ejusdem Clementis decreta deputabantur in
Conventibus Studiorum Prior cum Professoribus, minorum verò
Conventuum Examinatores à Provinciali relinquebantur depu-
tandi. Item statuebatur, ut Novitii ad Conventum Novitiatûs affer-
rent pro vestibus interioribus & utrâque superiore 30 Imperiales,
pro victu verò unius anni pariter 30. Ut F.F. Studentibus usque
ad Sacerdotium Priores Conventuum, quorum illi sunt Filii, mittant
quot annis ante festum Omnium Sanctorum quinque florenos Rhe-
nanos, quos Prior in beneficium vestium seu necessariorum pro
Fratribus expendere tenebitur.

Ex-

e Capitulo ad electum Provincialem Augustinum Provinciæ defert M. Calorus Le Clerc Secretarius utem, quòd podagrâ fuerat impeditus, pro inquido Conventuum sibi creditorum statu Visitatores o. R.R.P.P. Christophorum Schukard Priorem Er. Albertum Jemel Priorem Colmariensem. Eodem gregatione Intermedia Patres Diffinitorii conscribit nno sequente Sui Commissarios pro Visitatione Prot Magistros ac Diffinitores Carolum Le Clerc, & Melck. Hoc ipso anno 1670. Confraternitas S. Barbaræ fuit Friburgi Brisgojæ nostræ Cincturatorum Sodaliente

. Clemens X. Pont. Max. per Breve incipiens: *Unige-* concedit Indulgentiam Plenariam in perpetuum Chrivisitantibus Ecclesias Ordinis in diebus Festis S.S.P. Au-Monicæ, Nicolai de Tolentino, Thomæ Villanovani, Sanctorum Ordinis Nostri.

o1672. Ecclesiæ nostræ Moguntinæ ad modernam forctæ Altaria, majus quidem in honorem Ss. Trium Regum, maginem sive Epiphaniam illud repræsentat, item in hoP. Augustini & M. Monicæ: Altare ex latere dextero in hoS. Trinitatis, & B. Mariæ Virginis, ac tertium à latere in honorem S. Sebastiani & S. Henrici consecrata fuerunt à Tolthero Henriquez à Strevesdorff Suffraganeo Moguntino. d hunc annum 1672. Provincialis Gibbon in Comitiis Mon destinatis triennali Officio ad normam Statutorum nostronuntiat, paulò post à P. M. Florentino Minnod Successore mam abeunte ad Capitulum Generale, Vicarius Provinciaominatus. Intereà is præter negotia Provinciæ nostræ non it proelaborandis & imprimendis suis Scriptis Theologicis diEtisque impendere quæ ad publicam utilitatem, Scholasticam ologiam profitentium, mediante typo sine invidia fecit comicari, Libri illius tum Scholastici, tum Polemici ob materiæ am-

amplitudinem, & Sententiarum diversitatem, adductis præcipuorum Theologorum fundamentis, propriis autem Assertionibus nervosè stabilitis, juncta in explicando claritate & facilitate ad capiendum, à literatis & Speculativis nunquam non summè æstimabuntur. Et sicuti de ipso Cathedram Theologicam continuatis pluribus Cursibus palam profitente ceu Doctore profundissimo ac fundamentali, Sacræque Facultatis aliquando Decano Gerana Universitas maximum retinuit Splendorem atque gloriam, dum viveret, ita post mortem in posthumis libris sæpiùs jam editis & ubique plurimùm acceptis in perpetuum manebit veneratione.

Ereptus est autem à Nobis homo pietate, discretione, patientiâ & doctrinâ plenus Erfurti anno 1676. die 2. Martii, ætatis suæ anno 63. Religiosæ Professionis anno 43. & Sacerdotii anno 39. Effigies illius habetur Erfurti & Friburgi Brisgojæ rotundi vultûs ac brevium, compressorúmque labiorum.

L.

ab anno 1672 usque ad 1675.

FLORENTINUS MINNOD Friburgi Helvetiorum natus, Professione Religiosâ eidem Conventui adscriptus, literis superioribus operam dedit Herbipoli sub Magisterio P. Bernardi Baily, tanto cum profectu & eminentia, ut easdem Philosophicas primùm Friburgi in patria, deinde Theologicas Herbipoli Fratribus discipulis perquàm fructuose circa annum 1663. & ultra prælegeret ac explanaret. Inter Doctores & Magistros Provinciæ numeratus anno 1668. cum M. Carolo Le Clerc ex commissione Rectoris Provinciæ Augustini Gibbon Conventus Rheno-Suevicos utpote Visitator pervestigat: cúmque jam Brisacensi, deinde Friburgensi Helvetiorum Cœnobio præfuisset, plurimámque Provinciæ notitiam anticipativè sibi comparâsset, pro illius directione Prior Provincialis evadit in Comitiis Moguntiæ celebratis anno 1672. Vicario nomine loco Reverendissimi nostri Generalis Capitulo præsedit Eximius P. M. Carolus Le Clerc. Decreta fuerunt: Ut deinceps emantur Breviaria cum novis hymnis. Ut nemini Sæcularium ex nostris Bibliothecis mutuentur libri, immò mutuò dati statim repetantur ad evitan-

tan-

carum jacturam. Ut nemo Confessionem exci-
nari præsumat, nisi in his actis Capitularibus ad
minatus. Ut Conventus habentes competentem
osorum mittant Discretum ad Capitulum. Et alia.
oc anno 1672. Dominicâ 5tâ post Pascha Ecclesia
stadiana in honorem S. Michaëlis Archangeli con-
verendissimo D. Suffraganeo Herbipolensi Stephano.
e anno 1673. Colmariæ Cincturatorum Confraterni-
tione B. M. V. de Consolatione solemni ritu per Al-
nel Priorem illius Conventûs fuit instituta.
anno 1673. Provincialis M. Florentinus Minnod cum
Le Clerc Diffinitore Generali & uno F. Laico Elia Lö-
Comitia Ordinis Romam contendit, Suî Vicarium con-
stantissimum Patrem & Antecessorem suum Augustinum
quem in casibus forsan emergentibus confugere, opem
atque invenire possent. Cùm verò ex illis Comitiis, in
tius Augustiniani Ordinis Regimen suscepit Reverendissi-
icolaus de Oliva, in Provinciam nostram reversus fuisset,
nus Congregationem Intermediam illo adhuc anno Con-
stituit.

nno 1674. die 7. Maji decessit ex hac vita Reverendissimus
Woltherus Henriquez à Strevesdorff Augustiniani Ordinis
S. Theologiæ Doctor & Professor olim Coloniensis. Cui apud
pulto Patruelis ad S. Victorem Moguntiæ Canonicus Epita-
m, in lapide superiùs effigiem Patrui exhibente, ad cornu Epi-
Chori nostri Moguntini posuit: *Hic tectus Reverendissimus ac
lustris Dominus Woltherus Henriquez à Streversdorff ex Ord. Erem. S.
ustini, Episcopus Ascalonitanus, Suffraganeus Moguntinus, Collegiata-
Ecclesiarum B. Mariæ Virginis Erfurti Præpositus, & S. Petri Mo-
itiæ Scholasticus, Universitatis Moguntinæ Cancellarius, S. Theologiæ
ctor &c. natus anno 1588. obiit 7. Maji anno 1674. Vir plenus dierum
pote annorum 86.*

Hecce Nepos Patruo posuit monumenta superstes

Per-

Ferdinandus Henriquez à Streversdorff Prot. Apost. Insignis Eccles. S. Victoris respectivè Custos & Canonicus Capitularis.

Talia Confratri, Benefactori, atque Patrono
Fratres cuncti solvite vota Patres.

Præter libros Moguntinæ Bibliothecæ nostræ donatos Anniversarium pro anima suæ solatio fundavit prædictus Woltherus: scripsit perdoctè Defensorium D. Thomæ Aquinatis à B. Ægidio Romano olim editum Coloniæ 1624. Exercitium hebdomadale de Vita, Passione & Resurrectione Domini. De jure & justitia Coloniæ anno 1632. Lampadem salutis pro infirmis, præter Apologiam & minores tractatus.

Anno 1675. Florentinus Minnod Provincialis post completum sui Officii triennium pro more & Statutis nostris Oberndorffii, quò Patres pro electione novi Capitis Provinciæ conscripsit, munere defungitur, & ibidem resuscipit Friburgensis Conventûs in Helvetia gubernium. Demum Colmariæ Prior in bona senectute sæculum relinquit die 12. Julii anno 1684.

LI.

FULGENTIUS CANTIN Helvetus prope Friburgum oriundus à Sacra professione illius loci Cœnobio nostro affiliatus, Ordinis studia absolvit Herbipoli sub Eximio P. M. Bernardo Baily ad annum 1653. fervens Concionator, & magnus Zelotes observantiæ regularis ad noviter recuperatos Conventus à Joanne de Judæis seligebatur, & quidem Münnerstadium anno 1656. Deinde Rappolswilam anno 1658. Post Uttenwilam 1668. Constantiam denique anno 1672. Et laude disciplinæ ac rei domesticæ incremento dictis Monasteriis præfuit, ut anno 1675. Patribus Capitulariter Oberndorffii congregatis dignissimus videretur, cui Provinciæ gubernium committerent.

ab anno 1675 usque ad 1676.

Vices Reverendissimi P. Generalis in hoc Capitulo egit R. P. Magister Laurentius de Haro Hibernus natione, Conventui Erfurtensi incorporatus, plausibilis Theologiæ Professor publicus ac Doctor illius Geranæ Universitatis, qui cum cæteris Patribus Diffinito-

ro obſervantia paupertatis, ut quidquid quocun-
iut modo acquiratur, communitati cedat. Circa
eſtimentorum, ut Superiores Fratribus & Patribus
ſatis jam proviſis taxas pecuniæ addere non tenean-
icionatoribus, ut Cathedræ Moguntina, Friburgenſis
, Herbipolenſis & Erfurtenſis pro Privilegiatis & ad
giſterii (ſecundùm tenorem Decretorum Capituli Ge-
o 1662.) conſequendo habeantur, ita ut ad Gradum
atûs, qui in Univerſitate ſuſcipi debebit, promovendus
nnis in una ex ſupradictis Cathedris fuerit concionatus.
que nova pro ſtudentibus taxa, à qua tamen Conventus,
a vigebant, nempe Herbipolenſis & Friburgenſis Helve-
ab anno 1656. immunes erant, ordinabatur.

æterùm hoc anno 1675. Profuturus Versbach Prior Con-
Oberndorffenſis emit eidem Cœnobio Villam in Alt-Obern-
quam adhuc poſſidemus. (protoc. Conv. Oberndorff.)
Eodem anno Melchior Franck S. T. Doctor de Moguntia
ndus & hoc tempore Moguntino Conventui præpoſitus qua-
domos in Platea Cœlica, vulgò Himmelsgaſſen, ſituatas de no-
ædificat. (Protoc. Mogunt.)

Porro Fulgentius Cantin Provincialis, etſi ſatis laborioſum
difficile aggreſſus eſſet Provinciæ Regimen, præcipuè ob dira
ella, quibus infeſtabantur Rheni confinia uſque ad Franconiam
noſtili incurſu Gallorum, attamen à viſitationibus Conventuum
& Provinciæ ſibi demandatæ non abhorruit, contracto inde ex im-
moderata defatigatione morbo apoſtematis in latere ſiniſtro, acce-
dente ſimul pleuritite & catarrho ſuffocativo deceſſit primo ſui gu-
bernii anno, nempe 1676. die 24. Februarii, nonniſi 46. ætatis an-
num complens Moguntiæ, jacet ſepultus ante majus Altare.

Nicolaus Grüber Franco Herbipolenſis S. T. Magiſter &
priùs Diffinitor poſt obitum Provincialis Fulgentii à Reveren- Ab anno 1676
diſſimo P. Nicolao de Oliva deſignatur Rector Provinciæ, quam uſque
omni laude & æſtimatione uſque ad Provincialis electionem admi- ad 1678
ni-

nistravit, celebrando interea Capitulum Intermedium Herbipoli anno 1676. mense Novembri.

Inter Decreta hujus Capituli potissima fuerunt circa promotionem Patrum Lectorum. Pro Concionatoribus statuebatur, ut juxta antiquum morem in Provincia receptum pridie, ipsa Concionis die, & postridie tantùm non obligentur ad Matutinum surgere. Attamen omnes Superiores etiam Graduati eidem personaliter semper intersint. Dabatur etiam Eximio P. M. Melchiori Franck Priori Moguntino & Visitatori licentia vendendi bona in Biberach pro annuo censu utiliùs recipiendo. Item applicandi capitale 200 Fl. pro anniversario ad certam domum.

Anno isto 1676. Clemens X. Pont. Max. per quasdam incipientes: *Exponi nuper Nobis fecit:* decernit, Fratres Laicos ad statum Clericalem promovendos non esse absque Indulto Apostolico, & licentia tam Prioris Provincialis, quàm Generalis respectivè. Idem Summus Pontifex præcedente anno per Bullam: *Ex injuncto nobis;* confirmavit omnes Indulgentias ab ejus Prædecessoribus Archiconfraternitati & Confraternitati Cincturatorum concessas, & speciatim concedit Indulgentiam Plenariam in die ingressûs ad illam Societatem.

Anno 1678. Nicolaus Grüber Rector Provinciæ ad Capitulum Provinciale & novi Provincialis electionem Patres conscribit Spiram. Verùm juxta novam Reverendissimi P. Generalis ordinationem non Spiræ, sed Herbipoli celebrandum illis renotificat. Herbipoli igitur Germanum simul & Ordinis Fratrem suum habitâ priùs Pontificiâ Bullâ, quòd uterque voce tam activâ, quàm passivâ dispensatâ consanguinitatis lege, in omni possessione gaudeat, vidit Successorem in regenda Provincia. Ipse autem Nicolaus Erfurti Prior novo Conventûs ædificio, & secundo tractui (primum enim jam absolverat Eximius P. M. Gibbon) exstruendo intendit, magnis pro Deo & Ordine laboribus præstitis anno 1683, quo pestis in æstate sustulit quosdam de Nostris, etiam ipse defungitur Erfurti vitâ suâ die 17. Novembris.

LII.

GRüBER de Herbipoli natus, ibidémque Au- Ab anno1678 usque ad1681
s professus Philosophiam adiit in Universitate
Primus Defendens AA. LL. & Philosophiæ Ma-
anno 1651. Theologiæ operam dedit sub Eximio
nardo Baily ad annum 1653. maturus ad docen-
cas quæstiones explanavit Constantiæ anno 1657.
m Literarum prælectionibus excelluit Herbipoli,
Doctorali Laureâ insignitus est Erfurti anno 1659.
mmo Templo Conciones Herbipoli cum Lectura
;60. Visitator Provinciam lustravit anno 1662. & se-
em Capituli Lavingæ celebrati egit. Diffinitor Ge-
mitia Ordinis Romam contendit anno 1668. cùm
erbipolensem ad annum 1672 administrâsset, perpe-
ım amator non cessavit R.R. Fratres Scotos ad S. Jaco-
Benedicti sublimiores docere scientias. Vir igitur do-
prudentissimus è Conventûs Herbipolensis, ad totius
heno-Suevicæ Supremum gubernium assumptus est
Herbipoli.

everendissimi nostri Generalis huic Capitulo anno 1678
ximius P. M. Bernardus Baily Ex-Provincialis. Tem-
uli solenniter defendebantur Conclusiones Theologicæ
accal. Hilario Güssübel dedicatæ Reverendissimis ac Cel-
incipibus ac Episcopis Bambergensi & Herbipolensi, Re-
imo Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Herbip. item Reve-
ıo Capitulo Equestris Ecclesiæ ad S. Burchardum, nec non
mo Senatui Civitatis Herbipolensis. Latinam Orationem
tione Provincialis habuit R. P. Nicolaus Adami Moguntí-
iffinitores extitère RR. PP. Remigius Husæra, Columbanus
l, Thomas Ambling, & Leonardus Weinmann. Pro obser-
& utilitate Provinciæ recommendârunt 1mò, ut juxta Ss.
. p. 3. c. 17. n. 15 & c. 21. Procuratori pecuniarum receptio
cumbat, non verò Priöri. 2dò, ut juxta tenorem Ss. Constit.
c. 9. Paupertas strictè servetur, & omnia Communitati
ce-

cedant. 3tiò, ut ad normam Ss. Constit. p. 2. c. 6. Fratribus de necessariis vestibus, antequàm ad alium Conventum mittantur, fiat provisio habita ratione temporis, quo in aliquo Monasterio fuerunt Conventuales; si verò tunc vestes commodè fieri non possint, ea pecuniæ portio, quæ discedenti Fratri debetur pro vestibus, à Priore Conventûs, unde discedit, ad Priorem Conventûs, ad quem vadit, transmittatur cum hac declaratione videlicet: cui, quid, quantum, per quem & pro quibus vestibus pecuniam mittat. 4tò, ut Priores non obligent suos Conventuales ad jejunium Sabbathinum, sed servatâ abstinentiâ carnis, aliâ mortificatione libertati relictâ curent juxta obligationem Ss. Constitutionum servari jejunia à nobis à Religione præscripta. 5tò repetebatur Decretum de Breviariis cum novis hymnis. 6tum erat Personale. 7timò, ut nostri Patres ad Gradus Theologicos etiam Herbipoli, ubi studia Theologica maximè florebant, in Universitate promoveri possint, apud Reverendissimum nostrum fuit supplicatum; Ubi tamen postea usque ad modernum tempus ob prætensionem RR. PP. Societatis volentium, ut Professores nostri certo tempore frequentent lectiones Universitatis, promoveri nemo petiit. 8vò ob grassantes in Alsatia & Brisgoja belli tumultus V. Diffinitorium Priores, Friburgensem Brisgojæ M. Conradum Wagenhauser, Brisacensem M. Carolum Le Clerc, & Colmariensem Albertum Jemmel confirmare debuit in Officio. 9nò ob evidentes Provinciæ necessitates derogatum fuit Decreto Capituli Friburgi Brisgojæ anno 1656. celebrati, & statutum, ut singuli Conventus, in quibus etiam actualiter Studia sunt assignata, taxam sibi constitutam ex nunc solvant: quota verò singulorum Conventuum de novo decernebatur, uti cuilibet Conventui ex istis Actis constat. Item pro itinere Romam faciendo ad Capitulum Generale assignabatur taxa Provinciæ unius anni. Atque ut Fratribus de sufficienti viatico sit provisum, dum mutantur de uno Conventu in alium, Ven. Diffinitorium certam summam ordinavit; uti similiter ex his Actis innotescit Conventibus.

Cæterùm hoc anno 1676. in expugnatione Civitatis Fribur-

gen-

ꝛ occupatione illius à Gallis adeptâ, uti belli
et, Conventus noster ibi locorum calamitatibus

à obiit ibidem nempe 21. Augusti 1678. Eximius
Vagenhauser S. Theol. Doctor & Magister Ordinis,
Constantiensis & ejusdem Conventûs, Vir in Pro-
eritus, continuis decem annis Friburgi Brisgojæ
eâ Philosophiæ & Theologiæ Lector, Romæ in
creatus, ibidémque in Capitulo Generali anno 1667.
avariæ Provincia, in Universitate Moguntina unà
Le Clerc in Doctorem auguratus. (prot. Constant.)
79. dignissimus P. M. Provincialis Hilarius, A. R. P.
Generalis Nicolaus Grüber Germani Fratres, ad Ca-
rale Romam contenderunt. Electus fuit in his Co-
pite Ordinis Dominicus Valvasorius Mediolanensis.
em dicti anni 1679. Moniales nostræ Adelhaidenses
n Visitationem à nostris R. P. M. Melchiore Franck &
ando Droppelio Visitatoribus & Prioribus ex Commis-
Diffinitorii peractam, cùm detrectarent computum dare
us nostris, ab Ordinis obedientia se subtrahentes, Reve-
Ordinario Constantiensi subjiciebantur, quod ipsum ex
sa paulò ante factum cum Monialibus Friburgi Brisgo-
dem Sylvam.

lem anno 1679. Provincialis Hilarius Grüber Congres-
medium habuit Oberndorffii: ubi præter Decreta Perso-
nmonebantur Superiores, ut, cùm in pertractandis augu-
Religionis ac Fidei nostræ Mysteriis omnimoda sit adhi-
everentia, optimum, sanum & mundum pro Sacrificio Mis-
urent vinum. Item A. R. P. Melchior Franck p. t. Prior O-
ffensis, Hilarius Güssübel & Adeodatus Ulrich pro Docto-
scipiendo licentiabantur, quorum primus Friburgi, alii duo
i posteà hanc Theologicam Lauream adepti sunt.
Benedixit Deus hoc anno 1679. tam largiter vineis, ut pluri-
locis vasa vino servanda defecerint.

An-

Anno 1680. Simplicianus Kilian Constantiæ Prior, bonus Concionator & vir Zelosus tabulatum Ecclesiæ Constantiensis fecit renovari: in cujus renovatione infortunatus accidit casus, ut disruptis funibus ruerent ex alto pars fulcimenti, & cum eo 6. laborantes sive operatores partim F. F. Laici, partim extranei. Et licèt altitudo fuerit 55. pedum, è qua ciciderant, illorum tamen nullus conquassatus aut collisus ex asseribus plurimis, vitam amisit, immò Fratres nostri tertia die iterum valuerunt pro continuando opere. Igitur tanquam rem miraculosam, præservationem istam à morte, quæ naturaliter fatalem lapsum sequi debuisset, meritò Nostri deferebant Benedictæ Matri Dei prodigiosæ & gratiosæ in Ecclesia nostra Constantiensi.

Hoc anno 1680. Innocentius XI. Papa per Bullam incip. *Exponi nobis nuper fecit*, declarabat, quòd nullus, nisi Prior Generalis Ord. Erem. S. Augustini habeat jus aggregandi Confraternitates Cincturatorum ad Archi-Confraternitatem S. Jacobi Bononiæ.

Anno 1681. M. Hilarius completo triennali Provincialatûs officio Lavingæ, quo Capitulum conscripserat, absolvitur. Et adhuc Vicarius Provincialis pro Conventibus Imperio subjectis, eò quòd necdum ex omni parte firmata pax inter dissidentes Principes, Successorem à Visitationibus retardabat, in eodem Capitulo constituitur, retinens quoque Conventûs Herbipolensis Præfecturam usque ad finem hujus vitæ suæ cum maxima solertia, prudentia ac rei domesticæ æquè ac regularis incremento. Huic præstantissimo Viro, ejúsque dexteritati Nostrates in acceptis referunt fertilis prædii, *Güsrübel* dicti, prope Herbipolim Monasterio devolutam possessionem. Hujus etiam sedulitati, quam impendit sine fastidio, & gratiæ atque æstimationi, quâ valebat apud Celsissimos Principes Herbipolenses, Petrum Philippum, Conradum Wilhelmum, & Joannem Godefridum, maximè tribuendum, quòd Münnerstadii Gymnasium cum Parochia reobtinuerimus. Decessit ex hac mortalitate Herbipoli die 19 Augusti anno 1686. apoplexiâ tactus.

LIII.

.E CLERC Parisiis Lutetiorum natales habu- ab an-
m Religionem assumptus à M. Provinciali Joan- no 1681.
stantiæ anno 1658. Deo & Ordini se se devovit. A usque
, Hilario Grüber & Nicolao Schriem Professori- ad 1685.
ophicas, partim Theologicas scientias edoctus, à
ie de Judæis, quo tempore hic Assistentem Germa-
transmissus, mirabili solertiâ Magistrum Senten-
& explanavit: ibidem quoque anno 1667. in Co-
ius adhuc juvenis ab Hieronymo Valvasorio Magi-
accepit, & posteà anno 1670. cum Eximio P. Con-
aser in celeberrima Universitate Moguntina Docto-
m Sacræ Facultatis adeptus est. Habuit proinde
ster Moguntinus tunc temporis quatuor præstantissi-
ctoralis Universitatis Doctores, scilicet Reverendissi-
ierum à Strevesdorff, insignem P. M. Joannem de Judæ-
tos dictos Patres Carolum Le Clerc & Conradum Wa-
quod ægrè ferebant quorundam invidorum oculi. In-
s Le Clerc operam suam gnaviter inpendit pro com-
iam Provinciæ negotiis, Secretarius Provincialis P. M.
iibbon anno 1668. Diffinitor Generalis anno 1673. quo
occasione secundâ vice Urbem in electione Nicolai de
nsis vidit, & Suffragium pro eodem dedit. Visitator Pro-
no 1678. Conventum Brisacensem simul Prior vigilantissi-
losissimus gubernavit, dignus profectò, quem, etsi statu-
n, magnum tamen Spiritu & activitate dexterrimâ Patres
iti in Comitiis Provinciæ celebratis anno 1681. Lavingæ
ialem Rheni & Sueviæ eligerent.
cario Reverendissimi nomine Capitulum rexit Eximius P.
olaus Grüber, Diffinitores eligebantur Eximii P. P. M. M.
angus Schubert, Hilarius Güssübel, qui & in hoc actu lati-
ermonem pro electione habuit, & cum discipulis binas dis-
ones Theologicas, Thesibus Reverendissimis ac Celsissimis S.
R. I.

R.I. Principibus Augustano & Elwacensi dedicatis propugnavit, item R. P. M. Adeodatus Ulrich & R.P. Sebastianus Herbach. Ex Decretis hujus Capituli primum fuit de rigida paupertate negatis etiam Depositis. 2dum de servandis Exercitiis Spiritualibus per octiduum, sicuti jam constituebatur anno 1660. in Capitulo Herbipoli. 3tium, ut Confessarii & Concionatores à deputatis certis Patribus examinentur, & nullus Frater ad Sacros Ordines promoveatur, nisi cantum Choralem sciat. 4tum, ne posta per literas extraneorum inclusas iis, quæ scribuntur à Nostris, gravetur, & ut à frequentiori epistolarum sine necessitate mittendarum commercio F. F. ac Patres abstineant. 5tum, ut computus singulis mensibus accuratè reddatur. 6tum, ut F.F. studentibus non Sacerdotibus procuretur Habitus solùm niger à Conventu professionis, Sacerdotes etiam studentes vestiantur quo ad omnia à conventibus, in quibus degunt, qui & separati sedeant à mensa aliorum Sacerdotum Vocalium, & singulis Dominicis sicut & F. F. Clerici suo ordine concionabuntur in Refectorio, ut sic ad publicas conciones cum Ordinis honore exercendas assuescant. 7timum, ut, quia in diversorum Principum terris nostra sunt situata Monasteria, de Magnatibus non nisi laudabiliter & cum honore loquantur. 8vum, ut quilibet Prior formet Protocollum rerum memorabilium à die sui Prioratûs usque ad finem, sub pœna depositionis ab Officio. 9num, ut excommunicationis, quam incurrunt reticentes, memores fideliter dicant F. F. in Visitationibus, quæ juxta Ss. Constitutiones in iis serventur, quæri solent. 10mum est de servanda abstinentia singulis Feriis quartis in omnibus Conventibus, ubi simul jubetur, ne quis foris apud Sæculares cœnare præsumat. 11mum est de servandis terminis quæstarum juxta Decretum Capituli Lavingani anno 1663. & Herbipolensis anno 1660. 12mum quo habitu sit incedendum, item de abolenda calceamentorum vanitate, & indumentis ad communem lotionem dandis. 13tium de arcendis Sæcularibus è culina. 14tum de tollendis superfluis titulis, ita ut nullus vocetur *Eximius*, qui Doctorali aut Licentiatûs Gradu, vel Provincialatûs dignitate non est insig-

modum Reverendi scribantur, nisi qui de corpore
. 15tum de abusu tabacci avertendo. 16tum,
Provincialis, penes ipsum sit regere Conventum,
cclesia, Refectorio &c. 17tum est de licentia
plao Grüber data, ædificium in Conventu Erfur-
i: ad quod ex taxa Provinciæ, quantum detrahi
eretur. Denique consideratis Conventuum ex
iisque qualitatibus iste ordo & præcedentia con-
npe Moguntini primò, dein Herbipolensis, Fribur-
rum, Erfurtensis, Constantiensis, Brisacensis, Oberrn-
narienfis, Friburgensis Brisgojæ, Spirensis, Lavin-
tadiensis, Uttenwilani, Gamundiani, Memminga-
lani, Landaviensis, Wilani, Hagenoënsis.

npore pro Weissenburgensi Conventu, qui adhuc erat
utheranorum, laborabat R. P. Baccal. Jodocus Moli-
rensis, Vir Zelosissimus ac pientissimus, scribens ad
M. Provincialem Carolum Le Clerc, qualiter iste locus
mi Regis Ludovici XIV. munificentiâ aliis Religiosis
olium cedere posset, nî præveniremus. Itaque suâ ope-
inimè P. M. Provincialis, sed effecit, ut ad suas suppli-
rveniens magnorum Patronorum subsidium post ter-
nc annum possessioni antiquæ fuerimus restituti & intro-

iste P. M. Provincialis Le Clerc Capitulum Intermedium
t Herbipolim anno 1682. & cum Ven. Diffinitorii Patri-
mmendavit, ut Priores charitativè suis subditis provide-
estibus. Ad Capitulum Provinciale venientes Statum Con-
ex actè specificent. Ante formationem dicti Statûs, & an-
ationem computi suum sumant viaticum, de quo ratio-
ri succedenti reddere teneantur, & libros Bibliothecæ non
ncredant manibus.

terùm isto tempore in pluribus Conventibus circa repa-
m Ecclesiarum & reædificandorum Habitaculorum daba-
tur

tur opera. Rappolswilanum Monasterium in specie anno 1683, ad regularem formam sub Priore R.P. Profuturo Versbach erigebatur. Erfurtensi exstruendo sedulitatem suam prosequebatur Eximius P. M. Nicolaus Grüber, qui autem, ut jam memoravi superiùs, hoc anno 1683. peste apud Erfurtenses invalescente atque tres de Nostris inficiente, quòd sese pro salute animarum exponerent, & ipse sublatus est. Moguntinæ Ecclesiæ novum tectum superimponere satagit P. M. Hilarius Gilsübel S. T. D. actualis Prior, Vir maximæ spei, qui autem maturiùs anno 1684. die 3. Augusti Sepulchro ibidem contegebatur.

Circa hoc tempus Herbipoli P. Severinus è Provincia Bohemiæ ad Nos veniens artificioso penicillo Sanctos Ordinis pingit, quas imagines adhuc in peristylio Herbipoli appensas, qui vident, admirantur.

Anno 1684. completo cum laude triennio Provincialis M. Le Clerc munus suum Spiræ pro more resignat, idem secundâ vice recipiens anno 1696. proùt dicetur in sequentibus.

Ab anno 1684 usque ad 1687

LIIII.

CHRISTOPHORUS SCHUCKART patriam habuit Hagipoli in Eichsfeldia Conventum professionis Augustinianæ Erfurti, ubi factus est Noster anno 1662, cùm Studia sua ante Religionis ingressum inter Primos fructuosè jam absolvisset. Transacto Novitiatûs anno, Sacris statim initiabatur maturus doctrinâ, pietate & ætate annorum 26. ad breve tempus Lectoris Nicolai Grübers Discipulus Herbipoli, fit Lector & Prior Erfurti anno 1668. Visitator quoque anno 1670. lustravit Provinciam cum A. R.P. Alberto Jemmel, Sacræ Facultatis Assessoribus Geranæ Universitatis obtentâ priùs Laureâ Theologicâ annumeratus, ibidem circa annum 1669 Rerum Divinarum scientias publicè profitebatur, aliquando etiam illius Sacræ Facultatis Decanus magna fuit apud Literatos in veneratione. Nobiliores Provinciæ Conventus Moguntinum nempe atque Erfurtensem iteratis vicibus ita ad satisfactionem direxit, ut inde ad totius Provinciæ Rheno-Suevicæ Gubernium electus & as-

ituli hujus Patres venerabantur Eximium P. M.
ilarium Grüber, & Diffinitores RR. PP. Baccal.
Nicolaum Adami, Simplicianum Kilian & Onu-
h, elegante Oratione latinâ per R. P. Ægidium
oli Socium Provincialis & Lectorem dictâ: binis
heologicis ibidem defensis ac dedicatis Eminen-
ndissimo Electori Trevirensi & Reverendissimo
Ecclesiæ Spirensis.

itorii in Decretis commonebant: 1mò, ut diebus
ivis FF. Laici in principiis Fidei diligenter edo-
: R. P. Priores Capitulum hebdomadale accuratè
e custodia Bibliothecæ & non alienandis libris.
ratores conficiant librum accepti & dati de vino &
quibus rationem sicut de pecuniis teneantur red-
pauper, qualificatus tamen, ob talenta meliora ad
i contigerit, Eximius P. Provincialis ex taxis Pro-
ui Novitiatûs viginti duos imperiales tam pro vesti-
reviario extradat, & de Habitu, usque dum Sacerdo-
eruerit, provideat. 6tò, ut Suppriores Conventuum
inem agant Hebdomadarium in Choro &c. 7timò,
iæ, & juribus Visitationis in Capitulo Herbipoli 1678.
unc confirmatis loco taxæ Romanæ, quæ pro illo
empus) cessabat, omnes Conventus excepto Mo-
ipolensi, Lavingano, Hagenoënsi & Weissenburgen-
pendant quinque florenos, dandos Conventui Her-
itu utriusque Studii Theologici & Philosophici, ac
quæ simul tunc in illo memorato Conventu habe-

post Capitulum possessio Weissenburgensis Monasterii,
nos circiter centum & quadraginta Lutherani retinue-
tum pro Schola parvulorum Supremâ Christianissimi

Re-

Regis Ludovici XIIII authoritate die 3 Maji expedita est per Præ-
nobilem & Amplissimum Dominum Joannem Jacobum Menweeg,
Satrapam Suæ Regiæ Majestatis Weissenburgi, Eximio P. M. Caro-
lo Le Clerc Provincinciali emerito, & Priore Friburgi Brisgojæ, R.
P. Alberto Jemmel Priore Friburgi Helvet. R. P. Columbano Mo-
rand Priore Colmariensi. R. P. Alberto Burgknecht Priore Landavi-
ensi & R. P. Baccal. Jodoco Molitor Diffinitore & Priore reobtenti
Conventûs Weissenburgensis præsentibus & introductis.

Hujus reintroductionis promotores exstiterunt Perillustris D.
Jacobus de La Grange Super. & Infer. Alsatiæ Intendens, præfatus
D. Menweeg, & R. P. Guilelmus Osburg S. I. Missionarius Regius.
Decalvatam autem Ecclesiam & Conventum omnino ruinosum in-
venit Jodocus Prior, qui, ut probrosè iterum è possessione cœpta re-
traheretur, à pellice forsan per Lutheranos huc inducta, ad Vene-
rem solicitabatur, ast sordida molimina & turpissimam suggestio-
nem pudicus Jodoci animus fortiter Divina (ut ipse in protocollo
fatetur) gratiâ resistendo & fœminam abigendo superavit, posses-
sionémque cum castitatis candore servavit. Nihilominùs ad plu-
res dies, quòd cessionem plenam & evacuationem curtæ suppel-
lectilis Scholarum Lutheranarum Magister, Uxor ejus cum filia &
2. puellis procrastinarent, eos adhuc in Monasterio sustinere de-
buit. Et intereà, cum 11. Maji modò fuerit reconciliata nostra Ec-
clesia, die 7. Maji Primam Concionem in Ecclesia Collegiata Weis-
senburgensi habuit. Die 14. Maji in dicta insigni Ecclesia incepit
Cathechesin, & P. Possidonius Frecht administrationem Parochiæ
in Seebach & Schleithal. Die 25. Octob. ejusdem anni 1684. Jo-
docus iterum invexit primâ vice exercitium Religionis Catholicæ
in Ecclesiam Weidenthalensem. 12. die Novemb. P. Thomas Riehl
incepit administrationem Parochiæ Kleinbacensis. 20.mo ejus-
dem mensis aperuit Jodocus Prior Scholam Parvulorum Humani-
ora docendo, sicut adhuc hodie Patres nostri ibidem eadem profi-
tentur certam pecuniam & alia subsidia in lignis &c. ab Inclyto
Senatu Weissenburgensi pro labore recipientes. Præterea infati-
ga-

us anno 1685. in Ecclesia Parochiali Bleich-
aistica, iterum Ritu Romano Catholico eccle-
dicti anni Reverendissimus Joannes Philip-
ganeus Spirensis in nostra Ecclesia Weissen-
avit duo Altaria, Altare majus in Choro hono-
Nicolai de Tolentino, Altare in Sacristia hono-
Monicæ.

Jodocus post multos labores Provinciæ impen-
Hæreticorum conversiones ad Fidem Ortho do-
Parochiarum administrationem in locum de-
rii Grüber Herbipolim destinatus Prior vix me-
egit annum anhelans ad retributionem æternam
o 1687. Qui inserviebant Viro in sua lethali infirmi-
Jodocum omnino pudicum haud permisisse se tan-
e decessisse non vanè auspicabantur.

oc anno 1685. Exprovincialis & Prior Herbipolensis
Grüber, cùm apud Ducem & Principem Celsissimum
simum Joannem Godefridum de Illustri Guttenber-
e, qui Augustinianæ Familiæ præ cæteris patrocina-
arochiam & Gymnasium Münnerstadianum à RR. DD.
is per annos aliquot administratum, Nobis reconce-
icitâsset, atque RR. PP. Carmelitis Neostadiensibus ad
tione in hac parte factâ, ast denegatâ, adversantibus
usdam de Concilio Ecclesiastico Herbipolensi, nihilomi-
ces prædicti P. M. Hilarii exaudiisset, hic gratiam Prin-
inciali Schuckart denuntiaverat, qui absque mora capa-
bjectis & optimis Viris Stationes illas adimplevit atque
P. Adeodato Ulrich S. T. D. Visitatore & Priore anteà La-
uimodò cum Prioratu Münnerstadiano ejusdem Civitatis
præesset, ac pasceret oves concreditas. P. Hermanno
n antea excellente S. Theologiæ Lectore Herbipoli, quem
d Capitulum Intermedium Capellania haberet administra-
Pro instituenda juventute denominabat F. Angelum Hein-
drich,

drich, qui Rhetoricam, F. Hieronymum Schuckart, qui Poësin, F. Augustinum Voith, qui Syntaxin, & P. Christophorum Glinzing, qui Secundam sive minorem Syntaxin profiteretur, quorum adduco nomina, eô quôd Primi hi fuerint Professores illius Gymnasii, èquo tot jamjam prodiêre Viri Doctissimi & in foro Ecclesiastico æquè ac Sæculari Spectatissimi atque Amplissimi. Erat illo tempore Gymnasium Münnerstadianum prope Ecclesiam Parochialem; postquàm verò altefatus Princeps Godefridus incrementum & diligentiam quoad Scholarum doctionem vidisset, alioquin Ordini nostro beneficus super cellam vinariam in loco Nobis ad Monasterium pertinente mox in ædificandis Scholis & Aulâ, tam pecuniâ, & lignis, quàm aliis necessariis gratiosissimè succurrit.

Idem Clementissimus Præsul Ecclesiam nostram Herbipolensem posteà anno 1687. in formam, quam hodiernâ die refert, Suis partim & Monasterii sumptibus reduxit & exstruxit, spatio tamen de antiqua nostra Ecclesia & præcipuè de Choro valdè magnifico ad partem Superiorem, infra autem arcuato ita, ut publicus transitus sub & per illum, quo modo ad S. Burchardum, ibidem patuerit, pro regulari platea applicato ac nobis adempto.

Provincialis Schuckart non intermittit anno 1685. Patres Diffinitorii Landavium conscribere pro Capitulo Intermedio, & in convocatoriis innuit, quatenus omnes Priores suorum P. P. Vocalium subscriptione munitas transmittant ad Capitulum literas notificantes: quot Religiosos Fratres sive Patres quilibet Conventus ex reditibus suis & eleemosynis Fidelium consuetis vel ex attentis alterutris temporum circumstantiis non modò velit, sed servatâ regulari ac Monasticâ frugalitate & mediocritate alere, vestiréque possit, ut hâc ratione juxta Ss. Constit. possit cuivis Conventui numerus conveniens Religiosorum constitui.

Dicto anno 1685. atque hoc tempore Comitia Generalia celebrabantur Romæ, quibus tamen ob Capitulum Intermedium de nostra Provincia nemo interfuit. Eligebatur in his Ordinis Comitiis

es Fulgentius Travallonius, ibíque plurima
S. Ordine, quàm pro certis Regnis & Provin-
. Quæ pro notitia nostræ Provinciæ juxta Ex-
postea imprimebantur etiam Colmariæ typis
o 1688.
nstantiæ Sacellum B. Mariæ Virginis in loco, ubi
tra fuit, sumptibus Excellentissimi D. Commen-
fundamento cœptum est ædificari, & speciosis
. Augustini præsentantibus Magister pictoriæ ar-
tauder expensis Militarium Officialium Ecclesi-
ivit.
Christophorus Schuckart triennali Provincialatûs
eto Capitulum Moguntiæ celebrandum indixit, ut
lis illo deponente sufferret alter, donec iteratâ ele-
t idem ad annum 1699, & finem hujus Sæculi, prout
io,

LV.

TUS JEMMEL Lotharingus de Nanzæa cum Caro- Ab anno 1687 usque ad 1690
Constantiæ ad Ordinem Augustinianum admissus à Jo-
æis, in Sacra Professione anno 1658. emissa, Conventui
dscisebatur: talibus virtutum meritis brevi excelluit,
imum, quo nomen dedit Religioni nostræ, annum Col-
Conventum directioni suæ Spirituali haberet deman-
teratis vicibus Visitator atque Diffinitor Provinciæ, in
bus Moguntino ad annum 1670. Colmariensi 1672. Fri-
in Helvetia 1681. & 1684. optimè Superioris officia exe-
anno 1687. toti Provinciæ Rheno-Suevicæ præesse jube-
ntiæ in Capitulo Provinciali ad eam dignitatem electus.
sidens hujus Capituli fuit Eximius P. M. Exprovincialis
Le Clerc, Decreta sequentia: 1mum, ut nullus Frater dein-
S. Presbyteratum promoveatur, qui accuratissimè cantum
m non calleat, omnésque Ceremonias & Rubricas ad tre-
m Missæ Sacrificium ritè peragendum necessarias. Insuper
ut

ut omnes conformes sint in celebratione Missæ, nec præcipitanter, neque nimis morosè sacrificent. Et in omnibus Conventibus etjam parvis saltem bis in hebdomate habeatur explicatio Casuum conscientiæ. 2dò, Commendatur caput 14. p. 6. Constitutionum. 3tiò, ut literæ consignentur sigillo Conventûs 4tò, ut Ven. Diffinitorii Patres non ampliùs ad Capitulum Intermedium sumptibus Conventuum, in quibus degunt, sed Provinciæ, ob cujus commune bonum conveniunt, imposterum proficiscantur. 5tò, ut Priores ad Capitulum Provinciale venientes antiquum & novum secum ferant Conventûs sui statum, benè & diligenter factum, specificantes debita, cum circumstantiis, a quo, cui, & propter quid fuerint contracta, ita, ut si in Visitatione aliquid subticuisse aut omisisse deprehendantur, absque dispensatione Officio priventur, & Patres subscripti graviter puniantur, qui deberent ex computis mensium habere notitiam. 6tò, ut a Choro exempti alios ad Chorum destinatos non impediant, &c. 7timò, ut Conventus, qui plures suscipiunt, etiam, si non sint studentes, illis provideant de vestimentis necessariis. 8vò, conceditur Conventui Münnerstadiano licentia vendendi domum, ut Scholas & cætera nostra ædificia possit perficere. 9nò, ut omnes, qui in Gymnasio Münnerstadii cum honore per quadriennium sua studia docendo absolverint, pro mercede & studio ad gradum Lectoratûs promoveantur. 10mò, quia ob locorum distantiam, variósque emergentes casus Eximius P. Provincialis personaliter adesse non valeat, in subsidium ejus denominatur pro Conventibus Imperio subjectis Vicarius Provincialis Eximius P. M. Adeodatus Ulrich.

Porro hoc anno 1687. die 29. Augusti Constantiæ majus Altare de novo erectum à Reverendissimo D. Suffraganeo de Bodmann fuit consecratum in honorem Ss. Apostolorum Petri & Pauli, ac præcipuè S. P. Augustini, nec non S. Thomæ Villanovani & S. Georgii quos tres posteriores Icon Altaris bellè repræsentat. Eodem die ibidem in Sacello jam completè exstructo sumptibus Excellentissimi D. Generalis & Commendantis de - & in Stadel Altare in ho-

honorem B. Mariæ Virginis Annuntiatæ, nec non S. M. Monicæ, B.B. Claræ de Monte Falco & Ritæ de Cassia sacrabatur. Et die 8. Septembr. translata fuit miraculosa Imago B. Mariæ Virginis ab Altari, quod nunc est S. Nicolai, in novum Sacellum, præhabitâ Concione ab Ordinario Prædicatore S. I. Summæ Ædis de miraculis apud nos à Benedicta Dei Genitrice patratis, solemníque Processione cum toto Clero, Universitate (quæ illo tempore de Friburgo Brisgojæ translata adhuc manebat Constantiæ) nec non comitante Civitatis Primatu. Admirabile fuerat, quòd, cùm indicta jam Processione continuò plueret, etiam ante Concionem, eâ tamen finitâ cœlum adeò serenum quasi detracto velo apparuerit, ut peripheria in omni celebritate præordinata peragi potuerit, pluviis die alterâ iterum copiosè de cœlo cadentibus. Ipsemet, qui hæc scribo, expertus sum, & vidi aëris temperiem quasi in momento mutatam, quoties devotæ animæ pro frugibus terræ, aut aliâ necessitate preces coram Imagine Beatæ Virginis fuderunt.

Anno 1688. die 8. Augusti Albertus Provincialis Capitulum Intermedium celebrabat Spiræ, ad quod omnes Priores jubebantur mittere literas ab omnibus Patribus Conventûs subscriptas & Sigillo munitas, in quibus fidem facerent, qualiter Oratio mentalis, aliáque omnia in Capitulo Generali Romæ anno 1685. celebrato nstituta, in Conventibus fuerint observata. Quæ autem in hac Congregatione statuta fuerunt, concernebant particulares solùm Personas.

Hoc anno 1688. die 19. Octobr. occupata est Moguntia à Gal-, sed altero anno statim per Supremum Cæsarei Exercitûs Comendantem Serenissimum Ducem Lotharingiæ post horribilem pugnationem Metropolis ista Electori suo restituta fuit. In ea issitudine, ùt fieri solet, haud parum & Nostri Moguntini angubantur.

Festa erant Pentecostalia, dum anno 1689. Gallica Bellona e hujus rei inscio flammas vastatorias injecit Hagenoæ, Spiræ, m tiæ, alíisque circa Rhenum & Inferiorem Palatinatum Civi-
tati-

tatibus & oppidis. Proût hodie adhuc magnifica Templa, quorum tristia duntaxat rudera supersunt, à spectantibus deplorantur.

De nostra Ecclesia Spirensi perdidimus in hac devastatione turrim & inferiorem partem Ecclesiæ, quam cum Monasterii interioribus & tectis ignis exussit, solo Choro relicto inconsumptóque. Et quoniam non nisi diem unum habuêre Patres nostri pro mora salvandi utensilia pro Sacris ac domesticis, multa hujusmodi mobilia cesserant igni. Inde litium iniquæ arrogationis Templi nostri de inferiore parte, quam Lutherani ad suas conciones nobis semper reclamantibus usurpabant, ex re ampliùs non existente factus est finis.

Eodem anno Münnerstadii Scholarum domo convenientissimè exstructâ, Fratribúsque in doctione sua admodùm laudatis, Reverendissimus D. Abbas S. Benedicti ad Scotos Herbipoli inducebatur, ut duos sui Monasterii Alumnos Münnerstadium destinaret per Nostros imbuendos in Germanico idiomate & Philosophicis scientiis.

Anno 1690. Beatus Joannes à S. Facundo in Album Sanctorum solenni Canonizatione Romæ ab Alexandro VIII. Summo Pontifice relatus fuit, cujus festivitas Canonizationis sequente anno in Provinciæ nostræ Ecclesiis omni, quà poterat veneratione ac celebritate per octiduum recolebatur.

Intereà elapsum fuit triennium Provinciali Alberto atque ut Provinciæ prospiceret de Successore eligendo in Conventu, quem Patres Vocales sine belli ex tunc debacchantis periculo accedere tutò possent, eosdem anno isto 1690. Friburgum ad Helvetos conscribit, ubi ab Officio absolutus, nihilominus Vicarius Provincialis per Alsatiam, & Prior Conventûs Colmariensis destinabatur. Cúmque ad dictum Conventum è Comitiis pergeret, in via prope Bernam colicâ correptus, quam Socius ejus P. Joannes Bonus Wanderkinder Prior Brisacensis lethalem advertit, ne apud Heterodoxos decederet, ægrè Friburgum Helvetiorum eundem reportari fecit, ubi tertiâ infirmitatis die apud Nostros piè obiit die 1. Maji præfati anni 1690. LVI.

LVI.

ADEODATUS ULRICH Regiscuriæ in Franconia natus, cùm Sacro Augustiniano Ordini nomen dedisset, ad Conventum Münnerstadianum, sub P. M. Conrado Wagenhauser discipulus superiorum scientiarum studio eâ diligentiâ & fructu sese impendit, ut posteà Philosophiam partim Friburgi Helvet. anno 1677. partim Moguntiæ, ac deinde Herbipoli Theologiam prælegendo & docendo juberetur profiteri. Ad Baccalaureatûs & Magisterii gradus Erfurti cum Eximio P. Baccal. Hilario Gissübel assumptus est anno 1679. Diffinitor Provinciæ è Capitulo Lavingano anno 1681. Uttenwilam concessit, ubi Magister Ascesin primùm Novitiis, deinde scholasticam Theologiam Fratribus studentibus explanavit. Visitatoris & Prioris officio functus anno 1684. Lavingæ, brevi posteà tempore vocabatur Münnerstadium recens collatam ibidem Parochiam cum Prioratu administraturus. Postquàm verò integrum sexennium in eodem Prioratu, administratione Parochiæ & Præfecturâ Scholarum respectivè Primus explêsset ad omnem omnium satis factionem, communi Patrum Suffragio in Comitiis anno 1690. Friburgi Nuithonum celebratis petitur & renuntiatur Provincialis sub præsidio Eximii P. M. Exprovincialis Christophori Schuckart. Ab anno 1690 usque ad 1693

Decreta hujus Capituli fuerunt: 1mò, Ut omnia & Singula Capituli Provincialis Moguntiæ anno 1687. habiti statuta, utpote Decretis Capituli Generalis de anno 1685. Romæ celebrati prope conformia infallibiliter observentur. 2dò, Ut Decreta Provincialia descripta in quolibet mense in quocunque Conventu semel prælegantur. Item statuit Ven. Diffinitorium 1mò, Ne quis de Actis Capitularibus aliquid revelet, donec Priores ad suos Conventus personaliter veniant, Actaque promulgentur. 2dò, Conventus Uttenwilanus, Memminganus, & Oberndorffensis singulis annis pro Fratribus studentibus dent 30. Fl. Rhenanos: facit cuilibet in particulari 10. Fl. similiter Conventus Brisacensis, Friburgensis Brisgojæ & Landaviensis dent singulis annis 15. Fl. facit 5. Fl. cuivis in par-

particulari quotannis. 3tiò, conceditur Monialibus ad S. Catharinam extra-Ordinarius Confessarius quater in anno, quod discretioni Prioris Constantiensis relinquitur. 4tò, servetur qualitas habitûs, ne quid ex lineis compareat. 5tùm est personale Decretum. 6tò, Ut in quocunque Conventu habitaverint Magistri Provinciæ de numero Senario acceptati, aut emeriti Exprovinciales, Priores illis de hypocausto calido, camera, socio servitore & omnibus aliis ad eorum necessitatem & honestatem requisitis sine querela provideant, debitâque observantiâ prosequantur.

Aliàs hoc tempore Erfurtensis Conventus quarto tractu regulariter ædificato quadratam formam accepit. Pars ista ad Occidentem vergens aliis in optima ordinatione, amplitudine & pulchritudine præcellit, quam industriâ suâ erexit Eximius P. M. Nicolaus Gull de Constantia, bonus Oeconomus & sedulus Prior Erfurti, & aliquando Diffinitor. Hunc unicum scio, qui Concionatorio munere insigniter functus Privilegia Concionatoris à Provincia hoc tempore nostro accepit, & in Universitate Erfurtensi S. Theologiæ Doctor, atque Magister Provinciæ evasit absque eo, quòd Sholasticam Theologiam unquam professus fuerit. Istius celeberrimi Viri effigiem Erfurtenses Nostri habent in loco Capituli.

Anno 1691. Constantiæ ædificium quoque versus hortum ad Septentrionem à fundamento noviter fuit erectum, quod 4053. florenorum sumptibus solidè ad regulas architectonicas sub tectum posuit A. R. P. Gelasius Roller Prior eo tempore ibidem. Hoc anno Adeodatus Provincialis Capitulum Intermedium celebravit Uttenwilæ, ubi præter personalia statuta assignati fuêre denuo Conventibus Lavingano & Gamundiano termini quæstæ circa aquas in Riess dictas.

Annus 1692. in nostra Provincia annonæ caritate atque bellorum furiis erat infestus. Wilanus Conventus à Gallis irruentibus in illam Imperialem Civitatem passus fuerat extremam calamitatem: Cœnobii Prior P. t. P. Honoratus Wolffrum terrore mortis non unâ vice à militibus perculsus, Conventuales suis vestibus despoliati, aliàque plura illata sunt damna.

Anno

. Provincialis Adeodatus Sociis P. M. Carolo
enerali, & P. Gelasio Roller Discreto Provin-
ntendit, ubi in Comitiis ad Ordinis totius Re-
Antonius Pacinus de Ravenna. Româ redux
o ad Capitulum Provinciale Patres vocavit La-
i suum pro more & statutis Ordinis resignavit,
Conventûs Herbipolensis directionem, ibidem
:ctum habemus ad arcem, de Monasterii horto
one. Postremos vitæ suæ dies consummavit in
s Münnerstadii, ubi piè in Domino obdormivit
1709. Fuerat hic Adeodatus staturâ procerus, fa-
utibus insignis, Ecclesiastes suo ævo celeberrimus,
m, omniúmque Suorum solatium & Pater.

LVII.

S ROLLER Lauffenburgensis - Rauracus Patriâ, *Ab anno 1693 usque ad 1699*
igiosâ Constantiensis, in Philosophicis ac Theologi-
t Friburgi Helvetiorum, ubi etiam Sacerdos initia-
itorio munere pro qualitatibus sibi competentibus
ccelluit, & Verbum Dei maximo cum fervore ad po-
mavit. Magister Novitiorum Augustinianam nostram
anno 1681. Münnerstadii instituit in rebus Monasticis
vivendi methodo. Eum deinde anno 1684. Conven-
; suum vendicavit Priorem, Provincia anno 1687. Dif.
& Roma Discretum Generalem atque Priorem Constan.
ino 1692. vidit in Comitiis. Ibidem procuravit pro tota
Dominicam in quolibet mense animabus purgatorii li-
privilegiatam, quam Constantiæ & Friburgi Helvetiorum
ê, cum devotione recolunt cujusvis mensis Dominicâ Pri-
portavit quoque ex Urbe partem magnam Cruris S. Mar.
Osperi, & integrum Os Brachii S. Modesti Mart quas Reli-
onstantiæ in Festis Nostri pro veneratione exponunt. Ge-
ic Constantiæ bene Præpositus, Provinciæ Rheno-Suevicæ
æponendus eligitur anno 1693. Lavingæ. Dire-

Direxit hoc Capitulum vice Reverendissimi nostri P. M. Carolus Le Clerc, Diffinitores constituebantur Eximii PP. MM. Christophorus Schuckart, & Hermannus Hermann, RR. PP. Simplicianus Kilian, & Petrus Hebenstreid, Visitatores à priori triennio adhuc erant R. P. Nicolaus Adami & R. P. Onuphrius Schambach.

Decreta hujus Capituli volebant imò. Ut circa suscipiendos Laicos ad S. Ordinem deinceps observetur Decretum Alexandri VII. Papæ, scilicet: quòd non admittantur ante ætatis annum vigesimum completum, ad Professionem verò nonnisi post expletum ætatis annum vigesimum quintum. 2dò. Ne quis de Magnatibus vel Superioribus suis loquatur sine honore. 3tiò. Ne Superior Conventûs absque licentia in scriptis obtenta ab Eximio P. Provinciali quidquam ædificare aut demoliri præsumat sub pœna depositionis ab Officio. 4tò. Datur A.R.P. Provinciali facultas assignandi profitentibus locum Professionis pro suo libitu.

In hoc Capitulo propter belli tempora & Regis Galliarum mandatum RR. PP. Priores Friburgensis Brisgojæ, Brisacensis & Landaviensis confirmantur in Officio. Eximio P. M. Hermanno Hermann injuncta est à Ven. Diffinitorio revisio operum præclarissimi P. M. Augustini Gibbon p. m. quæ opera de novo Dillingæ subjiciebantur prælo. In Conventu Spirensi propter exustionem anteà factam hoc tempore non nisi duo, R. P. Sebastianus Werth & R. F. Antonius Hagenmüller constituebantur. Weissenburgensem Conventum non ita pridem recuperatum R. P. Christophorus Glinzing recuperare, & tectum Ecclesiæ superimponere sategit. In Rappolswilana Ecclesia nostra, in qua Fraternitas Cincturatorum die 4 Maji anno 1692. introducta est, etiam reconsecrata sunt quinque Altaria. Habet ista nostra Ecclesia Rappolswilana antiquam Imaginem B. Mariæ Virginis Dolorosæ Christum à Cruce depositum in sinu gestantis, quæ in magna ibi servatur veneratione. Imago hæc, antequàm in nostram posita fuit Ecclesiam, in sylva adjacente fuerat constituta, unde adhuc hodie ei nomen B. Mariæ Virginis ad Alnum. Et fertur, eam tempore belli Suecici injectam igni, neque ta.

n cineres abiisse. Habent etiam Nostri ibidem
lesia è latere sinistro lapidem Parieti impositam
n Heroëm catafractâ armatum, cujus longitu-
è Comitis de Hazstein, ad minus novem pedes
qui absque dubio sepultus ibi jacuerit.
e 9. Septembr. Gelasius Provincialis celebrabat
edium in Conventu Memmingano, in quo Præ-
particulares PP. Diffinitorii monebant omnes ac
ut 13. p. 6. & circa cap. 3. Ss. Constit.
Sicut & præcedentibus duobus annis annonæ ca-
emebamur. Vinum ac frumentum nonnisi sum-
ia erant. Lacus Bodamicus frigore insolito per
ante totus congelabatur, peditésque frequenter su-
aquas Marisburgo Constantiam ibant. Martis quo-
a Sueviam præcipuè Würtenbergiam hoc tempore
allis irruentibus in Civitatem Imperialem Wilam
ventûs Prior Honoratus Wolffrum devastationes, de-
ac formidolosa mortis pericula passus est.
gæ verò apud Eminentissimum Moguntinum, ac Epi-
bergensem Lotharium Franciscum Illustrissimæ Fami-
iborn hoc tempore speciales favores ac gratias sibi e-
er P. Adeodatus Zovet Helvetus ob raram Matheseos
iasque præclaras dotes apprimè charus dicto Principi,
tas Confessiones audire solebat Bambergæ: ubi etiam
in servitiis Principis vitam suam clausit. Sacras medi-
Religioso Zelo scripserat anno 1680. quæ habentur ma-
Herbipoli in 8vo. sub titulo: *Panis quotidianus.*
no 1696. Provincialis Roller Comitia Provincialia cele-
dixit ad Conventum Lavinganum, in quo Officium trien-
mans repetiit Conventum Constantiensem, cujus admini-
m in Prioratu susceperat, ex tunc Monasterii structuram
mare, ac potiora pro Ecclesiæ paramentis & ornamentis
are satagebat, alter illius Conventûs Restaurator meritò ap-
pel-

pellandus. In specie locum Capituli ab ipso ibidem exstructum exornavit Altari, in quo imago S. Sebastiani, & superiùs Christus ad judicandum sedens subscriptum habet textum: *Illuminabit abscondita tenebrarum.* Selectas quoque apposuit imagines cum sequentibus versibus: Et quidem sub imagine *Petri* plorantis:

Vix culpam PETRUS dolet, en indulget JESUS,
Hic ultro culpam differe, PETRUS erit.

Sub imagine *S. Hieronymi* in forma pœnitentis:

Judicis adventum perdoctè HIERONYMUS horret,
Hocce tribunal ama, respice, Doctor erit.

Sub imagine S. *Guilelmi* loricati:

Vindex culparum ferus es GUILELME tuarum,
Sanctos, non duros, haec laniena facit.

Sub imagine *S. Nicolai* Tolent. orantis & signa pœnitentiæ apposita habentis:

NICOLEI monstrant virtutes, Saxa, Catenæ,
Ut frangas meritis Saxea corda flagris.

Herbipoli deinde præfuit anno 1702. & suæ dexteritatis testimonia reliquit in Bibliotheca satis solidè ac bellè elaborata, cui moderno tempore ad annum 1736. Eximius P. M. Sigismundus Büttner contignationem superimposuit, & in eam transtulit Bibliothecam.

Porro Gelasius iteratò Prior Constantiæ & Visitator denominatus, cùm à Capitulo Wilano novissimè anno 1712. Constantiam tenderet, in via lethali morbo impetitus, Sacris ritè provisus Oberndorffii Spiritum Deo reddidit die 12 Maji anno 1712.

ab anno 1696 usque ad 1699

Sed ad seriem Successionis in Provincialatûs Officio revertamur. Gelasium secutus est alterâ vice electus Eximius P. M. Carolus Le Clerc anno 1696. postquàm aliquot ante annos Friburgi Brisgojæ Prior extremas calamitates, & imminens vitæ periculum subire debebat: ferme simili impostura falsò infamatus, quà juxta superiùs narrata præclarissimus P. M. Joannes de Judæis. Nam Civitate Friburgensi illo tempore Christianissimo Regi Gallia.

latus est Carolus Le Clerc, quasi partes Cæsaris stis contra Regem teneret, in publicis etiam con- gloriosè loqueretur de Rege. Qui tamen axioma verat, & suis etiam Capitulariter servandum incul- de Potentatibus, dum sermo fit, non nisi quod lauda- artialitate loquendum esse. Nihilominùs iniquus de- jam effecerat, ut arctiùs custodiendus Le Clerc duce- erius Castrum Friburgensis Fortalitii: rigidè exami- e tamen in quopiam nocens inventus, ex consilio ami- stia confugit Parisios, certóque in Aula Regia Ministro, m Caroli Le Clerc à juventute & studiis humanioribus erat, adversam fortunam, innocentiàmque suam Scriptis

Hâc cognitâ is à Rege liberationem è carcere, & pristini restitutionem procurat, impostore perpetuo carceri in pœ- alionis Brisaci demandato. Atque ista accidêre, antequàm arolus Le Clerc secundâ vice Provincialis nominabatur in di- Capitulo Lavingano anno 1696.

Quod Capitulum suo Præsidio direxit nomine Reverendissimi stri Eximius P.M. Adeodatus Ulrich, qui cum cæteris Ven. Diffi- torii Patribus publicari fecit sequentia Decreta: 1mò. Ut, quo- niam bellicoso isthoc tempore quædam inobservantiæ irrepserunt, ad Divinam vindictam, & tam grave flagellum à cervicibus nostris avertendam Sacræ Constitutiones & Decreta accuratè serventur. 2dum erat de amotione Fratrum extra tempus Visitationis. 3tium est de Horis omnibus in Choro persolvendis. 4tò. Manda- tur, ut PP. Lectores Studiosorum profectui consulentes præter du- plicem lectionem quotidianam circulum quoque consuetum accu- ratè teneant. Alia erant particularia circa quosdam Conventus.

Anno 1697. felici fine quievit V.P. Jordanus Schmitt Amœ- noburgensis, de quo à fide digno è nostris Senioribus audivi, quòd dono si... per Dæmones de obsessis expellendos præcelluerit Lavin- gæ, Vir ... intactæ & inculpatæ vitæ, cui damnati Spiritus vix quid- piam ... ali potuerant objicere.

Eodem

tur opera. Rappolswilanum Mo[illegible]erium in ſpecie anno 1683. adregularem formam ſub Priore R[illegible]. Profuturo Versbach erigebatur. Erfurtenſi exſtruendo ſed[illegible]itatem ſuam proſequebatur Eximius P. M. Nicolaus Grüber, q[illegible] autem, ùt jam memoravi ſuperiùs, hoc anno 1683. peſte apud [illegible] Erfurtenſes invaleſcente atque tres de Noſtris inficiente, quòd [illegible]eſe pro ſalute animarum exponerent, & ipſe ſublatus eſt. Mog[illegible]tinæ Eccleſiæ novum tectum ſuperimponere ſatagit P. M. Hilar[illegible]s Giſsübel S. T. D. actualis Prior, Vir maximæ ſpei, qui autem n[illegible]turiùs anno 1684. die 3. Auguſti Sepulchro ibidem contegebatu[illegible]

Circa hoc tempus Herbipoli P[illegible] Severinus è Provincia Bohemiæ ad Nos veniens artificioſo pen[illegible]illo Sanctos Ordinis pingit, quas imagines adhuc in periſtylio H[illegible]rbipoli appenſas, qui vident, admirantur.

Anno 1684. completo cum laud[illegible] triennio Provincialis M. Le Clerc munus ſuum Spiræ pro more [illegible]reſignat, idem ſecundâ vice recipiens anno 1696. proùt dicetur in [illegible] ſequentibus.

LIIII

CHRISTOPHORUS SCHUC[illegible]ART patriam habuit Hagiopoli in Eichsfeldia Conventum prof[illegible]ſſionis Auguſtinianæ Erfurti, ubi factus eſt Noſter anno 1662, cùm [illegible] Studia ſua ante Religionis ingreſſum inter Primos fructuoſè jam [illegible] abſolviſſet. Transacto Novitiatûs anno, Sacris ſtatim initiabatur [illegible] maturus doctrinâ, pietate & ætate annorum 26. ad breve tempus [illegible] Lectoris Nicolai Grübers Diſcipulus Herbipoli, fit Lector & Prio[illegible] Erfurti anno 1668. Viſitator quoque anno 1670. luſtravit Provin[illegible]tiam cum A.R.P. Alberto Jemmel, Sacræ Facultatis Aſſeſſoribus [illegible]Geranæ Univerſitatis obtentâ priùs Laureâ Theologicâ annumerat[illegible]us, ibidem circa annum 1669 Rerum Divinarum ſcientias publicè [illegible]profitebatur, aliquando etiam illius Sacræ Facultatis Decanus magn[illegible]a fuit apud Literatos in veneratione. Nobiliores Provinciæ Con[illegible]ventus Moguntinum nempe atque Erfurtenſem iteratis vicibus ita [illegible] ad ſatisfactionem direxit, ut inde ad totius Provinciæ Rheno-Su[illegible]evicæ Gubernium electus & aſ-

Ab anno 1684 uſque ad 1687

ongressu Provinciali Spiræ habito ad annum.

culi hujus Patres venerabantur Eximium P.M. larium Grüber, & Diffinitores RR. PP. Baccal. Nicolaum Adami, Simplicianum Kilian & Onu- n, elegante Oratione latinâ per R. P. Ægidium oli Socium Provincialis & Lectorem dictâ: binis eologicis ibidem defensis ac dedicatis Eminen- dissimo Electori Trevirensi & Reverendissimo Ecclesiæ Spirensis.

torii in Decretis commonebant: 1mò, ut diebus ivis FF. Laici in principiis Fidei diligenter edo- t R. P. Priores Capitulum hebdomadale accuratè e custodia Bibliothecæ & non alienandis libris. ratores conficiant librum accepti & dati de vino & r quibus rationem sicut de pecuniis teneantur red- pauper, qualificatus tamen, ob talenta meliora ad i contigerit, Eximius P. Provincialis ex taxis Pro- tui Novitiatûs viginti duos imperiales tam pro vesti- Breviario extradat, & de Habitu, usque dum Sacerdo- neruerit, provideat. 6tò, ut Suppriores Conventuum dinem agant Hebdomadarium in Choro &c. 7timò, ciæ, & juribus Visitationis in Capitulo Herbipoli 1678. nunc confirmatis loco taxæ Romanæ, quæ pro illo tempus) cessabat, omnes Conventus excepto Mo- rbipolensi, Lavingano, Hagenoënsi & Weissenburgen- is pendant quinque florenos, dandos Conventui Her- tuitu utriusque Studii Theologici & Philosophici, ac quæ simul tunc in illo memorato Conventu habe-

n post Capitulum possessio Weissenburgensis Monasterii, nnos circiter centum & quadraginta Lutherani retinue- ratum pro Schola parvulorum Supremâ Christianissimi Re-

Regis Ludovici XIIII authoritate di[illegible] Maji expedita est per Prænobilem & Amplissimum Dominum [illegible] annem Jacobum Menweeg Satrapam Suæ Regiæ Majestatis Wei[illegible]nburgi, Eximio P. M. Carolo Le Clerc Provincinciali emerito, & [illegible] Priore Friburgi Brisgojæ, R. P. Alberto Jeinmel Priore Friburgi [illegible] Helvet. R. P. Columbano Morand Priore Colmariensi. R. P. Albert[illegible] Burgknecht Priore Landavienli & R. P. Baccal. Jodoco Molitor [illegible] Diffinitore & Priore reobtenti Conventûs Weissenburgensis præsen[illegible]bus & introductis.

Hujus reintroductionis promo[illegible]res extiterunt Perillustris D. Jacobus de La Grange Super. & Inte[illegible] Alsatiæ Intendens, præfatus D. Menweeg, & R. P. Guilelmus Os[illegible]urg S. I. Missionarius Regius. Decalvatam autem Ecclesiam & Con[illegible]entum omnino ruinosum invenit Jodocus Prior, qui, ut probrosè [illegible]iterum è possessione cœptare traheretur, à pellice forsan per Lut[illegible]eranos sic inducta, ad Venerem solicitabatur, ast sordida molin[illegible]ina & turpissimam suggestionem pudicus Jodoci animus fortiter [illegible] Divinâ (ut ipse in protocollo fatetur) gratiâ resistendo & fœmina[illegible]m abigendo superavit, possessionémque cum castitatis candore se[illegible]vavit. Nihilominùs ad plures dies, quòd cessionem plenam & [illegible]evacuationem curtæ suppellectilis Scholarum Lutheranarum M[illegible]agister, Uxor ejus cum filia & 2. puellis procrastinarent, eos adhu[illegible] in Monasterio sustinere debuit. Et intereà, cum 11. Maji mod[illegible] fuerit reconciliata nostra Ecclesia, die 7. Maji Primam Concion[illegible]m in Ecclesia Collegiata Weissenburgensi habuit. Die 14. Maji i[illegible]n dicta insigni Ecclesia incepit Cathechesin, & P. Possidonius Frec[illegible]t administrationem Parochiæ in Seebach & Schleithal. Die 25. O[illegible]ctob. ejusdem anni 1684. Jodocus iterum invexit primâ vice ex[illegible]ercitium Religionis Catholicæ in Ecclesiam Weidenthalensem. 12. [illegible] die Novemb. P. Thomas Riehl incepit administrationem Parochiæ [illegible] Kleinbacensis. 20.mo ejusdem mensis aperuit Jodocus Prior Scholam parvulorum Humaniora docendo, sicut adhuc hodie Patres nostri ibidem eadem profitentur certam pecuniam & alia sub[illegible]sidia in lignis &c. ab Inclyto Senatu Weissenburgensi pro labore recipientes. Prætereà infati-

ga-

ctus anno 1685. in Ecclesia Parochiali Bleich-
iniftica, iterum Ritu Romano Catholico cele-
>. dicti anni Reverendissimus Joannes Philip-
iganeus Spirensis in nostra Ecclesia Weissen-
ravit duo Altaria, Altare majus in Choro hono-
c Nicolai de Tolentino, Altare in Sacristia hono-
Monicæ.

Jodocus post multos labores Provinciæ impen-
Hæreticorum conversiones ad Fidem Orthodo-
a Parochiarum administrationem in locum de-
arii Grüber Herbipolim destinatus Prior vix me-
egit annum anhelans ad retributionem æternam
o 1687. Qui inserviebant Viro in sua lethali infirmi-
Jodocum omnino pudicum haud permisisse se tan-
e decessisse non vanè auspicabantur.

oc anno 1685. Exprovincialis & Prior Herbipolensis
Grüber, cùm apud Ducem & Principem Celsissimum
imum Joannem Godefridum de Illustri Guttenber-
e, qui Augustinianæ Familiæ præ cæteris patrocina-
arochiam & Gymnasium Münnerstadianum à RR. DD.
s per annos aliquot administratum, Nobis reconce-
citâsset, atque RR. PP. Carmelitis Neostadiensibus ad-
ione in hac parte factâ, aft denegatâ, adversantibus
isdam de Concilio Ecclesiastico Herbipolensi, nihilomi-
es prædicti P. M. Hilarii exaudiisset, hic gratiam Prin-
ncialí Schuckart denuntiaverat, qui absque mora capa-
ojectis & optimis Viris Stationes illas adimplevit atque
. Adeodato Ulrich S. T. D. Visitatore & Priore anteà La-
imodò cum Prioratu Münnerstadiano ejusdem Civitatis
præesset, ac pasceret oves concreditas. P. Hermanno
a antea excellente S. Theologiæ Lectore Herbipoli, quem
. Capitulum Intermedium Capellania haberet administra-
Pro instituenda juventute denominabat F. Angelum Hein-
drich,

drich, qui Rhetoricam, F. Hierony [illegible] m Schuckart, qui Poësin, F.
Augustinum Voith, qui Syntaxin, & [illegible] . Christophorum Glinzing,
qui Secundam sive minorem Syntaxi [illegible] profiteretur, quorum addu-
co nomina, eô quòd Primi hi fueri [illegible] Professores illius Gymnasii,
èquo tot jamjam prodière Viri Do [illegible] simi & in foro Ecclesiastico
æquè ac Sæculari Spectatissimi atqu [illegible] Amplissimi. Erat illo tem-
pore Gymnasium Münnerstadianun [illegible] prope Ecclesiam Parochia-
lem; postquàm verò altefatus Princ [illegible] s Godefridus incrementum
& diligentiam quoad Scholarum do [illegible] ionem vidisset, alioquin Or-
dini nostro beneficus super cellam [illegible] nariam in loco Nobis ad Mo-
nasterium pertinente mox inædifica [illegible] dis Scholis & Aulâ, tam pe-
cuniâ, & lignis, quàm aliis necessariis [illegible] ratiosissimè succurrit.

Idem Clementissimus Præsul [illegible] Ecclesiam nostram Herbipo-
lensem posteà anno 1687. in for [illegible] am, quam hodiernâ die
refert, Suis partim & Monasterii [illegible] sumptibus reduxit & ex-
struxit, spatio tamen de antiqua n [illegible] tra Ecclesia & præcipuè de
Choro valdè magnifico ad partem S [illegible] periorem, infra autem arcu-
ato ita, ut publicus transitus sub & p [illegible] illum, quo modo ad S. Bur-
chardum, ibidem patuerit, pro reg [illegible] lari platea applicato ac no-
bis adempto.

Provincialis Schuckart non i [illegible] termittit anno 1685. Patres
Diffinitorii Landavium conscribere [illegible] ro Capitulo Intermedio, & in
convocatoriis innuit, quatenus omne [illegible] Priores suorum P. P. Vocali-
um subscriptione munitas transmitta [illegible] ad Capitulum literas noti-
ficantes: quot Religiosos Fratres sive [illegible] Patres quilibet Conventus ex
reditibus suis & eleemosynis Fideliu [illegible] consuetis vel ex attentis al-
terutris temporum circumstantiis no [illegible] modò velit, sed servatâ regu-
lari ac Monasticâ frugalitate & medi [illegible] ritate alere, vestiréque pos-
sit, ut hâc ratione juxta Ss. Constit. po [illegible] cuivis Conventui numerus
conveniens Religiosorum constitui.

Dicto anno 1685. atque hoc te [illegible] pore Comitia Generalia ce-
lebrabantur Romæ, quibus tamen o [illegible] Capitulum Intermedium de
nostra Provincia nemo interfuit. Eli [illegible] gebatur in his Ordinis Comi-
tiis

ſtes Fulgentius Travallonius, ibíque plurima
o S. Ordine, quàm pro certis Regnis & Provin-
ır. Quæ pro notitia noſtræ Provinciæ juxta Ex-
poſteà imprimebantur etiam Colmariæ typis
10 1688.

ɪnſtantiæ Sacellum B. Mariæ Virginis in loco, ubi
ſtra fuit, ſumptibus Excellentiſſimi D. Commen-
fundamento cœptum eſt ædificari, & ſpecioſis
P. Auguſtini præſentantibus Magiſter pictoriæ ar-
tauder expenſis Militarium Officialium Eccleſi-
avit.

Chriſtophorus Schuckart triennali Provincialatûs
eto Capitulum Moguntiæ celebrandum indixit, ut
lis illo deponente ſufferret alter, donec iteratà ele-
t idem ad annum 1699, & finem hujus Sæculi, proùt
o,

LV.

TUS JEMMEL Lotharingus de Nanzæa cum Caro- Ab anno 1687 uſque ad 1690
onſtantiæ ad Ordinem Auguſtinianum admiſſus à Jo-
is, in Sacra Profeſſione anno 1658. emiſſa, Conventui
ſciſcebatur: talibus virtutum meritis brevì excelluit,
num, quo nomen dedit Religioni noſtræ, annum Col-
Conventum directioni ſuæ Spirituali haberet deman-
ratis vicibus Viſitator atque Diffinitor Provinciæ, in
is Moguntino ad annum 1670. Colmarienſi 1672. Fri-
Helvetia 1681. & 1684. optimè Superioris officia exe-
ıno 1687. toti Provinciæ Rheno-Suevicæ præeſſe jube-
ntiæ in Capitulo Provinciali ad eam dignitatem electus.
ſidens hujus Capituli fuit Eximius P. M. Exprovincialis
e Clerc, Decreta ſequentia: 1mum, ut nullus Frater dein-
. Presbyteratum promoveatur, qui accuratiſſimè cantum
n non calleat, omnésque Ceremonias & Rubricas ad tre-
ı Miſſæ Sacrificium ritè peragendum neceſſarias. Inſuper
ut

ut omnes conformes sint in celebratione Missæ, nec præcipitanter,
neque nimis morosè sacrificent. Et in omnibus Conventibus et-
jam parvis saltem bis in hebdomate habeatur explicatio Casuum
conscientiæ. 2dò, Commendatur caput 14. P. 6. Constitutio-
num. 3tiò, ut literæ consignentur sigillo Conventûs 4tò, ut Ven.
Diffinitorii Patres non ampliùs ad Capitulum Intermedium sump-
tibus Conventuum, in quibus degunt, sed Provinciæ, ob cujus com-
mune bonum conveniunt, imposterum proficiscantur. 5tò, ut
Priores ad Capitulum Provinciale venientes antiquum & novum
secum ferant Conventûs sui statum, benè & diligenter factum, spe-
cificantes debita, cum circumstantiis, à quo, cui, & propter
quid fuerint contracta, ita, ut si in Visitatione aliquid subticuisse
aut omisisse deprehendantur, absque dispensatione Officio priven-
tur, & Patres subscripti graviter puniantur, qui deberent ex com-
putis mensium habere notitiam. 6tò, ut à Choro exempti alios ad
Chorum destinatos non impediant, &c. 7timò, ut Conventus, qui
plures suscipiunt, etiam, si non sint studentes, illis provideant de
vestimentis necessariis. 8vò, conceditur Conventui Münnersta-
diano licentia vendendi domum, ut Scholas & cætera nostra
ædificia possit perficere. 9nò, ut omnes, qui in Gymnasio Mün-
nerstadii cum honore per quadriennium sua studia docendo absol-
verint, pro mercede & studio ad gradum Lectoratûs promovean-
tur. 10mò, quia ob locorum distantiam, variósque emergentes
casus Eximius P. Provincialis personaliter adesse non valeat, in sub-
sidium ejus denominatur pro Conventibus Imperio subjectis Vica-
rius Provincialis Eximius P. M. Adeodatus Ulrich.

Porro hoc anno 1687. die 29. Augusti Constantiæ majus Al-
tare de novo erectum à Reverendissimo D. Suffraganeo de Bodmann
fuit consecratum in honorem Ss. Apostolorum Petri & Pauli, ac
præcipuè S. P. Augustini, nec non S. Thomæ Villanovani & S. Ge-
orgii quos tres posteriores Icon Altaris belle repræsentat. Eodem
die ibidem in Sacello jam completè exstructo sumptibus Excel-
lentissimi D. Generalis & Commendantis de- & in Stadel Altare i

/irginis Annuntiatæ, necnon S.M. Monicæ, B.B.
lco & Ritæ de Caſſia ſacrabatur. Et die 8. Sep.
it miraculoſa Imago B. Mariæ Virginis ab Altari,
icolai, in novum Sacellum, præhabitâ Concione
dicatore S. I. Summæ Ædis de miraculis apud nos
enitrice patratis, ſolemníque Proceſſione cum to-
rſitate (quæ illo tempore de Friburgo Brisgojæ
manebat Conſtantiæ) nec non comitante Civita-
lmirabile fuerat, quòd, cùm indictâ jam Proceſſi-
ueret, etiam ante Concionem, eâ tamen finitâ cœ-
m quaſi detracto velo apparuerit, ut peripheria in
e præordinata peragi potuerit, pluviis die alterâ
de cœlo cadentibus. Ipſemet, qui hæc ſcribo, ex-
vidi aëris temperiem quaſi in momento mutatam,
animæ pro frugibus terræ, aut aliâ neceſſitate pre-
gine Beatæ Virginis fuderunt.

688. die 8. Auguſti Albertus Provincialis Capitulum
celebrabat Spiræ, ad quod omnes Priores jubebantur
s ab omnibus Patribus Conventûs ſubſcriptas & Si-
s, in quibus fidem facerent, qualiter Oratio mentalis,
ia in Capitulo Generali Romæ anno 1685. celebrato
Conventibus fuerint obſervata. Quæ autem in hac Con-
ſtatuta fuerunt, concernebant particulares ſolùm Per-

anno 1688. die 19. Octobr. occupata eſt Moguntia à Gal-
ero anno ſtatim per Supremum Cæſarei Exercitûs Com-
m Sereniſſimum Ducem Lotharingiæ poſt horribilem
ionem Metropolis iſta Electori ſuo reſtituta fuit. In ea
ine, ùt fieri ſolet, haud parum & Noſtri Moguntini angu-
r.

ſta erant Pentecoſtalia, dum anno 1689. Gallica Bellona
jus rei inſcio flammas vaſtatorias injecit Hagenoæ, Spiræ,
æ, aliiſque circa Rhenum & Inferiorem Palatinatum Civi-
tati-

tatibus & oppidis. Proût hodie adhuc magnifica Templa, quorum tristia duntaxat rudera supersunt, à spectantibus deplorantur.

De nostra Ecclesia Spirensi perdidimus in hac devastatione turrim & inferiorem partem Ecclesiæ, quam cum Monasterii interioribus & tectis ignis exussit, soloChoro relicto inconsumptóque. Et quoniam non nisi diem unum habuêre Patres nostri pro mora salvandi utensilia pro Sacris ac domesticis, multa hujusmodi mobilia cesserant igni. Inde litium iniquæ arrogationis Templi nostri de inferiore parte, quam Lutherani ad suas Conciones nobis semper reclamantibus usurpabant, ex re ampliùs non existente factus est finis.

Eodem anno Münnerstadii Scholarum domo convenientissimè exstructâ, Fratribúsque in doctione sua admodùm laudatis, Reverendissimus D. Abbas S. Benedicti ad Scotos Herbipoli inducebatur, ut duos sui Monasterii Alumnos Münnerstadium destinaret per Nostros imbuendos in Germanico idiomate & Philosophicis scientiis.

Anno 1690. Beatus Joannes à S. Facundo in Album Sanctorum solenni Canonizatione Romæ ab Alexandro VIII. Summo Pontifice relatus fuit, cujus festivitas Canonizationis sequente anno in Provinciæ nostræ Ecclesiis omni, quâ poterat veneratione ac celebritate per octiduum recolebatur.

Intereà elapsum fuit triennium Provinciali Alberto atque ut Provinciæ prospiceret de Successore eligendo in Conventu, quem Patres Vocales sine belli ex tunc debacchantis periculo accedere tutò possent, eosdem anno isto 1690. Friburgum ad Helvetos conscribit, ubi ab Officio absolutus, nihilominùs Vicarius Provincialis per Alsatiam, & Prior Conventûs Colmariensis destinabatur. Cúmque ad dictum Conventum è Comitiis pergeret, in via prope Bernamcolicâ correptus, quam Socius ejus P. Joannes Bonus Wanderkinder Prior Brisacensis lethalem advertit, ne apud Heterodoxos decederet, ægrè Friburgum Helvetiorum eundem reportari fecit, ubi tertiâ infirmitatis die apud Nostros piè obiit die 1. M[illegible] præfati anni 1690.

LVI.

JS ULRICH Regiscuriæ in Franconia natus,
tiniano Ordini nomen dedisset, ad Conventum Ab anno1690
n, sub P. M. Conrado Wagenhauser discipulus usque
tiarum studio eâ diligentiâ & fructu sese impendit, ad1693
phiam partim Friburgi Helvet. anno 1677. partim
ieinde Herbipoli Theologiam prælegendo & do-
r profiteri. Ad Baccalaureatûs & Magisterii gra-
Eximio P. Baccal. Hilario Gißübel assumptus est
ffinitor Provinciæ è Capitulo Lavingano anno 1681.
ncessit, ubi Magister Ascesin primùm Noviitis, dein-
m Theologiam Fratribus studentibus explanavit.
Prioris officio functus anno 1684. Lavingæ, brevi
re vocabatur Münnerstadium recens collatam ibi-
am cum Prioratu administraturus. Postquam verò inte-
ium in eodem Prioratu, administratione Parochiæ &
Scholarum respectivè Primus explêsset ad omnem om-
ctionem, communi Patrum Suffragio in Comitiis anno
urgi Nuithonum celebratis petitur & renuntiatur Pro-
ıb præsidio Eximii P. M. Exprovincialis Christophori

eta hujus Capituli fuerunt: 1mò, Ut omnia & Singula
rovincialis Moguntiæ anno 1687. habiti statuta, utpote
Capituli Generalis de anno 1685. Romæ celebrati prope
ia infallibiliter observentur. 2dò, Ut Decreta Provincia-
ipta in quolibet mense in quocunque Conventu semel præ-
r. Item statuit Ven. Diffinitorium 1mò, Ne quis de Actis
aribus aliquid revelet, donec Priores ad suos Conventus
aliter veniant, Actàque promulgentur. 2dò, Conventus
ilanus, Memminganus, & Oberndorffensis singulis annis pro
ous studentibus dent 30. Fl. Rhenanos: facit cuilibet in parti-
10. Fl. similiter Conventus Brisacensis, Friburgensis Brisgo-
Landaviensis dent singulis annis 15. Fl. facit 5. Fl. cuivis in

particulari quotannis. 3tiò, conceditur Monialibus ad S. Catharinam extra-Ordinarius Confessarius quater in anno, quod discretioni Prioris Constantiensis relinquitur. 4tò, servetur qualitas habitûs, ne quid ex lineis compareat. 5tùm est personale Decretum. 6tò, Ut in quocunque Conventu habitaverint Magistri Provinciæ de numero Senario acceptati, aut emeriti Exprovinciales, Priores illis de hypocausto calido, camera, socio servitore & omnibus aliis ad eorum necessitatem & honestatem requisitis sine querela provideant, debitâque observantiâ prosequantur.

Aliàs hoc tempore Erfurtensis Conventus quarto tractu regulariter ædificato quadratam formam accepit. Pars ista ad Occidentem vergens aliis in optima ordinatione, amplitudine & pulchritudine præcellit, quam industriâ suâ erexit Eximius P. M. Nicolaus Gull de Constantia, bonus Oeconomus & sedulus Prior Erfurti, & aliquando Diffinitor. Hunc unicum scio, qui Concionatorio munere insigniter functus Privilegia Concionatoris à Provincia hoc tempore nostro accepit, & in Universitate Erfurtensi S. Theologiæ Doctor, atque Magister Provinciæ evasit absque eo, quòd Sholasticam Theologiam unquam professus fuerit. Istius celeberrimi Viri effigiem Erfurtenses Nostri habent in loco Capituli.

Anno 1691. Constantiæ ædificium quoque versus hortum ad Septentrionem à fundamento noviter fuit erectum, quod 4053. florenorum sumptibus solidè ad regulas architectonicas sub tectum posuit A. R. P. Gelasius Roller Prior eo tempore ibidem. Hoc anno Adeodatus Provincialis Capitulum Intermedium celebravit Uttenwilæ, ubi præter personalia statuta assignati fuêre denuo Conventibus Lavingano & Gamundiano termini quæstæ circa aquas in Riess dictas.

Annus 1692. in nostra Provincia annonæ caritate atque bellorum furiis erat infestus. Wilanus Conventus à Gallis irruentibus in illam Imperialem Civitatem passus fuerat extremam calamitatem: Cœnobii Prior p. t. P. Honoratus Wolffrum terrore mortis non unâ vice à militibus perculsus, Conventuales suis vestibus despoliati, aliàque plura illata sunt damna.

An

M. Provincialis Adeodatus Sociis P. M. Carolo
Generali, & P. Gelasio Roller Discreto Provin-
ontendit, ubi in Comitiis ad Ordinis totius Re-
Antonius Pacinus de Ravenna. Româ redux
no ad Capitulum Provinciale Patres vocavit La-
n suum pro more & statutis Ordinis resignavit,
Conventûs Herbipolensis directionem, ibidem
ectum habemus ad arcem, de Monasterii horto
one. Postremos vitæ suæ dies consummavit in
s Münnerstadii, ubi piè in Domino obdormivit
1709. Fuerat hic Adeodatus staturâ procerus, fa-
itibus insignis, Ecclesiastes suo ævo celeberrimus,
n, omniúmque Suorum solatium & Pater.

LVII.

ROLLER Lauffenburgensis-Rauracus patriâ, Ab anno 1693
giosâ Constantiensis, in Philosophicis ac Theologi- usque
Friburgi Helvetiorum, ubi etiam Sacerdos initia- ad 1699
orio munere pro qualitatibus sibi competentibus
elluit, & Verbum Dei maximo cum fervore ad po-
avit. Magister Novitiorum Augustinianam nostram
nno 1681. Münnerstadii instituit in rebus Monasticis
ivendi methodo. Eum deinde anno 1684. Conven-
um vendicavit Priorem, Provincia anno 1687. Dis-
Roma Discretum Generalem atque Priorem Constan-
1692. vidit in Comitiis. Ibidem procuravit pro tota
ominicam in quolibet mense animabus purgatorii li-
vilegiatam, quam Constantiæ & Friburgi Helvetiorum
um devotione recolunt cujusvis mensis Dominicâ Pri-
tavit quoque ex Urbe partem magnam Crucis S. Mar-
eri, & integrum Os Brachii S. Modesti Mart. quas Reli-
tantiæ in Festis Nostri pro veneratione exponunt. Ge-
onstantiæ bene Præpositus, Provinciæ Rheno-Suevicæ
nendus eligitur anno 1693. Lavingæ.

Direxit hoc Capitulum vice Reverendissimi nostri P. M. Carolus Le Clerc, Diffinitores constituebantur Eximii PP. MM. Christophorus Schuckart, & Hermannus Hermann, RR. PP. Simplicianus Kilian, & Petrus Hebenstreid, Visitatores à priori triennio adhuc erant R. P. Nicolaus Adami & R. P. Onuphrius Schambach.

Decreta hujus Capituli volebant 1mò, Ut circa suscipiendos Laicos ad S. Ordinem deinceps observetur Decretum Alexandri VII. Papæ, scilicet: quòd non admittantur ante ætatis annum vigesimum completum, ad Professionem verò nonnisi post expletum ætatis annum vigesimum quintum. 2dò. Ne quis de Magnatibus vel Superioribus suis loquatur sine honore. 3tiò. Ne Superior Conventûs absque licentia in scriptis obtenta ab Eximio P. Provinciali quidquam ædificare aut demoliri præsumat sub pœna depositionis ab Officio. 4tò. Datur A.R.P. Provinciali facultas assignandi profitentibus locum Professionis pro suo libitu.

In hoc Capitulo propter belli tempora & Regis Galliarum mandatum RR. PP. Priores Friburgensis Brisgojæ, Brisacensis & Landaviensis confirmantur in Officio. Eximio P. M. Hermanno Hermann injuncta est à Ven. Diffinitorio revisio operum præclarissimi P. M. Augustini Gibbon p. m. quæ opera de novo Dillingæ subjiciebantur prælo. In Conventu Spirensi propter exustionem anteà factam hoc tempore non nisi duo, R. P. Sebastianus Werth & R. F. Antonius Hagenmüller constituebantur. Weissenburgensem Conventum non ita pridem recuperatum R. P. Christophorus Glinzing recuperare, & tectum Ecclesiæ superimponere sategit. In Rappolswilana Ecclesia nostra, in qua Fraternitas Cincturatorum die 4 Maji anno 1692. introducta est, etiam reconsecrata sunt quinque Altaria. Habet ista nostra Ecclesia Rappolswilana antiquam Imaginem B. Mariæ Virginis Dolorosæ Christum è Cruce depositum in sinu gestantis, quæ in magna ibi servatur veneratione. Imago hæc, antequàm in nostram posita fuit Ecclesiam, in sylva adjacente fuerat constituta, unde adhuc hodie ei nomen B. Mariæ Virginis ad Alnum. Et fertur, eam tempore belli Suecici injectam igni, nequ

in cineres abiisse. Habent etiam Nostri ibidem
:lesia è latere sinistro lapidem parieti imposi-
m Heroëm catafractâ armatum, cujus longitu-
lè Comitis de Hazstein, ad minus novem pedes
, qui absque dubio sepultus ibi jacuerit.
ie 9. Septembr. Gelasius Provincialis celebrabat
redium in Conventu Memmingano, in quo præ-
s particulares PP. Diffinitorii monebant omnes ac
put 13. p. 6. & circa cap. 3. Ss. Constit.
. Sicut & præcedentibus duobus annis annonæ ca-
remebamur. Vinum ac frumentum nonnisi sum-
lia erant. Lacus Bodamicus frigore insolito per
ante totus congelabatur, pedités que frequenter su-
aquas Marisburgo Constantiam ibant. Martis quo-
ia Sueviam præcipuè Würtenbergiam hoc tempore
iallis irruentibus in Civitatem Imperialem Wilam
ventûs Prior Honoratus Wolffrum devastationes, de-
; ac formidolosa mortis pericula passus est.
gæ verò apud Eminentissimum Moguntinum, ac Epi-
bergensem Lotharium Franciscum Illustrissimæ Fami-
nborn hoc tempore speciales favores ac gratias sibi e-
er P. Adeodatus Zovet Helvetus ob raram Matheseos
liasque præclaras dotes apprimè charus dicto Principi,
tas Confessiones audire solebat Bambergæ: ubi etiam
. in servitiis Principis vitam suam clausit. Sacras medi-
Religioso Zelo scripserat anno 1680. quæ habentur ma-
: Herbipoli in 8vo. sub titulo: *Panis quotidianus.*
no 1696. Provincialis Roller Comitia Provincialia cele-
adixit ad Conventum Lavinganum, in quo Officium trien-
gnans repetiit Conventum Constantiensem, cujus admini-
em in Prioratu susceperat, ex tunc Monasterii structuram
imare, ac potiora pro Ecclesiæ paramentis & ornamentis
rare satagebat, alter illius Conventûs Restaurator meritò ap-
pel-

tus est Carolus Le Clerc, quasi partes Cæsaris
s contra Regem teneret, in publicis etiam con-
oriosè loqueretur de Rege. Qui tamen axioma
rat, & suis etiam Capitulariter servandum incul-
otentatibus, dum sermo fit, non nisi quod lauda-
alitate loquendum esse. Nihilominùs iniquus de-
effecerat, ut arctiùs custodiendus Le Clerc duce-
s Castrum Friburgensis Fortalitii: rigidè exami-
ien in quopiam nocens inventus, ex consilio ami-
onfugit Parisios, certóque in Aula Regia Ministro,
oli Le Clerc à juventute & studiis humanioribus
dversam fortunam, innocentiámque suam Scriptis
cognitâ is à Rege liberationem è carcere, & pristini
onem procurat, impostore perpetuo carceri in poe-
risaci demandato. Atque ista accidêre, antequàm
e Clerc secundâ vice Provincialis nominabatur in di-
Lavingano anno 1696.

apitulum suo Præsidio direxit nomine Reverendissimi
us P. M. Adeodatus Ulrich, qui cum cæteris Ven. Diffi-
bus publicari fecit sequentia Decreta: 1mò. Ut, quo-
oso illthoc tempore quædam inobservantiæ irrepserunt,
a vindictam, & tam grave flagellum à cervicibus nostris
m Sacræ Constitutiones & Decreta accuratè serventur.
t de amotione Fratrum extra tempus Visitationis.
de Horis omnibus in Choro persolvendis. 4tò. Manda-
. Lectores Studiosorum profectui consulentes præter du-
ectionem quotidianam circulum quoque consuetum accu-
ant. Alia erant particularia circa quosdam Conventus.

nno 1697. felici fine quievit V. P. Jordanus Schmitt Amoe-
ensis, de quo à fide digno è nostris Senioribus audivi, quod
uper Dæmones de obsessis expellendos præcelluerit Lavin-
tam intactæ & inculpatæ vitæ, cui damnati Spiritus vix quid-
nali potuerant objicere.

Eodem anno in mense Septembri Eximius P. M. Provincialis Le Clerc Ven. Diffinitorii Patres pro Congregatione Intermedia præsentes habuit Uttenwilæ, in qua revocatum fuit in memoriam Decretum 1663. Lavingæ jam editum circa terminos quæstæ.

Anno sequente Provincialis Le Clerc per se & Commissarios suos apud Serenissimum Principem Palatinum pro recuperandis Cœnobiis Heidelbergensi & Alzeiano institit. Quod etiam annis posterioribus nempe 1718. & 1732. factum, sed frustrato, ùt indolemus, conatu. Tametsi Heidelbergenses adhuc Conventui Spirensi Capitale ac census quosdam propter certas Missas fundatas juxta tenorem literarum Spirensis Achivii debeant.

Isthoc anno 1698. die 27. Septembris Brachia S. Nicolai Tolentinatis nostri stillârunt Sanguinem, proximè futuri belli triste præsagium.

Anno 1699. M. Le Clerc Congressum Provincialem indicit Gamundiam, & Munere triennali absolutus Friburgensem Conventum pro subsistentia sibi elegit. Cúmque pietatis operibus ibidem intentus, etiam in bona senectute Jubilarius, alteras Deo Primitias ad Aram sacrâsset, postremùm in Conventu Brisacensi, cui affiliatus fuerat, ad tempus quiescens, ex eo ivit in domum æternitatis die 6. Aprilis anno 1718.

Ab anno 1699 usque ad 1702 Carolo Le Clerc successit, alterâ quoque vice ad Provincialitiam dignitatem assumptus, Eximius P. M. Christophorus Schuckart. Prælidebat dicto Capitulo Gamundiano 1699. A. R. P. Gelasius Roller. In isto Capitulo Ven. Diffinitorium non judicavit necessarium nova condere Decreta, sed accuratam duntaxat præteritorum Capitulorum, & Sac. Constitutionum observantiam sedulò ac seriò inculcavit.

Hoc anno die 29. Octobris P. Remigius Huscera priùs Diffinitor & modò Senior Provinciæ tanquam Confessarius Primus in Monasterio Monialium nostrarum ad S. Catharinam prope Constantia[m] possessionem sumpsit, quem uti & Successores ejus in victu & [ve]stitu pro tempore ægritudinis æquè ac sospitatis sustentare debe[a]nt.

Da-

Dabant antehac Moniales eunti illuc è Conventu Constantiensi Sacerdoti Ordinis quinquaginta florenos pro Missis Feria 6ta ex Fundatione legendis omni septimana. Nunc autem cum consensu Reverendissimi ac Gratiosi D. Commendatoris p. t. in Augia minore D. Baronis de Grandmont & Superiorum Provinciæ stabilem in ipso Monialium Cœnobio habet subsistentiam, quicunque Confessarius eisdem à Provincia designatur.

Eodem anno 1699. celebrata sunt Comitia Ordinis Bononiæ, sed de nostra Provincia neminem legi iisdem interfuisse hâc vice. Electus fuit ad Ordinis Regimen Nicolaus Seranus de Aquila rigidus & exactus Ss. Constitutionum observator, prout quædam ad nos rescripta non obscurè manifestabant.

Anno 1700. die 16. Septembris M. Provincialis Christophorus Congregationem Intermediam in Conventu Spirensi sustinet, cùm priùs Patres Landavium conscripsisset: quo autem in loco ob reingruentia bella Francica Capitulum celebrare haud poterant. In hac Congregatione Spirensi præter plura valde salutaria Statuta data quoque fuit numero quarto R. P. Priori Lavingano licentia contrahendi cum Dominis Civitatis ratione Missæ quotidianæ perpetuò legendæ in Hospitali ibidem pro 80. maltris frumenti. Et num 6. ut succurratur Conventibus Spirensi & Hagenoënsi à Gallis combustis, visum est Ven. Diffinitorii Patribus expedire, ut Conventus sequentes per modum eleemosynæ contribuerent ad eorum restaurationem: Moguntinus 10. Fl. Herbipolensis 15. Fl. Friburgensis Helvet. 15. Fl. Erfurtensis 10. Fl. Constantiensis 5. Fl. Brisacensis 12. Fl. Oberndorff. 20. Fl. Colmar. 10. Fl. Friburg. Brisg. 10. Fl. Lavingan. 9. Fl. Münnerstad. 6. Fl. Uttenwilan. 20. Fl. Gamund. 16. Fl. Memmingan. 20. Fl. Rappolswil. 8. Fl. Landav. 10. Fl. & adhuc unus Patronus 4. Fl. quæ omnia faciunt 200. Fl. in summa. Ex qua assignabantur Conventui Spirensi 130. Fl. & Hagenoënsi 70. Fl.

Anno 1701. inter alios P. P. diem suum obiêrunt Martinianus Mayer Rappolswilæ, & Remigius Husæra ad S. Catharinam, quorum

sum Prior aliquando grassante peste Erfurti animam posuit pro salute proximi, sed tamen illo tempore salvus evasit, Posterior de nostris Viris Primus Confessarius sepulturam accepit apud Moniales illas.

Anno 1702. Christophorus Schuckard Capitulum Provinciale cogit Oberndorffium, Officiúmque resignat, reliquum vitæ Moguntiæ Vocationi suæ studiosissimè impendens, tandem Jubilarius in Sacerdotio ibidem in Domino requiescit die 29. Maji anno 1714.

LVIII.

Ab anno 1702 usque ad 1704

HERMANNUS HERMANN Franco de Herbipoli fit Noster Religione anno 1672. Philosophiæ Studiis Moguntiæ, Theologiæ posteà Herbipoli applicatus adeo excellens evasit, ut deinceps Lector subtilis & acutus à literatis audierit: præcipuè autem in Disputationibus publicis sagax Dialecticus maximam semper reportavit laudem. In meritum suæ eruditionis promotus S. T. Doctor Senario Magistrorum Provinciæ numero adscriptus est anno 1691. quo etiam tempore Provinciali Adeodato fuit à Secretis Provinciæ. Eodem ferè tempore in recens accepta Münnerstadiensi Parochia Capellaniam administravit, simúlque Physicales scientias publicè professus est. Conventibus Lavingano & Gamundiano successivè Præpositus tam in Spiritualibus quàm temporalibus solicitè prospexit, Diffinitorem Provinciæ anno 1693. & Visitatorem 1699. egit. Tandem à Patribus Capitulariter Oberndorffii anno 1702. adunatis Provincialis longè dignissimus unanimi Suffragio electus est. Direxit suo Præsidio Capitulum istud A.R.P. Fortunatus Mohr, qui cum Diffinitoribus P. M. Angelo Heindrich, P. Onuphrio Schambach, P. Bartholomæo Faber, P. M. Christiano Baur, & Visitatoribus P. Gerardo Lübger, ac P. M. Francisco Saur sequentia fecit promulgari Decreta: 1mò. Cùm à 22. annis Provinciam visitare cessaverint Visitatores, velíntque Ss. Constitut. p. 3. c. 16. n. 1. ad marginem, ut servetur in hoc consuetudo: Eorundem tenori inhærentes declaramus, quòd imposterum ad solum Provincialem per se, vel per delegatos, si personaliter non possit, spectet visita-

ficare Provi... am. 2dò. Similiter cùm in variis Capitulis Pro-
vincialibus ...anserint, vix uno alteróve comparente, Conventuum
Discreti, ita, ut jam contrarius invaluerit usus, volumus & manda-
mus ad parc...endum sumptibus, aliísque obviandum incommodis,
ut nullus deinceps (juxta Ss. Constitut. p. 3. c. 14. n. 1. ad margi-
nem) eligatur seu mittatur ad Capitulum Provinciale Discretus.
3tiò. Renovamus Decretum Capituli Provincialis Friburgi Helvet.
celebrati anno 1690. circa reverentiam Magistris de numero Sena-
rio & Exprovincialibus exhibendam in Conventibus, in quibus eos
manere contigerit, iisdémque Magistris permittitur proprium Si-
gillum. 4tò. Locus Novitiatûs formalis determinatur Conventus
Oberndorffensis pro Clericis. 5tò. Lectores & Discipuli, ante-
quàm promoveantur ad studia, juxta Ss. Constit. examinentur à
duobus vel tribus Patribus ab Eximio P. M. Provinciali determi-
nandis juxta c. 10. p. 3. §. 1. n. 11. 6tò. Agitur de sumptibus pro ce-
lebrando Capitulo Intermedio solvendis. 7mò. Professione juni-
or...es, etiamsi à studio amoveantur, non debent in mensa præcedere
P...rofessione Seniores studentes. 9nò. R. & Eximio P. M. Provin-
...iali, Prioribus, sicut & RR. PP. Diffinitoribus tenentur omnes PP.
& FF. assurgere, ac debitam exhibere reverentiam. 10mò. Patri-
bus Ven. Diffinitorii, etsi non sint Magistri, provideatur de speciali
hypocausto calido. 11mò. Pro Habitu nigro de futuro dabuntur
sex floreni rhenani scilicet pro uno anno. In cæteris resolutioni-
bus datur Conventui Friburgensi Brisgojæ licentia, ut à seculari-
bus devastatæ vineæ denuo recolantur. Conventus Münnerstad.
licentiatur ad Bibliothecam & Wilanus ad ruinosam partem Mona-
sterii ædificandam.

Hoc anno Conventus Nostri Weissenburgensis & præcipuè
Landaviensis propter bellicos insultus multa debuerunt sustinere
pericula & nocumenta. P. Possidius Weidenbusch tempore obsi-
dionis Landaviensis in horto Monasterii globo tormentario ictus
occubuit, & Ecclesia cum turri haud parum ferreis explosionibus
fuit concussa à Cæsareis urbem expugnantibus. Quia ergò ob dif-
ficidia

sidia belligerantium P. Mgr Provincialis Alsatiam personaliter visitare non poterat, Suî Vicarium pro illis Conventibus destinavit R.P. Gerardum Lübger Priorem Landaviensem.

Anno 1703. P.M. Provincialis Hermannus Congregationem Intermediam celebrat Oberndorffii, in qua R.P. Fortunato Mohr Expræsidi datur licentia imprimendi libros ex idiomate italico in latinum à se translatos. Item Priori Rappolswilano ædificandi tectum novum Ecclesiæ.

His temporibus ob bellum Bavaricum Suevia multùm infestabatur. Ad Conventum Lavinganum in acie Höchstädiana frequens erat Boicorum Officialium, immò & Serenissimi Ducis Maximiliani accessus.

Anno 1704. Provincialis Hermannus triennio sui Muneris necdum completo Herbipoli hecticâ consumptus præmaturâ morte ætatis suæ annorum 48 nobis eripitur. Agoni proximus (ob sinistram infirmarii intelligentiam, ut scripta ac literas inutiles combureret, Frater Laicus librum de Sacramento Matrimonii, quem priùs scripserat Hermannus pro complenda Theologia Sacramentali P. Mgri Gibbon, quod dolemus, combussit) cum affectuosissimo amplexu Crucifixi, quem suum Bonum & Amorem tenuit, ac dixit, diem suum obiit 13. Maji istius anni.

Vixit hâc ætate P. Jacobus Haan, aliquando tanquam Sacellanus Aulicus, dein anno 1688. Parochus in servitiis Cellissimorum Principum Herbipolensium Joannis Godefridi de Guttenberg & Joannis Philippi de Greiffenclau. Ab isto, ut matri sororique suæ succurrere posset, obtinuerat Oxoviensis Parochiæ administrationem. Vir eruditus & comptus, antehac apud Nostros Lector & Magister promotus. Oxovio Eüerdorffium ad viliorem Parochiam mutatus, doluit novissimis diebus, quòd non manserit in Monasterio loco utique tutiore.

Optimi & omnibus numeris absoluti Superiores inter alios hoc tempore in pluribus successivè Conventibus æstimabantur R.P. Augustinus Voith de Münnerstadio S. T. Baccalaureus, Orator, Philo-

[illegible]heologus excellens, & R. P. Petrus Labhart de Con-
[illegible] candore animi ſpeciatim commendatus, de cujus in-
ſtantia, [illegible] ſundiana noſtra Eccleſia dicto anno 1704. in moder-
duſtria Ga[illegible] tabulato poſita erat
nam forma[illegible] redacta eſt: In antiquæ Eccleſiæ genibus nixi Eremi-
imago picta S. P. Auguſtini, cui ex uno latere inſcriptione tali:
tæ, ex altero Canonici Regulares cum

Ut docet iſte Pater, ſic debet vivere Frater
Deficiens proprio, caſtè, ſub imperio.

Obiit is Prior Gamundiæ anno 1706. Et à Nepote apud PP. Capu-
cinos [illegible]unc Novitio nunc Provinciali Franciſco Antonio Scherdi
precu[illegible]m ſuarum opem imploravit, ùt ab hoc ipſe audivi, cui noctur-
na monitio contigit, antequàm notitiam mortis acceperat.

LIX.

FORTUNATUS MOHR Belga Aquisgranenſis, affiliatus ab anno 1704 usque ad 1706
La[illegible]ingæ, partim ibidem, partim Herbipoli Studia ſuperiora abſol-
vit[illegible] ita in ſurculos Religio-
ni[illegible] Sicut erat pientiſſimus & exemplaris, Magiſter perquàm
f[illegible] ſuccum Monaſticæ vitæ utpote Novitiorum plurimos annos
[illegible]uctuosè inſtillavit. Exin activæ vitæ applicatus ſuſtinuit Regi-
[illegible]aluti animarum impendit, ac in bello Italico dura Stadel Pater Ca-
[illegible]minis Cæſarei ſub Excellentiſſimo D. Generali de Conſtantiæ, Sacelli
ſtrenſis. Dum in hoc munere ſubſiſtebat poſteà promovit. Prior Ut-
Mariani ſtructuram & ornamenta multùm Conventui tanto cum pro-
tenwilam anno 1696. deſtinatus, eidem ut ſuppetiis ejus
ventu & domeſticatione præfuit ultra ſexennium, ſolidum & re-
paulò poſteà ibi novum Monaſterium è lapidibus probè gna-
gulare Provincia viderit exſtructum. Italicæ linguæ in latinum trans-
rus ex hoc idiomate librum quendam aſceticum in Capitulo Pro-
vertit, quem typis ſubmittendi licentiam obtinuit, nescio quâ cauſâ, inter-
vinciali de anno 1703, impreſſione tamen, sublati Reverendiſſi-
miſſâ. In locum Hermanni Hermann morte de prudentia, zelo,
mus P. Generalis Nicolaus Seranus Fortunatum commendatum
dexteritate, ac rerum agendarum peritia maximè tanquam Re-
eo tempore Diffinitorem & Priorem Uttenwilanum Anno
ctorem Provinciæ Rheno-Suevicæ conſtituit.

Anno 1705. ad edictum pro Comitiis Generalibus Romæ celebrandis ipse Fortunatus Rector Provinciæ cum Diffinitore Generali M. Hieronymo Schuckart Romam pergebat, ibidémque pro electo Ordinis Capite Adeodato Nuzzi Suffragium dabat. Ex iisdem in Provinciam regressus de non ampliùs mittendis ad Capitula Provincialia Discretis Statutum Reverendissimi Patris reportavit.

Hoc anno 1705. debuisset Capitulum Provinciale celebrari in nostra Provincia; sed quia Rector Provincialis Fortunatus Romæ tunc temporis fuerat, uno anno desuper fuit dispensatum. Convocat igitur sequente anno 1706. Patres Vocem habentes Lavingam, ibidémque Comitiis præsidente R. P. Mariano Schürger, electus fuit in Priorem Provincialem ipse Fortunatus Mohr. In Diffinitores Eximii P. P. M. M. Carolus Le Clerc, Adeodatus Ulrich, Hieronymus Schuckart, & R. P. Sebastianus Werth. Decreta publicabantur sequentia:

1mò. Ad humilem instantiam Sororum Mantellatarum Friburgi Brisgojæ in Grünewald, Nostræ olim curæ commissarum & 38. annis Episcopo Constantiensi subjectarum, redire autem ad nos desiderantium, V.V. Patres Diffinitorii benevolè inclinati annuunt, quòd, si à Reverendissimo Ordinario licentiam ex se impetrare valeant, ad sinum Religionis recipi queant. 2dò. Cùm invenerimus, proficuum fore nostræ Provinciæ, ut communis quædam cassa ad utilitatem Conventuum indigentium erigatur, consultum censuimus, ut ex hæreditatibus Fratrum deinceps professionem emittentium quarta pars extradatur Provinciali pro tempore regenti, de qua nonnisi de consensu Patrum Diffinitorii disponere queat. Cessabit autem taxa assignata pro Fratribus Studentibus, dum prædicta cassa ad aliquem statum pervenerit. 3tiò. Cùm à multis annis in Provincia nostra vita communis, exercitia Spiritualia per octiduum annuatim, Oratio mentalis quotidiana, & cætera fuerint observata, volumus, ut in suo pristino vigore maneant & accuratissimè observentur, eò vel maximè, quòd in ultimo Capitulo Gene-

Generalis [illegible]is fuerint præscripta. 4tò. Ad profectum Christi Fidelium m[illegible]is promovendum hortamur & monemus omnes ac singulos Prov[illegible]nciæ nostræ Priores, quatenùs præter navatam hactenus operam, majorem superaddant, singulis diebus Dominicis & Festivis quosdam constituendo Confessarios, qui continuò in Confessionali sedeant, pœnitentium confessiones excepturi. 5tò. Renovamus Decretum Capituli Spirensis anno 1684. quo præcipitur, ut quilibet Prior librum accepti & dati de frumentis & vino conficiat, de iisque in Visitationibus, sicut & de pecuniis rationem reddere teneatur. 6tò. Renovatur Decretum Capituli Provincialis 1696. Lavingæ celebrati, de Lectionibus & Circulis observandis à PP. Lectoribus; De opportunâ quiete & silentio de nocte, atque, ut nullus maneat à communi mensa. 7timò Mandatur, ut Conventus, in quibus degunt, Magistris de numero Senario volentibus ire ad Capitulum, provideant de necessariis sumptibus. 8vò. Ob mutationem temporum, præliique & pecuniarum placuit Ven. Diffinitorii Patribus taxam Provinciæ & Jura Visitationis aliqualiter in quibusdam Conventibus innovare &c.

Tam utilibus Decretis Provinciæ incrementum vel maximè promovit Fortunatus. Unde & mœstitia ex morte ipsius in eodem, quo electus fuit Provincialis, anno 1706. eò magis Provinciam Rheno-Suevicam afflixit, quò majori dignus erat amore & longiori vitâ: Vir verè pius, Zelosus & exemplaris in omni conversatione. Obiit autem Herbipoli die 28. Augusti, ipso scilicet festo Magni Patris nostri Augustini, cujus erat genuinus Filius, sepulturam habet in Sacello Mortuorum. Fato Romam delato, Reverendissimus P. Generalis Adeodatus Nuzzi Rectorem dedit Eximium P. M. Hieronymum Schuckart.

LX.

HIERONYMUS SCHUCKART, Eichsfeldensis, nepos Christophori Schuckart, de quo supra diximus, è Novitiatu ad annum 1680. fit Filius Conventûs Erfurtensis: Philosophicarum Theologicarúmque scientiarum solida fundamenta posuit partim Herbipoli, Ab anno 1706 usque ad 1712.

Sacerdotio necdum initiatus inter qua-
poli, partim Moguntiæ, Gymnasio Münnerstadiano inferiora do-
tuor Primos, qui adepto est anno 1685 & posteà Rhetoricam,
cerent, Poësin professus Lavingæ, Gibbonis nostri opera prælegit
Aristotelem explanavit L. Herbipoli, eâ claritate, facilitate ac fructu
Erfurti, Constantiæ & Hereditin præmium meritorum Doctor Uni-
satisfaciendo Discipulis, uter Provinciæ crearetur. Novitiis intereà
versitatis Geranæ & Magistipia dedit anno 1696. Herbipoli, ubi fre-
etiam Religiosæ vitæ princbum Dei ad populum habuit insignis &
quenter ex constituto Vertor. Familiæ Erfurtensi iteratis vicibus
eloquentissimus Concionator Diffinitor Generalis cum A. R. P. Fortuna-
Prior & Antistes præfuit, Romam anno 1705. petiit, ibidémque ex dispu-
to Mohr Provinciali Romaibus publicis in Capitulo habitis ab Italis
tationibus & oppugnation am laudem & plausum recepit. Anno
profundæ scientiæ multam Eximii P. Fortunati Provincialis successit
1706. in locum defuncti Eximii Rheno-Suevicæ à Reverendissimo P.
tanquam Rector Provinciæ. Tempus erat, quo Congregatio-
Adeodato Nuzzi constitutus. Schuckart agere debuisset, sed ob
nem Intermediam Provincialis Provincia nostra devastabatur, à Reveren-
militares incursus, quêis Pro anno 1707. dispensatum fuit.
dissimo P. Generali pro hoc

Isto anno R. P. Marianus Schürger Zelosus Prior Ecclesiam Friburgensem Brisgojæ in forma, quam modò repræsentat, ad decorem construxit. Accidit autem huic bono Viro & Superiori infortunium, quòd

Anno 1708. cùm Ecclesiam in desiderata renovatione vidisset perfectam, Monasterium casuali incendio totus consternatus lugere debuerit in flammas abiisse. Non cessavit tamen idipsum reædificare beneficorum cùm Friburgensium, tum extraneorum ope ac subsidio; ea propter in Officio diutiùs manere jussus & confirmatus. Eodem anno R. P. Fulgentius Hüllmandel Prior Uttenwilanum Conventum è fundamento noviter, solidè & regulariter exstruxit unà cum Ecclesia, de qua duæ turres novæ pulchriorem reddunt Ecclesiæ conspectum.

Anno

1709. quo frigus horrendum, & hoc sæculo maximum
hyemali tempore omnes ferme arbores ac vineas exsiccavit, per
Convocatorias P. M. Hieronymus Rector Provinciæ Patres invitat
pro celebratione Capituli Provincialis Oberndorffium. Consti-
tuebat Reverendissimus P. Generalis Præsidem hujus Capituli
Provincialis Eximium P. M. Angelum Heindrich. Diffinitores eli-
gebantur post assumptionem Eximii P. M. Hieronymi pro Priore
Provinciali R. R. P. P. Baccal. Fulgentius Hüllmandel, Gerardus
Lübger, Marianus Schürger, Baccal. Crescentius Molitor & Anto-
nius Rhein, Visitatores fuerant R. R. P. P. Baccal. Augustinus Voith
& Augustinus Körber, quibuscum Præses Capituli Decreta sequen-
tia fecit promulgari:

1mò. Revocatur in memoriam Decretum Primum Capituli
Provincialis anno 1687 Moguntiæ celebrati, in quo districtè præci-
pitur, ut in omnibus Conventibus saltem semel per hebdomadam
Circuli casuistici inevitabiliter habeantur, útque Priores testimoni-
um de iisdem habitis ab omnibus Patribus Conventualibus subscrip-
tum ad Provinciale Capitulum secum portent Ven. Diffinitorio ex-
hibendum. 2dò. Renovatur Decretum Primum Capituli Provin-
cialis anno 1684 Spiræ celebrati, quo obligantur Priores, quatenus
in Conventibus sibi concreditis unum constituant Sacerdotem, qui
diebus Dominicis Laicos non tantùm in moribus informet, sed eti-
am & vel maximè præcepta scitu necessaria in ordine ad fidem &
Vocationem suam indefesse exponat. 3tiò. Ad conservandam re-
gularem disciplinam, subditorum modestiam, eorundémque debi-
tam erga Superiores reverentiam decernitur, ut hebdomadale Ca-
pitulum in omnibus Conventibus Provinciæ in Ss. Constit. p. 6. c. 1.
præscriptum accuratè observetur. 4tò. Monentur Suppriores
quorundam Conventuum, ne nimis timidi authoritate sibi à Ss. Con-
stit. par. 3. c. 9. concessa non utantur, sed ùt decet, Prioribus debitè
assistant & adjuvent, sicque Officio suo pleniùs satisfacere satagant.
5tò. Declarant Religiosos ab uno ad alium Conventum discedentes
novo Habitu nigro indutos, antiquum debere in Conventu, à quo dimit-

dimittuntur, relinquere, nec Sub quovis prætextu ullam amplius taxam posse prætendere. 6tò Diffinitorium pro itinere Romam faciendo Eximio P. Provinciali & Diffinitori Generali certam pecuniam addendam judicavit.

In hujus Capituli actis P. Carolus Klug Organista & Supprior Herbipoli accepit in commissis, ut quædam Musicalia pro sua laudata dexteritate componeret typis mandanda. Quod quidem Vir iste in Musica versatissimus præstitit compositionibus, de quibus nostri aliorúmque Religiosorum Chori adhuc hodie in suavisonantis Ecclesiæ vocibus Deum laudant; publici tamen juris per impressionem factæ non sunt. De bono hoc Patre ob suavem & modestum conversandi modum ubique grato, notabilis est indefessa succurrendi proximo in angustiis & infirmitatibus promptitudo, immò eum actui charitatis immortuum pene dixerim: Etenim vocatus ad quandam Domicellam Primæ Nobilitatis laborantem acutâ febri, cui in extremis astiterat, inde etiam similem morbum contraxit, quo & piè obiit anno 1723.

Cæterùm hâc ætate apud doctos & literatos in æstimatione fuerat R. P. Jacobus Forstall Ss. Theologiæ Baccalaureus, & aliquando Professor in Heidenfeld apud Canonicos Regulares, natione Hibernus. Cujus explicandi facilitatem & methodum argumentatoriam Discipuli haud satis mirari poterant. Horum plures cum tali profectu fecit assequi eruditionem, ut posteà in absolutos scientiarum Magistros evaserint: longiori tempore desideratus maturè è vita decessit anno 1712. Lavingæ.

Anno 1710. Hieronymus Provincialis mense Septembri in Conventu Wilano Congregationem Intermediam celebrat. Ubi in 1mo Decreto commendatur c. 13. p. 6. Constit. 2dò. Commendatur observatio Decretorum præteriti Capituli. 3tiò. Ut de Magnatibus nonnisi bene dicatur. 4tò Ut juxta Decretum quartum Capituli Lavingani de anno 1696. Lectores præter duplicem Lectionem quotidianam Circulum quoque consuetum, id est, ter in hebdomada (nisi occurrant Festivitates) accuratè teneant. 5tò. Ut con-

...eto octavo Capituli Lavingani anno 1696. ema-
...libet mense Decreta Generalia & Provincialia præ-

...nno Constantiæ devotio specialis erga Imaginem ...gulo ante portam nostram haberi incepit propter ...ilia ibidem percepta & impetrata. Dum Senex qui-...s capitis doloribus afflictus cereo capite sese Christo, præsentat, devovens statim liberatus est. Eodem fer-... puer ob debiles ac infirmas bases incedere non valens ...ca consolidatus fuit, ut firmus & fixus posthac incedere ... Eremum B. M. ...ecipuè peregrinantes Suevi Constantiâ Imaginem salutant: Et vi-...vetia ac- & recedentes devotè Imaginem salutant ... hùc confugiunt, pre-... in magnis necessitatibus & angustiis hùc confugiunt, affectuosissima, cum ...enter fundendo. Hæc Imago reverà affectuosissima, cum anno posteà 1742. festo ...populi concursu visa est à multis in anno posteà 1742. festo ...ionis S. Crucis movere oculos.

...nno 1711. Reverendissimus P. Generalis Adeodatus Nuzzi ...iaOrdinis indixit Romam, ad quæ P. M. Hieronymus Provinci-...entire cupiens, Sui Vicarium in Provincia pro tempore absentiæ ...constituebat R. P. Gelasium Roller Exprovincialem. Illo au-...in Urbe cum Diffinitore Generali R. P. Mariano Schürger pro-...ctione novi Antistitis Suffragium ferente, successit Adeodatus ...mmanticus à Fogiâ. In hoc Capitulo Generali per Diffinitores ...enerales Ordinis in puncto Visitationis Provinciæ à Visitatoribus ...jusdem nostræ Provinciæ Rheno-Suevicæ per triginta annos in-...ermissæ, et à solo Provinciali quotannis peractæ, contra Visitatores ...illam prætendentes Sententia & Rescriptum dabatur, in quo decer-...nitur, Patribus Visitatoribus Provinciæ Rheni & Sueviæ jus ipsam visitandi non competere, ratione longævæ consuetudinis in contra-...rium, ad tenorem Ss. Constit. nostrarum.

Floruit hoc tempore in nostris etiam terris notissimus, nempe Illustrissimus ac Reverendissimus P. Petrus Lambertus Le Drou ex Ordine Augustiniano Eremitico, Episcopus Porphyriensis, Sacrarii Apo-

Apostolici præfectus, Cathedralis Ecclesiæ Leodiensis Canonicus Pœnitentiarius, ad S. Stephanum Moguntiæ Præpositus, qui dissertationes 4. de contritione & attritione nervosissimè conscripsit, & in iis initialem amorem ad attritionem requisitum defendit. Hic liber apud superioris Germaniæ Theologos & præcipuè Patres Societatis sinistro oculo legebatur, nisusque est R. D. Michel Canonicus Regularis eum refutare. Sed, dum isti noster Lambertus Le Drou confutationes vindicias superscripserat, in quibus magis adhuc veritatem elucidat, & honorem inhumanè vellicatum Religiosâ & Episcopali lenitate ac modestiâ tuetur, nec is, nec alius audebit ampliùs calamum acuere contra Sacratum Virum, & librum celeberrimum probatissimúmque.

Anno 1712. Eximius P. M. Provincialis Hieronymus Schuckart die 15. Aprilis Capitulum in Conventu Wilano celebrare constituit. Ubi, cùm literæ pro Præside à Reverendissimo nostro Generali assignando emansissent, Primus Diffinitor prioris Capituli R. P. Baccalaureus Crescentius Molitor hoc munus in se suscepit. Hieronymus autem resignato Officio, quod ferme per sexennium continuârat, aliquot annis degebat Moguntiæ, deinde Erfurtensem repetens Conventum, ubi præcipuè ob solidam doctrinam in maxima apud literatos semper habebatur æstimatione, iteratis vicibus Sacræ Facultatis in Gerana Universitate Decanus & Prior illius Conventûs nostri. De isthoc Hieronymo notum est, quòd faceto indifferentéque discurrendi more in publicis Conventionibus apud extraneos, ad quos hîc & nunc invitatus erat, sæpiùs simili occasione, quâ absentûm actus & fama in mensis corroduntur, proximum servârit incontaminatum. Admirandum quoque specialiter, quòd Vir iste septuagenario major subtiles species tam Theologicas, quàm Philosophicas tam fundamentaliter adhuc tenuerit memoriâ, quàm acutè vix junior similes habere potest. Ejus prudentiâ Erfurti utebatur aliquando Eminentissimus Elector Moguntinus in causa querelarum adversùs Abbatem in Monte S. Petri motarum, satisfecítque commissione suâ ita, ut dissidentes unirentur ad con-

cor-

...m. Jubilæo Sacerdotii anno 1734. in præsentia ...ismundi Büttner Provincialis, quem ille quondam ...antecessor ad Ordinem Augustinianum susceperat, ...es ad Aram quàm devotissimè consecrabat, piissimè ...nus die 3. Junii anno 1741. ante obitum rogavit, ut ...d Conventus Provinciæ, quatenus, si quem tempore ...us sui contristâsset, is veniam illi humillimè petenti ve-...

LXI.

Ab anno 1712 usque ad 1715

...ISTOPHORUS Lößger natus Hagiopoli in Eichs-... ...ulum relinquendo ad Eremum Augustinianam confugit ...3 Herbipolim, Religionis ibidem ponendo tyrocinium. ...s Studiis Moguntiæ, ubi Sacerdotalem Ordinem suscepit ...87 actus Religiosæ paupertatis in colligendis piorum elee-... ...s pro dicto Conventu humiliter exercuit ad alterum annum, ...atus dein doctioni primùm in eadem Moguntia Casus con-... ...iæ anno 1691. Ex tunc Philosophiam Münnerstadii anno ..., & Friburgi Brisgojæ anno 1697. posteà ibidem exspectato ...ectu Theologiam prælegit & explanavit. In præmium Bacca-... ...catûs & Magisterii insignibus anno 1702. decoratus unà cum ...imiis PP. Lectoribus Christiano Baur & Francisco Saur. Fami-... ...m Moguntinam anno 1709. amore paterno & discretione maxi-... ...à gubernavit, priusquàm anno 1712. in Synodo Wilana Provin-... ...iæ Rheno-Suevicæ cura ipsi Christophoro demandaretur.

In hac Synodo Provinciali nomine Reverendissimi P. Gene-ralis præsedit A. R. P. Baccal. Crescentius Molitor, uti jam memini-mus. Præter absolutum & neoelectum Provincialem assidebant Diffinitores RR. PP. Andreas Schade, Augustinus Körber, Joannes Freisleben, Baccal. Marianus Goth, duo Visitatores Eximii PP. MM. Christianus Baur & Franciscus Saur. His videbatur conveniens, pro hac vice nova non condere Decreta, sed solummodò omnium tam in præteritis Capitulis Generalibus, quàm Provincialibus salu-berrimè emanatorum & Ss. Constitutionum exactam observantiam omnibus seriò inculcare.

Ex

Ex hujus Capituli dispositionibus aliàs colligitur, à R. P. Priore Hilario Pfeiffer in Monasterio Wilano, & ab Eximio P. M. Priore Francisco Saur in Herbipolensi partem aliquam de novo fuisse hoc tempore ædificatam. Vicarius Provincialis per Alsatiam constituebatur A. R. P. Augustinus Körber, Prior simul Brisaci. Quæ Civitas pro tunc adhuc erat sub regimine ac potestate Christianissimi Regis Galliarum.

Quod verò æternâ memoriâ dignum est rescire: Eodem anno noster P. Jordanus Boxberger de Herbipoli, Vir exemplaris & probæ vitæ, Concionator fervidus & satis doctus Serenissimum Principem Würtenbergiæ Alexandrum Landavii tunc temporis Gubernatorem Cæsareum in principiis Orthodoxæ Fidei Romanæ imbuit, eidémque in nostra Ecclesia post emissam Professionem Fidei ejuratâ hæresi Lutheranâ Sacram Synaxin Catholico ritu primùm dedit. Quod dicto anno 1712. die 28. Octobris contigerat. Quapropter Augustinianis ceu Ministris Christi ad specialem gloriam cedit, quòd in his Würtenbergiæ terris Religio Catholica, quam gloriosus ille Princeps Alexander posteriori tempore ejusdem Ducatûs hæres ac Dominus pedetentim introducere satagebat, sed morte præoccupatus haud valuit, in Conjuge Principissa, & Filiis Catholicè educatis speretur reflorescere.

Prætereà iste annus 1712. uberrimum & optimæ qualitatis habuit autumnum, adeò, ut pro retinendo musto defecerint vasa, ipso propterea vino cariora.

Anno 1713. Eximius P. M. Provincialis Lübger Congregationem Intermediam celebrabat Gamundiæ, ubi Diffinitorium imò Lectores commonebat Decreti 4ti an. 1696. Lavingæ emanati. 2dò. P. M. Christiano Baur Priori Memmingano & Visitatori Provinciæ dabatur commissio ineundæ amicabilis compositionis cum Reverendissimo D. Abbate in Marckthal in causa Conventûs Uttenwilani.

Eodem tempore & anno 1713. Landaviense Fortalitium post gravem obsidionem iterum à Cæsareis transiit ad Gallos, ubi haud exiguas calamitates patiebatur Conventus illius loci. Quod ipsum

mentabiliter nostris Brisgojæ Friburgensibus; cto & occupato Gallorum arma in Brisgojam testati Franciæ se Friburgum subdere cogebatis Badense in Ergavia anno 1715, initum. Ubi a & Brisacum Austriaco Cæsari, Landavium verò anissimo Galliarum Regi. Provincialis Lübger obtinet Cæremoniale Ordiod Reverendissimus P. Generalis Adeodatus Sumitate & conformitate Rituum in Ordine Augustinirum & in Ecclesia observandorum colligi fecit, atmnium Provinciarum Conventus misit, præcipienræfatione cuilibet P. Provinciali, ut in Provincia sibi os Cæremoniarum Magistros, Viros graves sapienat, à quibus super Ecclesiasticas Cæremonias juveneantur examinari, antequàm ad Sacros præsertim ant. Qui verò Sacros Ritus non callere fuerit depres dimissorialibus, ùt vocant, omnino frustretur: dedecet ancta promoveri, quos Sacra vel delibâsse non pudet. Sunt Reverendissimi Patris.

1715. in Comitiis Gamundiam conscriptis Provinciphorus triennale Officium pro more resignavit. Expartim Erfurti, partim Moguntiæ Conventibus succesexactissimus in Cæremoniis aliquale compendium caoguntiæ conscripsit, typis tamen non demandatum. annis asthmate, doloribus pedum, aliisque infirmitatiafflictus, patientiæ tamen specimen Fratribus eum visiugiter exhibuit, & à Sacrificiis Deo offerendis non abstifrigidissimo hyemis tempore, atque ægro corpore, donec cus & impotens factus erat. Septuagenario Senior piè anno 1735 die 27 Junii quiescit Moguntiæ in Choro.

LXII.

HRISTIANUS BAUR ab EISENEK hujus nominis nobili itus celebri Familiâ natus anno 1663 Kizingæ ad Mœnum, ab anno 1715 usque ingres. ad 1718.

Uu

ingressus est Ordinem Augustinianum anno 1680. Philosophiam Uttenwilæ sub Adeodato Ulrich, Theologiam Herbipoli anno 1684 sub Hermanno Hermann absolvit. Exinde Professor Humaniorum Scholarum Münnerstadii anno 1687 cursum incipiens, eo confecto Philosophiam ibidem sæcularibus studiosis prælegit Supprior simul illius Conventûs. Altiores Theologiæ scientias partim Oberndorffii, partim Lavingæ Fratres docuit Baccalaureus primùm, deinde Magister S. T. creatus Friburgi Brisgojæ. Diffinitor Provinciæ assumptus est ad initium hujus sæculi anno 1702. Socius Provincialis collustravit Provinciam anno 1706. Deinde Prior Memmingæ constitutus anno 1709. ad plures annos prudentiâ, mansuetudine & amore Conventum illum gubernavit, ipsis etiam Acatholicis illius Civitatis ob vitæ religiosæ modestiam junctamque morum gravitatem apprimè charus. Quando M. Christophorus Lübger pro seligendo Successore Capitulum Provinciale in anno 1715. Gamundiam convocarat, in eodem Christianus Baur Clavum Provinciæ dirigere cœpit omnium Suffragiis petitus, utpote jam anteà ad hoc Officium dignissimus.

Præsedit nomine Reverendissimi nostri huic Capitulo Eximius P. M. Hieronymus Schuckart, Diffinitores erant R.R. P.P. Onuphrius Schambach, Marianus Schürger, Profuturus Fütterer & Antonius Röttelin. Nova Decreta hâc vice Capitulum non condidit, sed solummodò omnium tam in præteritis Capitulis Generalibus quàm Provincialibus saluberrimè emanatorum, & Ss. Constitutionum nostrarum exactam observantiam omnibus inculcavit, exceptis quibusdam particularibus unum alterúmve concernentibus.

Hoc tempore in Spirensi Cœnobio tractus vergens ad Occidentem sub Baccal. Priore R. P. Adeodato Göbell fuit à fundamento noviter erectus. Similiter Rappolswilanus Conventus sub Priore Zeloso R. P. Ferdinando Gunz in structuris accepit perfectionem.

Anno 1716. Eximius P. M. Provincialis Christianus Congregationem Intermediam celebrat Spiræ, in qua resolutiones hæ pub-

licabantur [illegible] pe: imò, Affiliantur omnes Patres & Fratres totius Provinci[illegible] iis Conventibus, quibus secundùm locum nativum & patriam sui[illegible]t proximiores. 2dò. Conventui Herbipolensi datur licentia pro majori utilitate sua permutandi fundum alicujus horti, in quo erectum est Monasterium Monialium S. Benedicti cum alio fundo, & tractandi cum Magistratu ibidem ratione ejusdem æquivalentis pro spatio ad publicam plateam applicato. 3tiò. R. P. Priori Brisacensi, qui tunc erat P. Gelasius Körber, datur licentia dejiciendi antiquum ruinosum & inchoandi novum ædificium cum una tantùm serie cellarum.

Eodem anno Reverendissimus P. Generalis Adeodatus Summanticus ad Comitia Ordinis altero anno celebranda invitabat per literas omnium Provinciarum Patres Vocales. Verùm quia ipso Anno 1717. Summus Pontifex Clemens XI. per se constituerat Vicarium Generalem P. M. Franciscum Mariam Querni Pratensem, ideo noster P. M. Provincialis & M. Christophorus Lübger Diffinitor atque P. Josephus Bassing Discretus Generalis Romam non contendebant.

Hoc anno per octiduum Constantiæ maximâ solemnitate Jubilæum nostræ Archiconfraternitatis Cincturatorum celebrabatur, cujus Protector pro sui regiminis tempore scribi voluit, & reverà esse ipso opere ostendit Reverendissimus S. R. I. Abbas in Salem Stephanus, singulari devotione Mariæ Virgini addictus Zelator solemnitati præsens, & suis Officiis eandem honorans. Patres nostri Conventûs ibidem secundùm ordinem indies Concionem ad pium populum habuerunt, & per hoc octiduum mille quadringenti homines sunt inscripti ad Archiconfraternitatem.

Anno 1718. Eximius P. M. Christianus Baur in Capitulo Oberndorffii celebrato triennale Munus resignat, & absolutus Memmingæ figit incolatum suum, denuo post aliquot annos, proût dicetur, præficiendus Provinciæ.

LXIII.

FRANCISCUS SAUR de Carlstadio prope Herbipolim natus Ab anno 1718

usque ad 1722 tus, juvenis septendecim annorum ingressus est Ordinem Augustinianum anno 1683. Sub disciplina Zelosi Patris Prosperi Ebert Religiosæ primùm vitæ documenta, dein sub eodem Philosophiam Herbipoli, ac posteà Moguntiæ Theologiam sub M. Hieronymo Schuckart edoctus in pietate & scientia præ cæteris suis coætaneis profecit. Inferiores Scholas in Gymnasio Münnerstadiensi cum laude & fructu per quadriennium profitendo, fit deinde ibidem Lector Philosophiæ anno 1695. Easdem scientias naturales alterâ vice Friburgi Helvet. Discipulis explicavit, & tum illic, tum Herbipoli Theologicas Ordinis Cathedras conscendit. Intereà etiam Novitiorum Magister pietatis ac Religionis principia communicando. Provinciali Hermanno ad Visitationes Socius Doctoralia Facultatis Sacræ insignia cum Christophoro Lübger & Christiano Baur Friburgi Brisgojæ meruit obtinere anno 1702. Conventui Herbipolensi verbo & exemplo prælucere cepit anno 1706. in quo Conventu Primas tenuit usque ad annum 1718, intra hoc tempus repetitâ vice Visitator Provinciæ. Ita autem Superior Conventuales suos dirigebat, ut mansuetâ mediocritate nec excessus admitteret, nec defectus disciplinæ Monasticæ pateretur. Partem Monasterii, quæ contigua est plateæ S. Joannis, ad unam contignationem altiùs erexit: aliàs solitudinis & florum hortensium amator, plùs egit intra claustrum & cellam pro pietate, quàm alii plausibilia inter forenses.

Anno 1718. in Synodo Provinciali Oberndorffii coacta M. Franciscus Saur omnium votis Christiano succedere jubetur. Capitulum istud direxit suo Præsidio nomine Reverendissimi P. M. Generalis Eximius P. M. Christophorus Lübger, Diffinitores erant M. Hieronymus Schuckart, M. Marianus Goth, P. Fulgentius Jäger & P. Gelasius Körber, Visitatores Onuphrius Schambach & Philippus Baur. Decreta nova non statuebant Patres, sed in Actis duntaxat monebant pro functione Parochiarum expositos: quatenus singulis mensibus saltem semel in Capitulo Prioris compareant. Igitur Franciscus Provincialis exactus in Visitationibus Comite P. M. Ale-

M. Amandus Sambhaber Secretario suo nihil intermittit eorum, quæ Religiosa integritas & Officii solertia popoſcerat.

In diebus istis Conventus Uttenwilanus tricis & vexis per subditos Mareckhalenses quasi obruebatur, sibimet ipsis jus dicentes violenter ahenum praxandæ cerevisiæ in nostris officinis confringunt. Quamobrem R. P. Josephus Bassing Prior illius Conventûs nostri Oenipontum abiit commissionem petendo, sicut & obtinuit. Auditis juribus & querelis compositio facta est per Commissarium L. B. de Landsee. Ex qua præter alia salvum nobis remansit jus praxandæ cerevisiæ. Cætera hujus processûs, Actorum copiam, servat Archivium Provinciæ Herbipoli.

Anno 1719. M. Provincialis Franciscus Saur Congregationem Intermediam mense Septembri celebrat Lavingæ. In ea Ven. Diffinitorium præcepit PP. & FF. Alsatis ac Helvetis in Cœnobio Landavi ensi constitutis, quatenus addiscant linguam gallicam, ut possint esse qualificati ad servitia Christianissimæ Regiæ Majestatis. Nam ibidem Hospitale Regium tanquam Sacellani à quibusdam annis jam administrabamus.

Istis & anterioribus annis R. P. Joannes Freisleben Prior Lavinganus occupatus erat in ædificanda nostra Ecclesia, quæ piorum eleemosynis, & quibusdam Fratrum hæreditatibus in magno decore venit sub conspectum. Idem moderatis ac facetis agendi modis rem eò per Benefactores perduxit, ut etiam Monasterii è fundamento erectio ex aliqua parte ejusdem studio & solertiæ sit potissimùm adscribenda: plena tamen ædificatio Monasterii illius deinde Successori suo (obiit enim ex hac vita Joannes Freisleben anno 1727.) R. P. Placido Weber tanquam Superiori optimo & prudentissimo Oeconomo istius Conventûs debetur.

Porro hic annus 1719, sicut & immediatè præcedens, in frumento ac præcipuè in vino uberes, & bonæ qualitatis fuerunt.

Anno 1720 Clemens XI. Pont. Max. in locum Reverendissimi P. Francisci Mariæ Querni Vicarii Generalis iteratis precibus à Sua Sanctitate Generalatûs renunciationem flagitantis & exauditi Superi-

periorem Generalem constituit ac deputat P. M. Adeodatum Nuzzi. Cùm verò hic eodem anno adhuc evocaretur ad æternam felicitatem, iterum Pontificiâ Authoritate totius Ordinis gubernium demandatum fuit Eximio P. M. Thomæ Cervioni, anteà Ordinis Secretario, & novissimè Procuratori. Convocat hic Vicarius Generalis ad jussa Suæ Sanctitatis pro celebrando Capitulo Generali Patres Vocales anno 1721. Romam. Et quoniam hoc ipso anno utpote triennali Officio completo P. M. Franciscus Saur Provincialis in nostris terris Capitulum pro deligendo Successore debuisset celebrare, desuper prolongationem Muneris ad unum annum obtinens, petit ad Ordinis Comitia Urbem cum Eximio P. M. Mariano Goth Diffinitore Generali, relinquendo in absentia sua Vicarium, ad quem in necessitate Patres ac Fratres confugerent, amandissimum P. Provincialem absolutum Christianum Baur. Eligebatur autem in isthoc Ordinis Conventu pro Generali ipsus anteà à Sua Sanctitate jam constitutus Vicarius Generalis P. M. Thomas Cervioni Ilcinensis.

Anno hoc 1721. Herbipoli Confraternitas Cincturatorum sub invocatione B. M. V. de Consolatione instituebatur. Obstacula ponere quidam etiam Religiosi alterius Ordinis ibidem laborabant: Imaginem sculptam Beatæ exponere & circumferre in Ecclesia etiam Ecclesiastici difficulter concedebant: his tamen in contrarium nihil evincentibus nunc in maximo flore ac devotione nostra Sacra Confraternitas Herbipoli viget, Conventûsque incrementa majori Deiparæ Venerationi nunc ibi celebratæ adscribimus.

Anno immediatè sequente etiam Moguntiæ illa ipsa Confraternitas nostra Institutionis suæ habuit exordium. Brevique tempore majorem quoque florem sumpsit propter multipliciora Privilegia & Indulgentias, quàm aliæ priùs institutæ Fraternitates habent.

Circa hoc tempus Moguntiæ Capella ad formam Einsidlensis ædificata fuit. In qua specialem cultum Beatissimæ Virgini ibidem exhibent devotæ animæ singulis Feriis 4tis post Vesperas cantando Litanias & *Salve Regina* in lingua vernacula, darique solet Benedictio cum Sanctissimo. Similiter his annis Sacrum Angelicum sin-

gu-

horâ nonâ cantari solitum cum expositione Sa-
nti ab Illustri & Gratiosa Domina Baronessa de
datum fuit. Quod figurali, ut vocant, musicâ
n hujus artis peritorum provisionem celebraré
tamen obligationis est, sed solus Choralis Cantus

die 12. Martii obiit P. Joannes Emons Mastrichii
gi Brisgojæ, ubi Senior Conventûs fuerat, denatus.
us pauper, qui, cùm actibus Religiosæ mendicitatis
& canis annis fuisset intentus, nihil omnino sibi, sed
terio asportavit, omnibus incolis Friburgi charus,
essiones suas Sacramentales ipsi concredebant. Ut piè
em finem meruit. Nam prope moriturus à Fratre in-
erviente, proùt piè jusserat, ad humum & stramineum
us in osculo Crucifixi piè obiit. Et erat visu admirabi-
ùm post novem annos sepulchrum ejus aperiretur, ad-
orruptum & integrum corpus jacuerit, ac si fuisset modo
datum.

erùm hoc anno 1722. M. Franciscus Saur Provincialis,
uisset quatuor annis, Capitulum Provinciale iterum con-
vingam. Et in eodem pro more absolutus, breves adhuc
oloribus & infirmitatibus peragit, piéque post Generalem
onem peccatorum R. P. Sigismundo Büttner tunc Lectori
olensi factam, in amplexu Crucis obit Carlstadii in domo
a, mortui funus Herbipolim delatum, ibidem quiescit in
a.

LXIIII.

MARIANUS GOTH primam lucem aspexit Münnerstadii, Ab anno 1722 usque ad 1725
nem Augustinianum post Humaniora egregio studio apud No-
s ibidem absoluta ingressus est Lavingæ anno 1693. E Domo
bationis Philosophicis scientiis imbuendus tradebatur Fribur-
Helvetiorum R. P. Christiano Baur. Inde Theologiam adiit La-
gæ sub Magisterio Eximii P. Angeli Heindrich ad annum 1696.
Cùm

Cúmque præstantissimas naturæ dotes virtutibus ac scientiis multùm jam jam in junioribus annis excoluisset, Scholam Philosophicam prælectionibus suis aperuit Oberndorffii primùm anno 1702. Venit exinde Friburgum Brisgojæ, Theologicas subtilitates ac Difficultates facillimâ methodo discipulis Fratribus explanando ac dissolvendo. Unde & in eadem celeberrima Universitate optimè meritus insigni Laureâ Doctorali præmiabatur anno 1713. Fuit Secretarius Provincialis Hieronymi Schuckart, & Diffinitor in Capitulo annis 1712. & 1718. Conventibus Erfurtensi, deinde Herbipolensi cum maximo honore præfuit: quando in illa Gerana Universitate Sacros Canones publicè cum Prioratûs munere professus erat, tantam sibi etiam ab Acatholicis acquisivit laudem doctrinæ, ut ejus mentem & sententias quasdam Canonici juris vel ipsi etiam palam, & in scriptis referrent. Erat quoque ob exquisitissimum Concionandi genus tam excellens, ut nihil omnino in hac dicendi arte in eo amplius desiderandum. Nam in suis declamationibus ad populum ultra quatuor annos ordinariè habitis Erfurti, & extraordinariè Herbipoli verbis selectis disertus, etiam canorâ voce, vultúque ac cæteris corporis gestibus & motibus ad rem summè erat accommodatus. Quare factum est, ut audito hoc Concionante mirabundi ejus egregias dotes prædicarent plurimi, & cùm hominis viderent habitum morum, & quandam indolem in oculis ac vultu minimè vulgarem, & in eo Ordinem magni faciebant. Ob singularem super, cum, & affabilitatem cum Religiosa gravitate junctam acceptissimus apud Principes ac Magnates, & præcipuè apud Eminentissimum Archipræsulem Moguntinum Lotharium de Schönborn (si supervixisset Marianus vacantem dignitatem Pro-Præsulatûs) procul dubio ab eodem Mitram adeptus esset, sicut ejusmodi favorem non semel altefatus Elector in discursu palam fecit. Intereà quoque Marianus, cùm Generalibus Comitiis anno 1721 tanquam Diffinitor interfuisset, præprimis æstimatus à Reverendissimo P. Thoma Cervioni, parum abfuit, ut pro Assistentia Germaniæ mansisset in Urbe. Sed desideratus, ut propior Rheni & Sueviæ Provinciam gubernaret.

Anno

a in Capitulo Provinciali Lavingæ congregato,
nscriptorum Suffragio electus fuit Provincialis.
ssimi Capitulariter præsedit Eximius P.M. Chri-
neck, Diffinitores erant Eximii P. P. M.M.
& Alexander Samhaber, R. R. P. P. Alexius Hüll-
nus Weiss. Decreta nova non statuebantur, sed
Ss. Constitutionum, reliquorúmque Decretorum
quàm Provincialium accurata observantia. Vi-
ntur Eximius P. M. Exprovincialis Hieronymus
P. Hilarius Balling.

Illust. Comes de Bourg Commendans Argentinæ
gium Suæ Christianissimæ Majestatis exhibuit, tenore
batur, ut omnes Priores & Suppriores, qui non sunt
egis, quamprimùm ex Alsatia mutarentur, & in eo-
egii subditi substituerentur. Ex quo usque ad nostrum
tempus factum est, quòd in Conventibus Alsatiæ aut
ut naturalisati Alsatæ præfuerint. Nominabatur pro
d annum prædictum Vicarius Provincialis R.P. Bona-
eck.

o 1723 Eximius P. M. Provincialis Marianus scribit Ro-
dispensatione super Capitulo Intermedio ad liberandam
am à superfluis expensis. Et præcipuè, quòd nullius Pri-
tio, nec aliquod aliud magni momenti negotium peragen-
curreret: Quâ remonstratione & supplicatione acceptâ &
dhuc promotâ per instantiam præclarissimi Viri ac P.M. Be-
Sickrowski Germaniarum p. t. Assistentis Reverendissimus
Thomas Cervioni Generalis dispensando super dicta celebra-
Capituli Intermedii Provinciam quodammodò sublevavit. In
parte posteà etiam ob dictas rationes, atque ut pecunia aliàs ex-
denda pro reædificatione Monasteriorum applicetur, usque ad
dernum tempus Gratiosâ relaxatione subsequentes Patres Ge-
rales Ordinis consenserunt.

Eodem anno 1723 cùm Moguntiæ apud Prænobilem quen-
dam,

dam honestæ recreationi, quâ ad scopum ligneâ columbâ jaculabatur, Marianus interesset, & improviso casu columba per medium aëris ad scopum agitata offendisset, percussissetque illius pedem aculeato rostro, iter suum pro Visitatione alterâ die, neglecto vulnere, quod leve habebatur, agit Spiram, Spirâ Wilam, à quâ non procul nempe Albæ Dominarum (ubi tunc temporis Sanctimoniales Benedictinæ de Provincia habuêre Confessarium V. P. Alphonsum Fast) vulnus à chirurgo inspectum, omnino jam inflammatum inveniebatur, nec superesse pro vita servanda judicabatur, quàm pedem, quousque caro putruit, abscindere. In hoc vitæ periculo resolutâ mente cogitabat Marianus mori potiùs, quàm mutilatus vivere. Sed per chirurgum ab ipsomet Principe & Marchione Badensi de Durlach illi pro curatione missum, pede læso in calcem posito salvatus est quidem, ita tamen, ut pedis dolores ferre jugiter debuerit. Visitabat nihilominùs concreditam Provinciam exceptis Alsatiæ Conventibus.

Anno 1724 die 6. Februarii Commissarius pro nostra Provincia ad Serenissimum Ducem Lotharingiæ ablegatus, D. Joannes Pörtner Franco natione, p. t. Bitensis Civitatis Consul Decretum Regiâ manu subscriptum Lunewilæ obtinuit, quo nostris Patribus Augustinianis Provinciæ Rheno-Suevicæ Hospitium à PP. Capucinis ultro, nullâque causâ urgente derelictum in possessionem dabatur. Illius Decreti copiâ ad M. Provincialem transmissâ Ven. Diffinitorium pro capienda possessione misit R P. Joannem Will Virum Zelosum & anteà jam Priorem in variis Conventibus, P. Æmilianum Keller & F. Laicum Liberatum Freisich. Igitur hi nominati nostri Fratres anno 1724. die 5. Aprilis actualem Possessionem Bittensis Cœnobii, quod ab anno 1690 usque ad annum 1722. quo fuit desertum, PP. Capucini Provinciæ Campaniæ inhabitabant, feliciter accipiunt validâ suasione, promotione & procuratione Prænobilis Domini Wolffgangi de Stephan origine Bavari, qui fuit Ducis Lotharingiæ & Regis Hierosolymorum Leopoldi I. Aulæ Præfectus. Miserabiliter quidem primo tempore hospitabantur illi nostri inqui-

perrimæ habitationis locum, tum ob victualium
piam; Verùm Suâ Regiâ Celsitudine ipsamet dig-
nostræ implantationis Fundatorem & Protecto-
que in illa vicinia Spirituali operâ nostrâ utenti-
annos succrevimus in habitatione, Ecclesia, su-
ligiosorum numero.
no 1724. Landavii Scholas Inferiores accipiunt
que Primùm P. Stanislaus Alay & P. Jacobus Rämy.
olis struitur à R. P. Ferdinando Hunold Priore Viro
nplari. Accipit pro erudienda juventute Conven-
nuatim sexcentas libras Gallicæ monetæ.
elabitur P. M. Provinciali Mariano Regiminis sui tri-
nvocat proinde Patres pro electione novi Capitis Pro-
ngam anno 1725 ubi pro more Statutorum Officio re-
x Capitulo Moguntinum Prioratum prævia dispensati-
ens, altero dehinc anno nempe 1726. die 19. Decembris
nimo Sacris optimè provisus ex hac mortalitate dece-
(sicuti Fratribus ipsemet narrabat) in Ecclesia è fene-
oratûs non per somnum, sed sub Vesperum oculis vigilan-
mortis suæ nuntio, funerale feretrum in medio Chori

efuncti sunt etiam his annis R. P. Antonius Röttele aliquan-
stantiæ sedulus Prior, ac deinde Parochus in Offenbach pro-
davium. Ubi plurimos verbo Vitæ & Veritatis è Luthera-
& Calvinismi tenebris ad lucem & gremium S. Matris Eccle-
duxit. Cui in bono Zelo, meritis & virtutibus non cessit R.
sper Ebert S. T. Baccalaureus, aliquando peritissimus Magi-
ovitiorum, Lector, Concionator & Parochus in Aezheim pro-
andavium, qui pietatis operibus jugiter intentus, omnem ope-
pro salute animarum & reductione heterodoxorum ad Christi
le impendit, V. P. Gedeon Kappler Helvetus Zurzachensis, spe-
lis B. M. V. cultor, ex cujus emendicatis suppetiis Capella ad mo-
m Einsidlensis Moguntiæ in nostra Ecclesia ædificata, & Organi magni

magni structuræ potissimùm confecta est. Hic Pater, nisi charitas proximi foras ire exigeret, semper occupatus in cella, scripsit pulchra de Passione Christi, quæ vidi in Bibliotheca nostra Moguntina. R. P. Onuphrius Schambach, cujus à 40 annis, quibus continuò in Provincia aut Prior in omnibus ferme Conventibus, aut Diffinitor vel Visitator esse meruit, manuscripta de juribus Conventuum posteritati magnam notitiam præbent. Fuit hic Vir invictus monasticæ Disciplinæ conservator, quam suâ exemplari & exactâ vitâ manutenere non cessavit, mala ideo de se quandoque dicta & calumnias extraneorum forti animo contemnens.

Porro in munere Provinciali Marianum sequitur in Capitulo Lavingæ celebrato anno 1725 Exim. P. M. Christianus Baur ad hoc Officium jam alterâ vice evocatus. Præsedit nomine Reverendissimi nostri his Comitiis A. R. P. Augustinus Körber. Diffinitores fuerunt R. R. P. P. Baccal. Adeodatus Göbel, P. M. Joannes Renninger, P. Philippus Baur, & Fulgentius Rämy. A Decretis novis Patres abstinebant, exactissimam duntaxat Regulæ & Constitutionum observantiam pro majori incremento regularis Disciplinæ præcipientes.

Anno 1726 in mense Julio Provincialis Christianus Capitulum Privatum Oberndorffii cum paucis de Diffinitorio præsentibus agebat, in eodem constituendo pro Priore Oberndorffensi Eximium P. M. Hermannum Hermann loco R. P. Josephi Bassing, qui ibidem prioribus annis tractum Monasterii ad plateam erexit, & posteà ad Provinciam Bavariæ assumptus fuit. Hâc vice non eligebatur Diffinitor Generalis, quia loco Reverendissimi P. Generalis Thomæ Cervioni à Benedicto XIII. pro vacante Ecclesia Faventina Præsulis constituti, Capitulum Ordinis pro eligendo Capite ad primam diem Novembris ejusdem adhuc anni 1726 Perusiæ celebrandum indicebatur. E quo ob incidentem hyemis intemperiem & Provincialis, Exprovincialiúmque ægram valetudinem abesse licebat. In eodem Ordinis Conventu eligebant Patres Perusiæ Congregati ad Generalitiam dignitatem doctissi-

P. Fulgentium Bellelli, qui aliquando in Hel-
rissimum Nuntium Lucernensem agebat ... D. N. Be-
tembris ejusdem anni 1726 Sanctissimus
d humillimas preces P. Fulgentii Bellelli ex tunc
toris Generalis confirmavit omnia Altaria Privile-
, quæ reperiuntur concessa in nonnullis Ecclesiis no-
erò in aliquibus aliis Ecclesiis Ordinis Altare Privile-
ria, vel pluribus Feriis cum aliquo determinato nume-
ad Septennium, vel ad aliud longius tempus forsan
apsum reperitur concessum, Sanctitas Sua denuo prævià illo-
ratione, eadem Altaria Privilegiata concessit in
n pro Feriis & cum numero Missarum, ut infra.
Ecclesiis Ordinis, in quibus usque adhuc nullum Altare
gio decoratum existit, Sanctitas Sua concessit unicum tan-
tare privilegiatum perpetuum juxta modum istum videli-
n Ecclesiis Fratrum Ord. Erem. S. P. Augustini, in quibus
tor Missæ quotidiè celebrantur, concessit Altare Privilegia-
pro Animabus quorumcunque Christi Fidelium, quæ Deo in
ritate conjunctæ ab hâc luce migrârint, pro una Feria cujusli-
hebdomadæ. In quibus decem Missæ, pro duabus Feriis. In
ibus quindecim, pro tribus. In quibus viginti quinque, pro
uinque Feriis. In quibus triginta quinque, concessit Altare privi-
egiatum quotidianum.

„In Ecclesiis verò sitis in partibus infidelium, vel hæretico-
rum, concessit Altare privilegiatum similiter in perpetuum pro
„una Feria in Hebdomada, absque expressione numeri Missarum.

„In Ecclesiis autem Monialium pariter concessit Altare privi-
„legiatum perpetuum pro una Feria cujuslibet hebdomadæ abs-
„que expressione Missarum, sed pro Monialibus tantùm, earúm-
„que consanguineis, affinibus, & Benefactoribus.

„Cum hac tamen declaratione, quòd in singulis supradictis
„Fra-

„Fratrum Ecclesiis, quibus modò Altare Privilegiatum conceditur, „Indultum sit restrictum ad Sacerdotes duntaxat Ordinis prædicti „inibi celebrantes. Et quòd Altaria & Feriæ, pro quibus concedi- „tur Privilegium, semel tantùm ab Ordinariis locorum debeant de- „signari.

„Tandem Sanctitas Sua voluit, quòd hujusmodi concessioni- „bus fruantur non solùm Ecclesiæ, quas in præsenti jam habent, „verùm etiam aliæ omnes, quæ imposterùm præfatus Ordo Eremi- „tarum S. Augustini acquiret.

Magnum sanè hujus est concessionis pro Ordine nostro be- neficium, magna gratia! Ex hoc enim Privilegio renovationes Bullarum, expensæ postarum & alia onerosa facili negotio subla- ta sunt.

Ad finem anni 1726. cùm priùs mensis Julius duos Diffinitores RR. PP. Philippum Baur, & Baccal. Adeodatum Göbel jam ex hac vita sustulisset, in solo mense Decembri præstantissimi Viri ac Pa- tres, M. Alexander Samhaber actualis Prior Herbipoli, quem Pro- vincia suum Gubernatorem proximè desideraverat, P. M. Marianus Goth Provincialis absolutus & Prior Moguntiæ, item R. P. Sera- phinus Duto Prior Brisacensis, à quo alterum hujus Monasterii tra- ctum, qui respicit Septentrionem, habemus exstructum, mortem petiêrunt. Quos ad initium

Anni 1727 die 23. Januarii secutus est cum magno Provinciæ luctu Eximius P. M. Christianus Baur ab Eiseneck actualis Provin- cialis. Eidem in Choro jacenti Memmingæ Nostri in lapide se- pulchrali sequentia insculpserunt: *Æternitati & memoriæ A. R. & Eximii P. M. Christiani Baur ab Eiseneck, Sr. Theologiæ Doctoris, Pro- vinciæ Rheno-Suevicæ 2dò Provincialis, Viri pietate in Deum, charitate in proximum, in suos FF. suavitate, erga omnes animi candore planè in- comparabilis, Conventûs hujatis Secundi Fundatoris, qui vitâ ac viri- bus pro Deo & Sacro Ordine exhaustis, piè & placidè obiit X. Calendas Februarii 1727. ætatis anno LXIII. Professionis XLVI. Sacerdotii XXXIX. Hoc cenotaphium honoris ergò & gratitudinis causâ mæsti posuêre Prior & Conventus Memminganus. R. I. P.*

Obi-

. . . cialis Romæ intimato Reverendissimus P. Generalis Bellelli de tali sedulo, pio & amabili moderatore . . . vidit, ut ea Patrem & moderatorem non amisisse, sed permutâsse videretur. Erat is

Obitu Vic. . . neralis Fulgenti . . . re Provinciæ pro . . .

LXV.

JOANNES RENNINGER Franco, de Etleben natus anno 1682. Herbipoli adolescentiam in literis inferioribus & piis moribus optimè excoluit, à Provinciali Christophoro Schuckart ingrediendæ Religionis compos factus, Novitiatum exegit Gamundiæ, in Sacra solemni Professione Wilano Conventui affiliatus. Philosophiam dein ac Theologiam Friburgi Helvetiorum docendus tradebatur Lectori præclarissimo P. Jacobo Forstall. Sacerdos factus anno 1706. sicut excelluit inter condiscipulos virtute & scientia, ita ante cæteros eidem munus erudiendi Fratres commendabatur. Professus est igitur 1mò Erfurti Philosophiam anno 1708. eâ satisfactione & approbatione, ut ibidem acceptissimus in Universitate atque præcipuè Eximio P.M. Hieronymo Schuckart haberetur, cujus promotione ibidem anno 1712. Baccalaureus creabatur, docuit posteà Sacras Literas Moguntiæ, & anno 1715. Memmingam destinatus, apud RR. Dominos Hospitalarios ad S. Spiritum cursum Theologicum domesticus Professor explanavit & absolvit, quo profectu, publicæ Theses valde sumptuosæ, sed gloriosiùs adhuc à RR. Discipulis defensæ manifestabant. Anno 1718. Moguntiam repetens Cathedram Theologicam pro Nostris ibidem tenuit, ac inde Erfurtum contendit Supremum Sacræ Facultatis gradum suscepturus. Ubi simul Assessoribus dictæ Facultatis annumerari meruit. Postquàm ergo Joannes continuos 14 annos Lectorio muneri fructuosissimè sese impendisset, anno 1722. Socius & Secretarius Mariani Provincialis eligitur, & post elapsum triennium Diffinitor Provinciæ, simúlque prævià dispensatione Prior Constantiæ. In hoc Prioratûs officio præter ea, quæ pro decore Ecclesiæ ornamentis procuravit, etiam domum, ubi in vineis nostris habemus torcular, veteri dejectâ novam solidè exstrui fecit. Erat Vir iste vul-

Ab anno 1727 usque ad 1731

vultu serenus, sermone suavis, moribus compositus, in domesticando prudens, ad salutem animarum velox, pro correctione inferiorum Fratrum discretus, in monitionibus paternus, in rebus conscientiæ tenerrimus, ad Aram devotissimus, in omnibus amabilis, Quibus prærogativis ornatus Joannes Renninger, ut Christianum defunctum sequeretur, regerétque Provinciam Rheno-Suevicam, à Reverendissimo P. Generali Fulgentio Bellelli anno 1727. constitutus est. Rectoratu suscepto præprimis mentem ac solicitudinem suam eò intendit, ut cum augmento Divini cultûs Provincia sibi concredita in superna Benedictione crescere posset: cassam communem pro utilitate & necessitate indigentium Conventuum anno 1705 ab A.R.P. Fortunato Mohr Provinciali erigi præceptam, Primus iterum bona domesticatione adauxit. Et ex eadem prædium cum vineis in Fenersheim propè Alzheim in Palatinatu inferiore ad Provinciam coëmit.

Anno 1727. Reverendissimus P. Generalis Bellelli nostro P. M. Provinciali pro reductione Missarum Apostolicum Indultum transmittit: in quo reducendarum Missarum delegata potestas Provinciali etiam conceditur, cujus tenorem ob nimiam amplitudinem hic omitto, viderique potest in libris actorum de dicto anno.

Eodem anno 1727. die 1. Martii Christianissimus Galliarum Rex ad Gubernatorem Argentinensem dedit declarationem, vi cujus RR. PP. Provinciales extranei, quales sunt Nostri, Patrum Societ. & Franciscanorum, si Conventus suos in Alsatia visitare voluerint, tempore pacis à Gubernatore Provinciæ scilicet Alsatiæ, tempore belli verò ab ipsamet Aula Regia licentiam visitandi petere teneantur.

Die 10. Martii ejusdem anni Primus Lapis ad structuram Ecclesiæ Bittensis positus fuit à supra laudato Domino Wolffgango Stephan, Lotharingiæ Ducis Aulæ Præfecto, qui contribuit ad pium opus ultra duo millia florenorum.

Anno 1728. die 19. Novembris facta est confœderatio inter Abbatiam Stirzelbrunensem Cistercientis Ordinis & Conventum no-

n, vi cujus pro quovis defuncto Abbatiæ illius, &
tus nostri solemnes Exequiæ celebrantur.
e anno Ecclesia Bittensi jam jam solidè ædificata,
tractui Conventûs, qui respicit magnum hortum,
ebantur, mirantibus quibuscunque: quomodò, cùm
im, possessiones alias & proventus nullos illic loco-
nus, solis Fratrum eleemosynis in Civitatibus præci-
collectis tam convenientia nova habitacula intra tam
us erigi, immò etiam decem Religiosi congruè susten-
int. Sic nempe bonorum omnium Largitor Deus Be-
e divite juvat eos, qui rectâ intentione ac pio fervore glo-
n & animarum salutem quærunt, quo in labore R. P. Joan-
Prior ibidem concionando, catechizando, Sacra ministran-
Officiò ita & opere præcessit.
cereà anno 1728. Eximius P. M. Joannes Renninger Rector
cialis onus gubernandæ Provinciæ per edictales ad Capitu-
rovinciale Oberndorffii celebrandum à se removere cogitat,
li portando satìs validis humeris sufficere Joannem istum an-
everendissimus P. Generalis noster censuerat, eundem Patres
scripti concorditer eligunt Caput Provinciæ. Præsidens hu-
Capituli à Reverendissimo nostro constitutus & ab omnibus re-
gnitus fuit Eximius P. M. Christophorus Lübger. Diffinitores
igebantur Eximii PP. MM. Fridericus Erhart & Hermannus Her-
nann, RR. PP. Augustinus Körber & Profuturus Fütterer. Visi-
tatores elapsi triennii R. P. Bonaventura Beck & Eximius P. M. Ne-
bridius Carl, qui in locum R. P. Joannis Freisleben successit. Hi
præcipuo hortatu P. M. Joannis Renninger Provincialis, quæ se-
quuntur, statuerunt. Imò Præcipit Ven. Diffinitorium, ut pun-
ctum 4tum capitis 22. p. 3. Ss. Constit. exactè servetur, ac in quoli-
bet Conventu inventarium bonorum immobilium, & quorum-
cunque Jurium ad Conventum pertinentium in forma probante,
déque eo exemplar authenticum duplicatum fiat, ut unum in pro-
pria Domo remaneat, alterum verò in archivio Provinciæ proximè

in aliquo Conventu erigendo reponatur. In quo pariter asservabuntur pecuniæ de 4ta parte hæreditatum & aliæ post exhibitum Provinciæ computum residuæ. De quibus tunc temporis Provincialis nonnisi de consensu Patrum Diffinitorii pro Provinciæ necessitatibus disponere queat. 2dò. Ad mentem Reverendissimi Patris super hoc informati caput 25tum ejusdem partis 3tiæ de Ordine præcedentiarum omnino, &, ùt jacet, observetur. 3tiò. Imposterùm nullus Laicus seu Conversus ad Sacrum Habitum admittatur sine unanimi consensu totius Ven. Diffinitorii. Donati tamen seu Oblati sive Commissi obtentâ licentiâ à Reverendissimo Patre (pro qua supplicatur) à Provinciali consultis P.P. Vocalibus Conventuum, ad quorum famulitium assumuntur, suscipi possint: qui Professionem facere non tenentur, nec debent, nisi transactâ vitâ honestâ per plurimos annos, aut aliter Ven. Diffinitorii Patribus visum fuerit. 4tò. Juxta caput 1mum p. 3. Ss. Constit. etiam in omnibus Conventibus, ubi saltem quatuor sunt ad Chorum expediti, Officium tam diurnum, quàm nocturnum summa cum veneratione distinctè, attentè ac devotè in Ecclesia quotidie celebretur nullo tempore excepto. 5tò. Monentur Superiores quidam debitæ charitatis, & Inferiores reverentiæ illis exhibendæ. 6tum est de amotione Fratrum extra tempus Capituli & Visitationis. 7timum est de taxa pro vestimentis data. 8vò. Si Capitulum hebdomadale de culpis ob rationabilem causam quandoque haberi non possit: prælegantur nihilominùs à Priore, vel Digniore ea, quæ ad dictum Capitulum sequuntur, videlicet: *Multa sunt beneficia &c.* Et preces consuetæ persolvantur. 9nò. Ut sub clamide semper portetur Habitus, nisi evidentissima ratio contrarium exposcat. Præcipuè autem Expositi continuò portent Habitum Religiosum. 10mò. In quovis Monasterio ponantur limites, ceu cancelli, quos sequiori sexui transgredi non liceat. 11mò. Conventui Bittensi statuitur certa taxa Provinciæ & Visitationis. 12mò. Ut pro sustentatione equorum A. R. Eximii P. M. Provincialis per hyemem, quilibet Conventus contribuat. 13mò. Ut omnes Priores reddant computum pecuniarum ad Capitulum sumptarum.

Hoc

Hoc anno 1728. die 21. Septemb. Benedictus XIII. Pont. Max. post longos & graves ab anno 1695. usque huc durantes processus & tricas Corpus Sancti & Magni Patris Augustini per sententiam definitivam nobis Eremitis tanquam veris & genuinis Filiis Papiæ adjudicavit. Atque ideo etiam per Provinciæ Rheno-Suevicæ Conventus sequente anno Solemnitas talis Inventionis condecente honorificentiâ ac celebritate peragebatur.

Anno 1729. Moniales ad S. Adelhaidem Celsissimum Ordinarium Constantiensem adiêrunt supplices pro Confessario ex Ordine & Conventu Constantiensi permittendo. Cui petitioni Episcopus annuens dedit cum consensu Provincialis R. P. Honoratum Wolffrum Seniorem Provinciæ, & ante paucos menses Jubilarium in Sacerdotio, Virum Zelatorem Ordinis & amatorem Religiosæ observantiæ, antehàc Parochum aliquando in Schifferstadt, Priorem in variis Conventibus, & Confessarium etiam ad S. Catharinam. Iste Pater, cùm ageret Suppriorem in Conventu Constantiensi, permovit R. D. Parochum in Kluffteren, ut, cujus Germanum, Patrem Conradum Oehler Provincia anno 1696 habuit Diffinitorem, & ei debitam partem hæreditatis Conventus Constantiensis nondum acceperat, ille suum prædium in Spetsgart prope Ueberlingam cum onere certas Missas legendi & duos alendi studiosos, quêis etiam pro Choro Musico uti possimus, testamento nobis legaverit. Obiit pientissimè dictus Senior non apud Moniales, sed apud Fratres suos Constantiæ anno 1737 die 9 Decemb. Ultimis vitæ suæ diebus repetebat & monebat identidem Fratres ipsum accedentes, dicens: *Sine intermissione orate.* Seniori huic juvenem Fratrem adjungo, qui anno 1730 Herbipoli decessit Eligius nomine, cujus patientia fuit admirabilis. Cùm enim is sanie & ulceribus toto fermè corpore scateret, dexteram autem manum sine doloribus esse sentiret, ut aliis membris in afflictione conformaretur, pio motu & in memoria Dominicæ Passionis, quam jugiter recogitabat, validâ iteratâque percussione manûs & brachii ad parietem, fecit studiosè hoc alias sanum membrum passioni deditum & commune.

Anno 1731. Eximius P. M. Provincialis Joannes Renninger anhelat ad finem Officii sui. Quo, cùm ad apicem Provinciæ adæquatissimè satis fecisset, in Capitulo à se Herbipoli conscripto defungitur, utinam cum Officio, non etiam ipsâ vitâ. Etenim eodem anno die 27 Septemb. cum ingenti Fratrum circumstantium mœstitia Moguntiæ spiritum exhalavit ætatis anno 48, longiori vitâ pro Ordinis & Provinciæ honore & incremento desideratissimus, è quâ quòd ob meram verecundiam celâsset herniam, remedio seriùs quæsito, maturiùs decessit. Hoc tamen obtinuit, quod sæpius precatus est vitæ necisque Arbitrum, ne scilicet vitam clauderet in actuali Provincialatûs Officio, cujus periculum continuò in oculis mentis obversabatur. Validioresque erant preces ipsius, ut post depositum Munus brevi tempore sine Superioris Officio, quod pro liberiori animi quiete assumere detrectabat, ad cœlum evolare, quàm in terris ad vota nostra vivere diutiùs potuerit. Sepultus jacet Moguntiæ in Choro.

LXVI.

Ab anno 1731 usque ad 1734

HERMANNUS HERMANN, illius, de quo suprà, Hermanni Hermann ex Fratre nepos natus anno 1687. Augustinianum Ordinem professus est anno 1706. Discipulus Philosophiæ Oberndorffii sub R. P. Lectore Friderico Erhart, & sub eodem etiam Theologiæ partim Friburgi Helvet. partim Colmariæ sub R. P. Nicolao Werro egregiam operam dedit. Sacerdotio initiatus anno 1710 ad erudiendos Fratres Lector constituitur. Trinum Philosophiæ cursum perficit, primum quidem Herbipoli, alterum Constantiæ, ubi & Magistrum Novitiorum egit, ac tertium denuo Herbipoli. Anno 1718 Theologicas subtilitates explicare cepit primùm Oberndorffii, dein Friburgi Brisgojæ ac denique Constantiæ, ubi ab eodem me hausisse fluenta sapientiæ suæ, jugi erga Magistrum veneratione & observantiâ recolo. Cùm igitur Hermannus Lectorio muneri per 12 annos clarissimis explicationibus, defensionibus & assertis acutissimè satisfecisset, atque ex Cathedra Verbum Dei ad populum Concionator optimus declamare non intermisisset, anno 1725 in Capitu-

Pitulo Provinci... i Secretarius & Socius P. M. Christiani Baur cum R.
tur, eodémque nno Doctoralem Lauream Dillingæ suscipit cum Sigi-
P. Baccal. Sigis mundo Büttner. Anno 1726 Prior Oberndorffensis
constitutus pro co, quem sibi institum habet, Religioso Zelo, Conven-
tum tam in Spiritualibus quàm œconomicis utilissimè direxit: Di-
gnus ex his aliísque multiplicibus meritis, quem anno 1731 Patres
Conscripti in Capitulo Herbipolensi pluribus votis eligerent Provin-
cialem.

In hoc Capitulo Herbipolensi, quod omni cum celebritate solemnisabatur, cui etiam Celsissimus Princeps ex Camera Aulica gratiosam opem contulit, præsidebat nomine Reverendissimi nostri Generalis ipse loci Prior Eximius P. M. Sigismundus Büttner, qui cum Provinciali electo, & præcedente Absoluto, atque cum Diffinitoribus RR. PP. M. Friderico Erhart, M. Nebridio Carl, P. Hieronymo Zimmer & Ferdinando Hunold, Visitatoribus P. Mariano Schürger & P. Joanne Will sequentia decreta fecit promulgari. 1mò. Confirmantur omnia Decreta præcedentis Capituli Provincialis Oberndorffii anno 1728 celebrati, præsertim de non admittendis Laicis ad S. Professionem absque consensu unanimi Ven. Diffinitorii. 2dum est de annuo PP. Confessariorum examine. 3tiò statuitur, ut Fratres laici conformiter ad aliarum Provinciarum consuetudinem utantur imposterùm habitu nigro. 4tò. Oratio serotina, ut alicubi factum, non dicatur ampliùs post Vesperas, sed juxtà præscriptum Ss. Constit. p. 1. c. 1. num. 7. conveniant in Choro Fratres, & ibi in Spiritu aliquandiu vacent, præscriptásque preces persolvant. 5tò. V. V. P. P. Professores in Gymnasio Münnerstadiano quotidiè de mane dato signo compareant in Choro ad instituendam cum aliis Meditationem. 6tò. Archivium Provinciæ erit erigendum in Conventu nostro Herbipolensi. In die Dominicâ durantis Capituli R. P. Marianus Schürger Visitator & Senior solemne Sacerdotii jubilæum celebrabat ad Aram. Sequentibus Feriis defendebantur theses Theologicæ R. R. P. P. Capitularibus, & Philosophicæ Reverendissimo D. Abbati Bantensi Gregorio dedicatæ:

Propter Monasteriorum restaurationem & novum ædificium Colmariæ reelectus fuit Prior R. P. Hilarius Balling. Lavingæ R. P. Placidus Weber. Gamundiæ R. P. Angelus Stuz. Weissenburgi R. P. Josephus Fies & Bittis R. P. Joannes Will. Vicarius Provincialis per Alsatiam constituebatur R. P. Bonaventura Beck.

In prima Conventuum visitatione P. M. Provincialis Hermannus per specialia Decreta commendavit 1mò. ut laudabilis modus in Ss. constit. c. 28. de gratiarum actionibus post mensam dicendis præscriptus, ut videlicet Conventus processionaliter ad Chorum vadat, ibique Deo gratias agat, de novo introducatur, religioséque observetur. 2dò. Ut in omnibus appareat conformitas in calceamentis ac Vestimentis, sicque omnes ex materia ejusdem Speciei æqualiter vestiantur. In 2da Visitatione præter alia Salutaria mandavit, ut juxta Ss. Constit. p. 6. c. 9. n. 11. semel in anno Fratres faciant Inventaria; uti & omnem superfluitatem paupertati contrariam prohibuit. Idque juxta Ss. Constit. p. 2. c. 5.

Laboravit hoc tempore Eximius P. M. Provincialis Hermannus pro incremento Conventuum Provinciæ, dum R. P. Antonium Lurz Priorem Moguntinum ad Serenissimum Electorem Palatinum Manhemium misit pro concedenda possessione Domûs in Wiseloch, nobis à R. D. Adamo Schunck Fladungensi ex Franconia nato, Parocho quondam ibidem, nunc in Waldorff, donatæ, quam donationem ipse Hermannus acceptârat. Insuper præfatum Priorem solicitare fecit apud Serenissimum illum Principem, ut Alzeianum Monasterium Ordini ac Provinciæ clementissimè dignaretur retradere. Quod, etsi non evicerit, saltem exinde prohibitum fuit, ne Lutherani vel Calviniani spatium de residuo Monasterio attentatâ demolitione pro schola puerorum accommodarent.

Porrò Eximius P. M. Provincialis Hermannus anno hoc 1732. super Capitulo Intermedio celebrando dispensationem à Reverendissimo P. Fulgentio Bellelli obtinuit, ita tamen, ut pecuniæ, quæ in celebratione ejusdem Congregationis impendi debuissent, in restaurandis Monasteriis applicarentur. Münnerstadii nihilomi-

nûs

...nis eodem quatuor Vocales Diffinitorii in privato Capitulo
eligebant Diffinitorem Generalem Eximium P. M. Sigismundum
Büttner præteriti Capituli Provincialis Præsidem loco defuncti P.
M. Joannis Renninger. Hic deinde R.R. P. P. Bavaris se in itinere
conjungens è Provincia Rheno-Suevica sequente anno 1733 pro
electione novi Generalis Romam contendit, & suffragium pro Ze-
lolissimo Viro P. M. Nicolao Antonio Schiaffinati Neapolitano per
compromissum dedit.

Anno isto 1733. Reverendissimus P. Generalis Schiaffinati De-
cretum etiam Apostolicâ Bullâ firmatum mittit ad nostram aliásque
Ordinis Provincias: vi cujus imposterùm nemo præsumat adire
Generalem, vel ad supremum tribunal appellare aut recurrere, ni-
si priùs sui localis Prioris & Provincialis Judicio se subjecerit. Item
ut in casu correctionis regularis, pro quo omnis ad majores Supe-
riores in Ss. Constit. vetitus est recursus p. 3. c. 16. n. 24. caput cer-
vicémque humillimè impositis pœnitentiis inclinent.

Prædicto anno 1733. horribiles terræ motus in mense Majo &
Augusto Moguntiæ, Brisaci, Bittis, aliísque in locis fuerunt animad-
versi. Et jamjam præsagiebant concitatos bellorum motus, qui
terras finitimas concuterent; siquidem 7. Novembris ejusdem anni
publicatum fuerit bellum à Ludovico XV Rege Galliarum adver-
sùs Imperatorem Carolum VI., Augusti II. Electoris Saxoniæ in Re-
gem Poloniæ, non verò Stanislai Lezinski electionem ratihaben-
tem. Monasteriis nostris cis- & trans Rhenum sitis cùm transeun-
tes, tum excubantes & constitutæ in Urbibus turmæ belligerantium
incommoda, tædia ac disturbia multa intulére. Intereà P. M. Pro-
vinciali Hermanno in tempore isthoc periculoso prudenter pro-
spiciendis Conventibus mutandisque Fratribus plurimùm sollici-
to, desideratus Officii triennalis finis appropinquat: Capitulum
Provinciale itaque ad securiorem locum Lavingam determinat, &
ibidem pro more anno 1734. clavum Provinciæ à se removet.

LXVII.

SIGISMUNDUS BÜTTNER Mellrichstadii in Franconia ... oriun-

oriundus anno 1691. quas vocant, inferiores scholas Münnerstadii
que ad cum studiorum obtentis præmiis absolvit: Ordinem Augustinia-
1737. num anno 1710 Oberndorffii ingressus, habuit ibidem cùm religio-
sæ vitæ, tum post emissam Professionem Philosophiæ Magistrum R.
P. Nebridium Carl, Theologicas scientias deinde partim Constan-
tiæ, partim Friburgi Brisgojæ sub doctissimis prælectionibus R. P.
Baccal. Friderici Erhart in excellenti gradu sibi acquisivit: cum
dispensatione super ætate Sacerdos initiatus, Zelum suæ virtutis ac
generosi Spiritûs tanquàm Novitiorum Magister Friburgi Brisgo-
jæ anno 1716. Surculis Eremi nostræ probè implantavit. Lector
Philosophiæ illis Fratribus, quos religiosè enutrierat, primùm Fri-
burgi, aliis dein Oberndorffii secundum, & aliis Herbipoli tertium
cursum cum magna sibi parta æstimatione ac Fratrum studentium
fructu dedit, quibusdam etiam libellis, de veritate propositionum,
de præmotione physica, & contra scientiam mediam perquàm
doctè ac solidè elucubratis Ordini honorem non modicum acqui-
sivit. Cúmque incomparabili studiorum & literarum amore diu
noctúque vigil penè consumeretur, non tamen intermisit, immò
gnarus illius sententiæ nostri Ariminensis Doctoris: *Scientiâ solâ lu-
cere vanum, charitate ardere parùm, sed scientiâ lucere, & charitate
ardere perfectum esse.* Tum Friburgi tum Herbipoli ad nostram
Ecclesiam pietatis ac Confessionis causâ accedentes Fideles
in Cathedra & Sacro Tribunali, Spiritu ardentiori inflamma-
vit. Archiconfraternitatis B. M. V. de Consolatione Herbipoli
ad nostram Ecclesiam Sigismundus, si non Author, saltem promo-
tor fuit Primarius. In agendi methodo cum Religiosâ nostrâ ju-
ventute, quo majorem perfectionis fervorem ac literarum amo-
rem induceret, exquisitis modis utebatur. Dum ab anno 1722.
Theologicas sublimitates fundamentaliter Discipulis explanabat,
publicásque frequenter Disputationes habebat, in quibus Compen-
dia De Deo Uno, De Gratia actuali & habituali, de peccato Origi-
nali ad mentem Eximii P. M. Manso, de Hierarchia Ecclesiastica ex
P. M. Gibbon à se conscripta & typis mandata communicavit, tan-
tum

tum laudis ore & calamo ſuo aſſecutus eſt, ut literati complures
præſtantiſſimum, & inter ipſos etiam celeberrimæ Ducalis Univer-
ſitatis Wirceburgenſis Profeſſores eminentem Doctorem eum dice-
rent ac venerarentur. Eximio P. M. Alexandro Samhaber Priore
maturiùs defuncto ad finem anni 1726 Sigiſmundus Herbipoli Vi-
carius Prior deſignabatur: quo in munere, etſi continuus fuiſſet
in circulis ſtudentium, atque Tractatum contra quoſdam (Senten-
tiam Auguſtinianam de Attritione cum benevolo amore initiali
averſantes) imprimi ac defendi feciſſet, maximum tamen ac præ-
cipuum conatum eò impendit, ut pià Reformatione Auguſtinia-
num Nomen & Conventum Herbipolenſem Deo ac hominibus red-
deret acceptum, non perterritus variis adverſitatibus, ut mentem
mutaret. Hinc jejunium cum abſtinentia à carnibus in Adventu
anno 1727 exactè ſervatum, hinc Chorus ac cultus Divinus ad nor-
mam inſtitutus, hinc inſolitus nitor ornamentorum Eccleſiæ, &
majoris Altaris pretioſa erectio, hinc Votorum ſtrictior obſervantia,
hinc bonus piè viventium odor & cætera laudabilia, ex quibus ma-
jor honor, fama & benedictio tam in ſpiritualibus quàm tempora-
libus illi Conventui accreſcere advertebatur adeò, ut ad annum
1728 de Familià numeraret triginta tres Religioſos, quos congruè
alebat & ſuſtentabat. Anno 1731 Capituli Provincialis Herbipoli
celebrati nomine Reverendiſſimi noſtri Generalis Bellelli Præſidem
egit, exinde Studiorum Regens non ceſſavit Theologicam Cathe-
dram denuo conſcendere, illóque tempore conſcripſit ad placitum
Reverendiſſimi D. Suffraganei Herbipolenſis Bernardi, apud quem
Sigiſmundus valebat plurimùm, pro Ordinibus librum ſive Exa-
men Ordinandorum, quod tamen hucuſque publici juris necdum
effectum eſt. Anno 1733 tanquam Diffinitor Generalis, etſi poda-
gricis doloribus graviter affectus, iter Romam confecit. Quo tamen
morbo ab aliquo Fratre noſtri Ordinis raro ſanè eventu liberatus
fuit. Non prætereundum hìc, quod ipſe mihi narravit ſibi obtigiſſe
in illo tempore, quo è Suevia in Bavariam tendebat: nempe, quod
ſemel nocte ingruente in Lutherano aliquo hoſpitio manere debu-
erit.

erit, ſumptâque cœnâ in cameram capeſſendæ nocturnæ quietis ſibi aſſignatam ductus fuerit, in qua duo lecti, & in uno jam jocans ac ridens jacebat ſcortum. Quod, ut primùm advertit, illicò è camerâ diſcedens cauponem increpavit, qui deinde alium locum paravit, ubi ſecurâ conſcientiâ quietem laſſato corpori dare poterat. Atque hoc generoſo actu ita ædificatus fuit ille caupo Lutheranus, ut, cùm in reditu è Roma in idem hoſpitium reincideret Sigiſmundus, ille caſtæ mentis virile geſtum haud parùm laudârit.

Porro Sigiſmundus ad Provincialitium munus longè digniſſimus omnium Suffragiis eligebatur Lavingæ anno 1734. In hoc Capitulo præſedit R. P. Chriſtophorus Reüſs, Diffinitores conſtituebantur Eximii P.P. M. M. Antoninus Gaſsmann, Martinus Dröſcher, & R. R. P. P. Auguſtinus Braun & Antonius Lurz. Elapſi triennii Viſitatores interfuêre Capitulo R.R.P.P. Marianus Schürger & Placidus Weber. Qui congregati nova Decreta non ſtatuerunt, ſed duntaxat Ordinationes omnes atque Decreta ab A.R. Eximio P.M. Hermanno Provinciali abſoluto in ſuis viſitationibus facta, ſicut & Decreta Generalia ac Provincialia unà cum Ss. Conſtitutionibus exactè ſervari mandârunt. Priores Alſatiæ ob bellicos tumultus & denegatam ab Aula Regia licentiam Capitulum non acceſſerunt excepto R. P. Priore Weiſſenburgenſi Franciſco Scheling.

Sigiſmundus Provincialis primo Officii ſui anno Sueviæ Conventus perluſtrat, & tam pro interna Sanctitate, quàm externa majori æſtimatione concilianda ſequentes, partim novas, partim antiquas fecit, ſervandáſque Sanctiones Actis viſitationum inſeruit 1mò. Ante Litanias Lauretanas poſt Completorium ſabbathi cantari ſolitas ſemper cantetur Reſponſorium: *Sancta & immaculata &c.* juxta decretum Capituli Intermedii Münnerſtadii die 25. Julii anno 1657 celebrati, & poſt Litanias intonetur Antiphona de Sanctis Ord. *Præſul Sanctiſſime.* 2dò. Juxta Decretum primum Capituli Spirenſis anno 1607 celebrati, ſingulis annis infra Dominicam primam vel ſecundam Quadrageſimæ die non impeditâ Anniverſarium in ſingulis Monaſteriis celebretur cum Nocturno Mortuorum & collecta pro Fundatoribus. 3tiò. Inhærendo tenori Decretorum

rum

rum Generalium de anno 1685. 1705. & 1711 emanatorum statuitur & mandatur, ut quotidiè præter Orationem mentalem, precibus serotinis præmitti solitam, singulis diebus omnes Fratres indispensabiliter aliam per mediam horam protrahendam instituant; Et licèt laudata Decreta Generalia de annis 1705 & 1711 eandem ante Primam peragendam præcipiant, quia tamen hoc tempus ob occurrentes varias occupationes & impedimenta satis opportunum non est, prædicta Meditatio manè per quadrantem horæ post Matutinum, & post Vesperas itidem per quadrantem horæ continuabitur. 4tò. Ad qualificandos Patres pro Confessionibus Fidelium ritè & cum fructu excipiendis præcipitur, ut imposterùm ter in hebdomada diebus à R. P. Priore Conventûs designandis Lectio Casuum conscientiæ juxta normam & formam in Ss. Constit, p. 5. c. 8. contentam instituatur. 5tò. Insistendo variis Provinciæ Decretis mandatur, ut P. Supprior cum junioribus Fratribus & Patribus conferentiam de Rubricis & cæremoniis instituat ter in hebdomada, eósque tam quoad ea, quæ ad tremendum Missæ Sacrificium, quàm quoad Chorum pertinent, debitè ac sedulò instruat. 6tò. F. F. Laici, nisi laboribus manualibus vel aliis obedientiis sint occupati, semper, & quoad omnes Horas cum aliis in Choro compareant. 7timò. Quia ex communi Ss. Patrum doctrina per frequentiorem Ss. Sacramentorum usum maxima semper à propitio Numine obtinentur gratiæ auxilia, Religiosis pro statûs sui perfectione consequenda apprimè necessaria, præcipitur, ut singulis diebus Dominicis & Festivis F. F. tam Clerici, quàm Laici confiteantur & devotè communicent, atque horâ primâ Venerabile Sacramentum per Mediam horam visitent. 8tavò. Imposterùm accuratè observetur Decretum 2dum Capituli Provincialis anno 1653. Constantiæ celebrati, quod ita se habet: ut frequentior defunctorum Patrum & Fratrum memoria habeatur, in singulorum Conventuum Choris tabula eorum Nomina Officia & merita continens de triennio in triennium renovanda, atque in libro ad id specialiter deputato describenda suspendatur. Et, ut pro laboribus, quos Exi-

mii P. P. Provinciales durante suo Officio subire solent, eadem pro quovis Priore Provinciali munere & vitâ defuncto, quæ pro Provinciali in Officio actualiter constituto fieri nostræ Ss. Constit. mandant, Suffragia & Cæremoniæ in perpetuum deinceps celebrentur. &c.

Circa hoc tempus Patres quidam Alsatæ Sacra curando militibus Weissenburgi & Landavii lethales eorum morbos contraxerunt, vitâmque pro animarum salute ad Regis Christianissimi servitia dederunt.

In fine hujus anni 1734 P. M. Provincialis Visitationum suarum Socium R. P. Onuphrium Schweizer S. T. Baccalaureum Virum pium & solidè doctum præmaturâ morte utpote nonnisi 32 annorum ætatis suæ doluit sibi ereptum, quapropter sequente anno 1735 sedato jamjam ad Rhenum furore bellico Sigismundus ista scribentem pro Socio & Secretis Provinciæ in itinere ac Visitationibus sibi junxit. Cúmque hoc anno Moguntiam quoque ac Spiram lustrâsset, Bittas abiit, ita tamen, ut Landavium ob denegatam ab Aula Regia licentiam ingredi haud liceret, misit nihilominùs supradicta Decreta ad omnes Conventus Alsatiæ, & per Vicarium Provincialem Libro Actorum Capitularium inseri atque servari præcepit.

Ad supplices P. M. Provincialis Reverendissimus P. Generalis Schiaffinati super celebratione Capituli Intermedii ad mensem Septembrem isto anno habendi dispensavit. Priores quidam datâ facultate in structuris Conventus sibi concreditos perficiunt: in specie Spirensis R. P. Pius Sedlmair nudis & exustis muris imponit per ambitum unam contignationem & tectum. Herbipolensis R. P. Melchior Deichmann ope atque consilio M. Provincialis in Bibergau novum prædium coëmit Monasterio. Et habitationi nostræ, quæ vergit ad Occidentem, superimponit etiam novam cellarum seriem. Münnerstadianus R P. Alphonsus Kuhn parti respicienti hortos ad extra superaddit contignationem secundam, ut quadrata structura altitudine sit jam conformis. Provincialis isto tem-

pore

pore curabat imprimi pro uſu Provinciæ Rheno-Suevicæ pretioſo typo Cantualia, de quibus cuilibet Conventui proviſum fuit. Scripſit & methodum quandam pro Superioribus, ut Officium ſuum ritè poſſint obire, quæ tamen ad publicam lucem nondum venit.

Anno 1736 laboravit plurimùm Sigismundus, ut tertiâ Viſitatione in Conventibus Imperii jam peractâ Alſatiam intrare, Suóſque ipſémet ibidem agnoſcere poſſet, ſed viâ per multas difficultates diu occlusâ taudem per ſupplices, ad Eminentiſſimum D. Cardinalem Fleuri Aulæ Regiæ Primarium Miniſtrum datas exauditus, nedum viſitare Alſatiam, ſed etiam in - & ad Conventum Landavienſem pro anno 1737 Capitulum Provinciale mirantibus plurimis de Provincia conſcribere potuerit. Is igitur

Anno 1737 poſt multos exantlatos labores & adverſitates Landavii in Capitulo triennale Officium reſignat. Et cum diſpenſatione Conventum Herbipolenſem pro directione tam ſpirituali, quàm incremento temporali ſibi demandatum repetit.

Quorundam Patrum, quorum vita venerabilis, & qui hoc triennio obiêrunt, adhuc meminiſſe decet. Primus eſt R. P. Marianus Schürger Grünsfeldenſis, de quo paſſim in ſuperioribus dictum fuit, verè ab ingreſſu Religionis uſque ad vitæ terminum exemplar ſpiritualis hominis! humaniores ſcientias is docuit aliquando Münnerſtadii, Verbum Dei Vicarius Parochus in Biebelried prope Herbipolim adhuc juvenis Sacerdos & Procurator inculpatus ac fidelis illius Conventûs anno 1685 zeloſè protulit, Prior plures & Conventus laudabiliter rexit, ſubjectos Fratres verbo movens, exemplo trahens: in oratione erat perquàm frequens & fervens, nunquam inventus eſt otioſus, Miſſam nedum nullâ die intermiſit legere, ſed quotquot poterat, indiès devotè audivit etiam decrepitus, adeò, ut, cùm à frigore catarrhum apoplecticum ſibi contraxiſſet, nonniſi ex conſilio & juſſu Medici & Superioris ſui in cella cuſtodiêrit corpus, anima autem ibi eſſe non deſiit, ubi Deus & amor ſuus offerebatur in Ara. Specialis etiam cultor B. Mariæ Virginis & S. Nicolai Tolent: multos utriuſque ſexûs ad majorem Sanctorum

rum cultum permovit. Quod tempus ab oratione aut lectione spirituali supererat, actibus charitatis impendit, ægrotos visitando, mœstas personas & viduas consolando, Confessiones excipiendo, pœnitentes suavi hortatu ad Deum reducendo, juniores Fratres in sua vocatione solidando. Hósce pietatis & Religionis actus secuta est beata mors vel potiùs ex morte vita, quam invocatis & ultimis verbis: *Iesu Maria Ioseph*, cùm manè adhuc Sacrificium obtulisset, die 5 Septembris anno 1736 inchoavit prope octogenarius ætate. Alter est P. Josephus Otto Dettelbacensis, Wilæ per plurimos annos Supprior, atque per unum & quadraginta annos illius Civitatis Sacellanus, qui ambulavit in simplicitate cordis, propterea integerrimæ vitæ & verus Israelita, in quo dolus non erat, Sexagenario major anno 1735 in Festo Luminum lumen æternum, ùt speramus, videre meruit. Tertius est Ferdinandus Keller Miltenburgensis, excellens Poëta & Rhetor, insignis extemporaneúsque Concionator, qui, cùm Erfurti aliquot annos Cathedram Ecclesiæ nostræ Parochialis ad S. Wippertum cum magno audientium concursu tenuisset, ac in vinea Domini strenuè laborâsset, febri acutâ correptus est, quo morbi genere mortuo Zeloso Controversistâ è Soc. Iesu in illa die ter sub vesperum ad portam pulsabatur, quam accedens portarius Frater neminem advertit: ille autem noster Ferdinandus de morte Collegæ sui amicissimi notitiam accipiens statim fatetur, se pariter ad requiem è laboribus monitione illâ vocatum. Uti dixit, ita factum. Tertiâ etenim die in Domino defunctus ad æterna præmia migravit. Scripsit Opus prædicabile per omnes Dominicas anni prælo dignissimum, quod tamen ob præmaturam illius necdum quadragenarii mortem impressioni non fuit commissum.

LXVIII.

ab anno 1737 usque ad 1740. MARTINUS DRöSCHER de Sondernau Superioris Franconiæ, admodùm juvenis Erfurti probationis Augustinianæ Claustrum anno 1712 ingreditur, ibidem solemni professione emissâ Münnerstadiano Conventui affiliatus, ut Philosophiæ studeat, mittitur

Moguntiæ Sa-
gam, exinde primùm Herbipoli, posteà
crarum notitiam sub clarissimis prælectionibus P. M.
ninger adeptus, ita se moribus ac studio commendabi-
it, ut anno 1721 Lector Philosophiæ nominaretur Fribur-
m cursum Philosophicum dum Brisaci finiêrat, alterum
ntinuare Oberndorffii, & tertium Moguntiæ. Inchoat
eologiam explicare Erfurti, sed Sigismundo Büttner ad
evecto Herbipoli eandem prosequitur. Anno 1728 S.
e Baccalaureatu Erfurti suscepto, Secundum cursum
cum ex integro perficit Herbipoli. Et anno 1731 Tra-
nem decreatâ Libertate in ordine ad actus tam naturales,
ernaturales conscripsit, post publicam defensionem ex
Theologia institutam, Patribus in Capitulo Provinciali
.Ob morum suavitatem, agendi prudentiam, animi cando-
s charus, in eodem Capitulo Secretarius & Socius Provinci-
nanni designabatur, habuitque ex tunc in Visitatione Con-
avingani copiam, ut cum R.P. Baccal. Thoma Dhole in Dil-
Universitate Supremum Theologiæ Gradum & Magisteri-
peret, Anno 1734 Diffinitor ac Prior Memmingæ destina-
Conventui optimâ domesticatione tantum comparavit,
n sufficiebat, ut Ecclesiam in picturis decoré atque ad multo-
nirationem ibidem exornare potuerit. Cùm pro electione
cialis Patres Vocales de Provincia anno 1737 Landavii con-
at, facilè unanimi Suffragio Martinus ceu Angelus Pacis
r amandissimus Provinciæ Rheno-Suevicæ fuit præpositus.
ne Reverendissimi nostri P. Generalis hoc Capitulum direxit
as P. M. Hermannus Hermann. Diffinitores eligebantur P.
idericus Erhart, P. Joannes Will, P. Fulgentius Jæger & P.
nandus Hunold. Præteriti triennii Visitatores P. P. Hierony-
immer & Placidus Weber. Durante Capitulo Theses Philo-
cæ à F. F. studentibus Alsatis defendebantur. Statuebatur
Ven. Diffinitorio, ut obitus Fratrum, præterquàm, quòd statim
centur A. R. Eximio P. Provinciali, ob nimiam distantiam Con-
ven-

ventuum Provinciæ imposterùm immediatè insinuentur etiam Conventibus Provinciæ à Prioribus localibus, ut eò citiùs per Missæ Sacrificia & Suffragia à Ss. Constit. præscripta succurratur animabus defunctorum. 3tium est de exacta Ss. Constitutionum, aliorúmque Decretorum Generalium & Provincialium observantia. Diffinitorem Generalem eligebant P. M. Hermannum Hermann, Discretum P. Hieronymum Zimmer Pœnitentiarium ad Gradus B. M. V. Moguntiæ. Visitatores sequentis triennii R. P. Hilarium Balling Priorem Colmariensem, & Melchiorem Deichmann Confessarium Parthenonis Ursulinarum Herbipoli.

Hoc anno 1737 juxta exhibitam & probatam in Capitulo formam R. P. Antonius Lurz Moguntiæ inchoat novam Monasterii structuram versùs plateam Cœlicam, ad quam structuram Eminentissimus Elector & ejus Nepos Reverendissimus & Illustrissimus D. Vicarius Generalis Comes de Elz specialibus gratiis & munificentiis succurrerunt, potissima tamen ædificia nostris sumptibus confecta sunt.

In mense Julio hujus anni Dürrbacensem Parochiam ex Conventu Herbipolensi administrandam accepimus à Gratioso Patronatu Reverendissimorum ac Illustrissimorum D.D. Ignatii de Wolffkeel, & Jacobi de Zu Rhein Canonicorum Cathedralium. Destinatus est autem Parochus R. P. Victor Möglich simul Supprior Herbipoli.

Ad finem dicti anni accepimus docendam etiam Infimam Grammaticæ scholam Münnerstadii, ipsâ Celsissimi Principis Friderici Caroli a Familia Illustrissima Comitum de Schönborn Authoritate stabilitam, omni ex adverso conatu à quibusdam adhibito non obstante. Sicque ex nunc & imposterùm quinque de Nostris pro salario Principali distinctas scholas ad eruditionem juventutis Superioris Franconiæ ibidem profitebuntur.

Circa hoc tempus etiam perquàm gratiosè reobtinuimus à Reverendissimo ac Celsissimo Ordinario Augustano Joanne Francisco à Stauffenberg administrationem nostræ Parochiæ in Unter-Pech-

n prope Lavingam, penes cujus Conventum est jus ndi Parochum. Vicarium constituit P. M. Provincialis mum Gallenmüller, antea Vicarium Parochum in Fei-

odem anno febri acutâ correptus, sacrísque salutariter pro- pientissimè obiit Eximius P. M. Profuturus Töpfer natione eldensis, qui consummatus in brevi, explevit tempora multa; s enim nonnisi triginta septem annorum, magna & multa præ- pro honore Dei & Religionis. Eum hoc ipso anno Universitas na tanquam meritissimum Professorem Doctorali Laureâ The- gicâ honoravit: pluribus annis præter quotidianas Lectiones tribus studentibus datas Erfurti fervidâ Catechizatione acatho- s plurimos etiam nobilioris conditionis ad sanam verámque igionem perduxit. Quos inter piâ ac longævâ memoriâ præ is dignissima Nobilis Domina Maria Susanna Jacobi nata à Leh- defuncti Domini Christiani Jacobi sub Regia Majestate Poloniæ Electore Saxoniæ Schulenburgicæ Legionis Centurionis relicta idua, quæ ad veram Fidem à præfato P. M. Profuturo conversa, per duos annos Fidem Orthodoxam professa, morti proxima (cùm hæredibus penitus fuisset destituta) solenni testamento piis Legatis multa nostræ ibidem donavit Ecclesiæ, multa pauperibus; quibus ultimis legavit sex millia Imperialium, ita, ut ex censibus singulis annis in Anniversario suo (quod mille fundavit Imperialibus) cuivis pauperum, quorum trecenti, daretur à Patribus nostris piam hanc fundationem administrantibus unus Imperialis. Pro quo labore Septimo semper anno trecentos hos Imperiales pro pia Defunctæ Voluntate Conventus recipit Erfurtensis, cui & argenteos ac inaura- tos insignes duos thaleris exornatos Crateres ad 3 Libras & 20 Se- muncias, cum alia adhucdum pretiosa supellectile Legato donavit. Nostræ autem Ecclesiæ margaritas ac gemmas valde pretiosas pro- exornando Dei vivi sub Speciebus Eucharisticis latitantis Ostenso- rio, necnon duodecim libras argenti pro conficienda Lampade cor- de Sanctissimo Altaris Sacramento specialiter devoto pientissimè le- ga-

gavit. Mortua autem est die 14 Decembris Anno 1735, & requiescit in Choro Ecclesiæ nostræ prope Altare B. M. V. de Consolatione, ejusque insigne ibidem ad parietem habetur Epitaphium. Fideles quoque illius loci P. M. Profuturus consolatoriis visitationibus, Confessionum exceptionibus, aliisque piis operibus indefessè eorum salutem procurando, quàm maximè adjuvit, ulterioribus annis Ordini & Provinciæ nostræ adhuc magis profuturum meritò Provincia lugebat tam præproperâ morte sublatum.

Anno 1738 Eximius P. M. Provincialis Martinus super Capitulo Intermedio celebrando Romà dispensationem à Reverendissimo P. Generali obtinuit, & hâc vice iterum Ven. Diffinitorium non convenit.

Cæterùm iste annus nobis felix erat in adepto gratiosissimo assensu Serenissimi Principis Electoris Palatini Caroli Philippi super possessione nostri Hospitii vel Residentiæ Wislochiensis, in quo assensu procurando post obitum Ministri cujusdam nobis adversantis partes nostras efficaciter assumpsit promovitque Ambasciator Galliæ Monsieur Blondell, & Nostris verò Eximius P. M. Provincialis Martinus, qui Manhemium alterâ vice ipsemet ad conciliandos Patronos adiit, & R. P. Anselmus Gropp Supprior Spirensis, cui propterea possessione in mense Junio sequentis anni 1739 captâ Officium Superioris illius Residentiæ tanquam optimè merito committebatur, postquàm Provincia nostra Rheno-Suevica ex cassa sua pro manutenenda possessione & alendis quatuor Fratribus quatuor millia florenorum juxta reversales dederat, de quibus pecuniis molendinum & alia bona immobilia fuêre coëmpta: Spatium contiguum atque circumjacens Residentiæ, quod consistebat in domo, horreo & duobus hortis septingentis & quinquaginta florenis à nobis coëmptum eodem anno Primæ possessioni accesserat. Primi Fratres, qui de Residentia Wislochensi dependebant, antequàm pro sufficiente habitatione structa & ordinata fuerat, nominabantur P. Columbanus Steinmetz, interim Missionarium

Cu-

n Eüchtersheim & Sacellanum domesticum agens apud
nam Comitissam de Venningen. P. Theobaldus Kirschner
rans Ecclesiam filialem in Beyerthal, & victitans apud R.
:hum in Dillheim. F. Sebaldus Laicus, qui œconomum
us Fundatoris Parochi in Walldorff. F. Thomas Laicus,
or, coquus & terminarius erat R. P. Anselmi, & hoc tempo-
illo solus usque ad consummationem ædificii habitavit in
ıtia.

ntra hos annos Eximius P. M. Prior Spirensis Thomas Doh-
iter negotium Conventûs sibi crediti gessit, partim domum
guam Monasterio nostro, quæ est ad Orientem versûs publi-
plateam, & partim domum sitam ad Occidentem coëmendo,
am convenientiùs Porta è platea in atrium nostrum construi
St.

Eodem anno 1739 tam Herbipoli & Gamundiæ, quàm Col-
riæ nova in Monasteriis nostris ædificia ponebantur: Similiter
nstantiæ Benefactorum eleemosynis in Diæcesi ista conquisitis
clesiæ nostræ Chorus & tabulata lumen ac decorem acceperunt,
utatâ quoque Sacristiâ & aliis quibusdam regularior forma fuit
Ionasterio inducta.

Ad Festum Pentecostes hujus anni celebrabantur Comitia Ordi-
nis Arimini, ad quæ, quia probandæ sanitatis causâ Patres è nostris
terris illuc ituri diu in via ad servandam contumaciam detineri cum
maximis expensis debuissent, ideo è Provincia Rheno-Suevica nullus
ad hoc Capitulum perrexit. Eligebatur pro Generali Ordinis Præfe-
ctura celeberrimus Vir P. M. Felix Leoni à Juvenatio, ante sexenni-
um Procurator Ordinis. Die 12 Augusti mittebat iste Reverendis-
simus Pater ad omnes Provincias Decreta, quæ Generale Diffinitori-
um Arimini statuerat: 1mum est, quòd Visitatores pro Conventi-
bus Generalibus sint constituendi à Reverendissimo P. Generali.
2dum. Ut in singulis Germaniæ Provinciis à Diffinitorii Patribus
instituantur duo vel ad minus unus Conventus pro Novitiis recipi-
endis & educandis, extra quem vel quos nullus ad Novitiatum ad-
mit-

mittatur. Porro pro Novitiis bene educandis integerrimus eligatur Novitiorum Magister, de quo experimento constet, quòd sit observantiæ & regularis disciplinæ præcipuus amator. 3tium. Ut exercitia Spiritualia singulis annis per decem dies habeantur in omnibus Conventibus sive Provincialibus sive Generalibus totius Ordinis juxta Constitutiones & Decreta Clementis VIII. In Provinciis Italiæ tempore Adventûs vel Quadragesimæ, extra Italiam tempore à P. Provinciali vel Priore locali designando.

His annis obiêre inter alios nominandi Patres, Augustinus Körber Saxo-Eisenacensis, qui veritate fidei cognitâ ex Lutherano Catholicus, & mundanâ vanitate post multam terrâ marique peregrinationem perspectâ, ad nostram Religionem veniens honestas qualitates mundani & politici hominis Augustinianâ Sacratiore perfectione adornavit excoluítque, dignus proinde, qui præesset aliquando nobilioribus Conventibus Moguntino, Erfurtensi, Brisacensi &c. Vicariúmque Alsatiæ ob linguæ Gallicæ peritiam, & semel etiam Præsidem Provincialis Congressûs ageret. Podagrâ is sæpiùs ægerrimè affligebatur, dolorum tamen vim raro exemplo patientissimè pertulit: completis 83 ætatis suæ annis Brisaci ad beatiorem vitam decessit 6 Maji anno 1738. Fridericus Erhart de Friburgo Helvetiorum S. T. Doctor & Lector aliquando ultra 12 annos fundatissimus ideóque plurimùm à literatis æstimatus, charus à sinceritate, indefessus in excipiendis Confessionibus pœnitentium, quos diebus Festis à summo mane usque ad prandium excepto, quod legit ad Aram Sacro, continuatim in hyeme pariter & æstate audierat, quosdam etiam ad S. Matrem Ecclesiam hæreticos perduxerat, Magister Novitiorum Herbipoli anno 1718. religiosissimè juniores Fratres instruxit, inter quos & me Augustinianæ vitæ principia accepisse gratâ memoriâ recolo. Deinde Colmariensis, ac sæpè Friburgensis Brisgojæ Conventûs Prior discretâ agendi methodo in pace & charitate Suos conservavit. Anno 1731 octo Suffragiis proximè ad Provincialem dignitatem accesserat, Diffinitor Provinciæ iteratò, obiit diem suum Friburgi Brisgojæ in Vigilia S. Ni-

S. Nicolai Tolentinatis anno 1738. Bartholomæus Faber de Herbipoli dedit se scriptioni librorum asceticorum junioribus jamjam annis, & senioribus etiam jubilarius eam non dimisit, semper lectione aut scriptione occupatus; reliquit posteritati libros multos, speciatim *Eremum mysticam* pro exercitiis. *Scholam perfectionis Christianæ. Vitam & Passionem Christi. Cibum animæ*: sive meditationes in singulos anni dies. Geistliche Send-Schreiben. Flammam amoris quotidianam S.P. Augustini, sive doctrinales sententias pro meditatione ex libris S.P. Augustini excerptas. Historias Sacras pro rudioribus. Et præcipuè librum precum germanicum, cui titulus: Geistliche Seelen-Speiß. Qui liber ultimus ob exquisitas devotionales Orationes quintamjam editionem vidit. Ascetam hunc Patrem Novitiorum Magistrum Herbipolis, Priorem Memminga, & Diffinitorem in Constantia habuit: Confessarius Monialium nostrarum ad S. Catharinam Sacras Constitutiones pro iisdem in vernaculam transtulit: Reverendissimæ Principissæ in Buchau ex Illustrissima Familia Comitum de Montfort, quæ & Ordinis Nostri fuit Tertiaria, & nonnisi in Habitu nostro sepeliri voluit, à Confessionibus longissimo tempore fuit: annorum 77 & medii Uttenwilæ Spiritum exhalavit *anno 1739*. die 15 Februarii.

Cæterùm Provincia hoc tempore jamjam ita refloruit, ut plus quam trecentos septuaginta Religiosos numeraret, qui Deum laudant & proximo in rebus salutis deserviunt.

Anno 1740 in Capitulo Wilæ celebrato Martino successit iteratò electus Provincialis Eximius P. M. Hermannus Hermann. Capitulum suo Præsidio direxit Eximius P. M. Exprovincialis & Prior Herbipolensis Sigismundus Büttner. Diffinitores erant P. M. Antoninus Höhn. Adm. RRdi PP. Philippus Eschweiler, Bonaventura Beck & Alphonsus Kuhn. Inter cætera Decreta speciatim assignabantur pro Novitiatu Conventus Oberndorffensis & Münnerstadianus.

Directoria pro Choro ad morem & modum aliarum Provincia-

ciarum imprimi fecit hoc anno P. M. Provincialis. Ea autem componens nedum pro Provincia nostra, sed etiam pro Diæcesibus erat R. P. Aurelius Dozel in Sacris Ritibus & Rubricis bene versatus.

Anno 1741. dispensatum fuit super celebratione Congregationis Intermediæ. Ideóque provisionis ac dispositionis aliàs faciendæ in tali Congregatione facultas data fuit P. M. Provinciali Hermanno, qui in locum piè defuncti A. R. P. Prioris Moguntini Placidi Weber A. R. P. Melchiorem Deichmann, in locum p. m. A. R. P. Christophori Rees Prioris Friburgensis Brisgojæ A. R. P. Antonium Lurz, & in hujus locum Erfurti constituit Vicarium Priorem P. Baccalaureum Nebridium Zyra antea Herbipoli Ss. Theologiæ Lectorem.

Idem annus Erfurti fatalis fuit Eximio P. M. Antonino Gassmann Doctori, Assessori, & aliquando Sacræ Facultatis Theologicæ ibidem Decano, nostrique Conventûs Priori, in optima senectâ è vivis sublato. Reliquit is dignam sui memoriam per quasdam typo datas Resolutiones de Jure Canonico, quas intitulavit: *Via Lactea*.

Eodem anno partim Conventûs subsidiis, partim piorum Benefactorum eleemosynis Ecclesia nostra Constantiensis affabrè renovata, & pars Monasterii, quæ respicit ad Meridiem, è fundamento erecta est.

His etiam temporibus Oberndorffense Monasterium in emptis quibusdam Decimis ex Rothenmünster incrementum domaniale accepit.

Anno 1742. die 23 Maji invida mors præmaturè nimis eripuit A. R. & Eximium P. M. Exprovincialem Sigismundum Büttner, S. Ordinis & Provinciæ Zelatorem maximum, & præcipuè Conventûs Herbipolensis honoratissimum Superiorem, cujus in spiritualibus simul & temporalibus sibi meritò Restauratoris nomen vendicavit.

Coronidem huic anno felicem pro Conventu Moguntino imposuit Illustrissima Familia Comitum de Elz, in Fundatione perpetuæ Missæ indiès à Nostris celebrandæ; adeò quidem solicitè & gra-

ut ex hac Fundatione integrum ſtipendium anticipativè
nis ſolvatur à Receptoratu Eccleſiaſtico ibidem.
no 1743. ubi in Superiori Palatinatu theatrum belli Bavaros
Auſtriacos erectum ſtabat, inſigne ſpecimen Chriſtianæ
tis exhibuit Lavinganæ Civitati Prior Conventûs noſtri ibi-
R. P. Poſſidius Baur. Cùm enim Hungarici Exercitus Colo-
D. Menzel cum ſua cohorte urbem hanc ingreſſus ſe à civi-
raviſſimè offenſum judicâſſet, jam omnia paraverat ad præfa-
urbem flammis incinerandam. Quod & infallibiliter factum,
audatus Prior noſter cum ſuo Suppriore R. P. Thoma Zyra fe-
em animum emolliſſet. Ambo enim flexis genibus multíſque
cibus tam diu inſtabant, donec parcendi gratiam promitteret.
ue ſic per Noſtros Civitas Lavingana à flammis manebat illæſa.

Eodem anno 1743 Eximius P. M. Provincialis Hermannus
ermann Capitulum Provinciale non Oberndorffium, qui ante tri-
nium deſtinatus erat locus, ſed Suevo-Gamundiam conſcripſit,
ut ſic omnes etiam Alſatiæ Patres Vocales huic intereſſe poſſent.
Cùm enim Carolo VI. Romanorum Imperatore ſine hærede maſ-
culo vitâ functo Carolus VII. Dux & Elector Bavariæ loco hujus in
Romanorum Imperatorem Francofurti electus fuiſſet, & pro defen-
dendis ſuis prætenſis juribus contra Domum Auſtriacam à Chriſtia-
niſſimo Rege copioſum auxiliarem militem, quem imploravit, ob-
tinuiſſet, vix aut ne vix Patres Alſatæ ab Aula Regia ad hunc Con-
greſſum Oberndorffii utpote Ditionis Auſtriacæ licentiam impe-
trâſſent. Quæ tamen ad Conventum Gamundianum gratioſiſſimè
illis conceſſa eſt, eò quòd Gamundia libera ſit & exempta Civitas S.
R. Imperii. In hoc Gamundiano Capitulo pro moderanda Provin-
cia electus fuit is, qui ſequitur

LXIX.

ANSELMUS WOLFF, natus Bomershemii in Wetteravia,
Moguntiæ in ſtudiis humanioribus eruditus Auguſtinianum Ordi-
nem ingreſſus eſt anno 1709 Oberndorffii. Ibidem emiſſâ Sacrâ
Profeſſione Philoſophiam audiit ſub R. P. Nebridio Carl, Theolo-
giæ

giam sub A. R. P. Baccalaureo Joanne Renninger. Post Sacerdotium Moguntiæ susceptum Lectorio muneri pro Philosophia primò docenda præficitur Friburgi Helvetiorum, deinde Colmariæ, ubi Theologicas difficultates explanavit cunctis ferme, qui modò ibi vivunt, Augustinianis Alsatis. Gradu Doctoratûs in Universitate Friburgensi Brisgojæ suscepto non minori floruit virtutum, quàm scientiæ laude. Studiorum Regentis aliquando Officium adeptus, posteà Prior Colmariensis anno 1740. tantâ suavitate ac lenitate, tantâ charitate ac discretione rexit Suos, ut omnium in se corda raperet atque animos. Demum anno 1743. plurimis votis electus est Provincialis in Capitulo Gamundiæ celebrato. Præsedit eidem nomine Reverendissimi P. M. Martinus Dröscher. Neo electi Diffinitores erant Eximii PP. MM. Thomas Dohle & Clemens Scheling. AA. RR. PP. Aemilianus Keller & Ambrosius Seuffert. Commendabatur unicè à Ven. Diffinitorio, ut juxta Ss. Constit. p. 3. cap. 10. num. 2. is tantùm Familiarium numerus constituatur & conservetur, qui vel ex propriis redditibus Monasterii, vel ex consuetis Fidelium eleemosynis commodè sustentari possit.

Quia verò tumultuante bello, & turbatis Germaniæ Ditionibus pro voto suo personaliter Fratres suos salutare non poterat Provincialis Anselmus, visitatis Helvetiæ & Alsatiæ Cœnobiis, pro primo & secundo anno Commissarium Provincialem pro Conventibus extra Alsatiam substituit expertissimum Antecessorem suum Eximium P. M. Hermannum Hermann. Ipse autem reliquum, quod de officio suo supererat, tempus impendit Theologiæ prælectionibus Colmariæ, non tantùm nostris Fratribus, sed & extraneis Theosophiæ Candidatis.

Hoc anno 1743. die 10 Maji ad preces Eximii P. M. Assistentis Italiæ Augustini de Gioja Benedictus Papa XIV. pro omnibus Ecclesiis Ordinis nostri erectis & erigendis per Breve Apostolicum in 5. Festis: Nativitatis D. N. JEsu Christi, Paschatis, Pentecostes, ac Annunciationis & Assumptionis B. M. V. nec non in die, quâ Festum ejusdem V. Mariæ de Consolatione celebratur, omnibus Christi Fi-

Fidelibus confessis, Sacrâ Communione refectis, & orantibus in iisdem Ecclesiis pro concordia Christianorum Principum, hæresum extirpatione, & exaltatione S. M. Ecclesiæ plenariam Indulgentiam concedit. Ac insuper omnibus Prioribus Conventuum, ut ipsi, seu alii ab ipsis Prioribus deputandi Fratres præmissa, ut supra, peragentes nomine Papæ Benedicere liberè & licitè possint.

Ex indulto ejusdem Pontificis die 21 Augusti anno 1743. emanato Sacerdotes tam Sæculares, quàm Regulares in Festo S. P. Augustini celebrantes in Ecclesiis PP. Augustinianorum possunt legere Missam Ordini nostro propriam.

Anno 1744. die 30 Julii à Reverendissimo P. Generali Felice Leoni dispensatum fuit pro ista vice super Capitulum Provinciale Intermedium, quod hoc anno celebrandum fuisset. Nihil autem neque in Alsatia per P. M. Provincialem, neque extra Alsatiam per ejus Commissarium notatu dignum hoc tempore occurrebat, nisi quòd de Conventu Friburgensi Brisgojæ (quam Urbem Bavaro-Gallicus Miles occupatâ priùs totâ Brisgojâ & partibus hæreditariis anterioris Austriæ horribili & inauditâ obsidione vix non integris octo septimanis ad deditionem cogebat) plures Fratres ad alios Provinciæ Conventus ablegati sint. Nostrum hoc Friburgense Monasterium in tali obsidione per immissas, ùt vocant, 19 bombas, & ad 300 tormentorum ferreos globos damnum ultra 6000 Fl. æstimatum tulit.

Felicior autem erat hoc anno Conventus noster Constantiensis, dum enim Civitas hæc Austriaca certis sub conditionibus sine prævia obsidione Bavaro-Gallos recepisset, Supremo eorum Locumtenente nostrum Monasterium pro ordinaria sua residentia eligente à variis contributionibus manebat immunis.

Eodem anno 1744. die 17 Novembris Provinciam nostram bellicis in- & excursionibus satis jam desolatam magis contristabat inexpectata mors Eximii P. M. Provincialis Anselmi Wolff. Accidit ille in Conventu Colmariensi, magis, ut piè creditur, ex afflictione animi, quàm infirmitate corporis. Dum enim per inopinatum Rheni

ni

ni transitum Austriaci exercitûs sub Carolo Serenissimo Duce Lotharingiæ Alsatos Conventus, in specie Hagenoënsem & Cronweissenburgensem ex una, & ex parte altera Conventus Rheni & Sueviæ per exercitum Bavaro - Gallicum plus æquo gravatos Provincialis cerneret, pientissimus iste & tenerrimi animi Vir Summâ commiseratione motus, quia effectu hos suæ curæ commissos non poterat, saltem affectu & precibus ad Deum fusis pro more suo juvare satagebat, sicut & die supra dicto in sua cella genibus flexis, manibúsque in altum plicatis exanimis inventus est, cui Provincia longiorem desideraverat vitam.

Anno sequenti 1745. die 15 Januarii in piè defuncti locum jure devoluto à Reverendissimo P. Generali denominatur Rector Provinciæ Idem, qui à defuncto P.M. Provinciali anteà constitutus erat Commissarius Provincialis, P. M. Hermannus Hermann. Cui omnem è cœlo felicitatem & longævam sospitatem devotissimo affectu exopto.

FINIS.

